

Google




STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

V, 32 : 2

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

VOL. 32/II

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXII

S. AMBROSII OPERA

PARS II

DE IACOB
DE IOSEPH
DE PATRIARCHIS
DE FVGA SAECVLI
DE INTERPELLATIONE IOB ET DAVID
DE APOLOGIA DAVID
APOLOGIA DAVID ALTERA
DE HELIA ET IEIVNIO
DE NABVTHAE
DE TOBIA

RECENSVIT

CAROLVS SCHENKL

PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY.

LIPSIAE
G. FREYTAG.

MDCCCLXXXXVII.

SANCTI
AMBROSII OPERA

PARS ALTERA

QVA CONTINENTVR LIBRI

DE IACOB
DE IOSEPH
DE PATRIARCHIS
DE FVGA SAECVLI
DE INTERPELLATIONE IOB
ET DAVID
DE APOLOGIA DAVID
APOLOGIA DAVID ALTERA
DE HELIA ET IEIVNIO
DE NABVTHAE
DE TOBIA

RECENSVIT
CAROLVS SCHENKL

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY. LIPSIAE G. FREYTAG.
MDCCCLXXXXVII.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

PRAEFATIO.

Priusquam ad singulas res explicandas adgrediar, in quibus tractandis eundem quo in partis primae praefatione usus sum ordinem seruabo, paucis mihi exponere liceat cur a dispositione librorum qui hoc uolumine continentur in editionibus recepta aliquantum discesserim. et quod libellum de fuga saeculi huc usque opusculo de bono mortis adiunctum hoc loco moui et post tractatum de patriarchis collocaui, id nemo puto reprehendet. nam quamquam eum ipsum occupat inter Ambrosii scriptiones collectas, quae nobis in primis Audomaropolitano et Parisiaco 1913 traditae sunt, tamen eo interposito corpus illud de patriarchis, quod olim extitisse a Cassiodoro (Inst. diuin. litt. 1) edocemur, turbari et corrumpi manifestum est. quod corpus hos libros: de Abraham II, de Isaac, de bono mortis, de Iacob II, denique de Ioseph et de patriarchis in unum coniunctos complexum esse in praefatione uoluminis primi comprobauimus. neque qui factum sit ut libellus de fuga saeculi post eum qui de bono mortis inscribitur locum obtineret obscurum est, cum illa quae inter utrumque intercedit argumenti similitudo ansam eius inserendi dedisse uideatur. iam qui sequuntur libri in Amerbachii editione hoc modo inter se excipiunt: de Nabuthae, de Helia, de Tobia, de interpellatione Iob et Dauid, de apologia Dauid. qui ordo a ceteris editoribus receptus nihil habet quo commendetur nisi quod cum nonnullis libris manu scriptis atque in primis cum antiquo Parisiaco 1732 conspirat. sed parum id ualet: nam ut ceteros codices omittam, in Bononiensi, qui uel Parisiacum aetate superat, apologiam Dauid cum aliis Ambrosii libris conso-

ciatam esse uidemus. uariis igitur modis iam inde ab antiquissimis temporibus Ambrosii scriptiones collectas et compositas esse patet. quam ob rem satius duxi hos libros secundum eum temporum ordinem, qui sacra scriptura definitur, disponere ita, ut sermones de interpellatione Iob et Dauid libellus de apologia Dauid atque hunc opuscula de Helia, de Nabuthae, de Tobia sequerentur.

I.

Omnes quos hoc uolumen complectitur Ambrosii libri quin ex orationibus quas ille in basilica Mediolanensi habuit concinnati sint dubitari non potest. atque ut a libris de Iacob et uita beata ordiamur, id comprobatur uerbis p. 45, 9 'sicut audisti legi hodie', quibus significatur eo die quo sermo ille habitus est euangelium, ex quo locus ibi commemoratus depromptus est, in ecclesia recitatum fuisse. accedit quod eadem res eis quae 15, 21 dicta sunt: ergo ut ad exordia sermonis huius reuertar' confirmantur. denique nolim silentio transire exordium et partem ultimam huius operis ex oratione in synagoga habita desumpta esse, qua de re mox accuratius agendum erit. postea ex sermonibus illis de Iacob habitis duo libri conflati sunt atque alterius exordium hoc modo constitutum: 'superiore libro de uirtutum praeceptis disputauimus, sequenti clarorum uirorum utamur exemplis', quae res fortasse ipsi Ambrosio adscribenda est. plura etiam in opusculo de Ioseph indicia pristinae formae inuenias, quae, cum de eis iam in uoluminis primi praefatione disputauerim, hoc loco non explicabo. ex sermonibus igitur inter se cohaerentibus et hic libellus et is, qui in codice antiquissimo Bononiensi de patriarchis, in recentioribus et uolgo de benedictionibus patriarcharum inscribitur, compositus est, quae res ut licentiae ita stupiditatis librario-

rum luculentum documentum praebet. contra in opusculo de fuga saeculi nulla eiusmodi uestigia reperiuntur, nisi forte epilogum (ss. 52 sqq.) ita comparatum esse censes, ut sermonem redoleat. sed si libellum de bono mortis huic plane similem contuleris, quem ad sermones redire arta qua cum libro de Isaac coniunctus est necessitudine edocemur, quae huius opusculi antiquitus forma fuerit certe non dubitabis. quod proxime sequitur opus, si editiones inspicis, in quattuor libros diuisum habes eosque communi titulo 'de interpellatione Iob et Dauid' instructos. sed longe alia est res in codicibus. etenim quattuor in eis inter se excipiunt orationes neque numeris significatae neque uno titulo comprehensae, sed suam quaeque inscriptionem prae se ferentes. unde iam constat singulos sermones nobis traditos esse nondum in unum corpus redactos. atque in duobus sollemnes illae precationis formulae, quibus eiusmodi orationes concludebantur, etiamnunc seruatae sunt, in ceteris recisae. sed iam ea oritur quaestio quinam ordo horum sermonum constituendus sit, cum duplex in codicibus nostris inueniatur. etenim Duacensis 227 et Parisiacus 14464, duodecimi uterque saeculi, quorum sane haud magna fides est, eum quem in hac editione secutus sum ordinem exhibent, contra in Parisiaco 1732 saeculi VIII, cuius maxima auctoritas est, quattuor sermones ita dispositos habes, ut qui in illis quarto loco collocatus est alterum locum occupet. in Amerbachii, qui codice Duacensi simillimo usus est, editione tres tantum quarto omisso leguntur. Erasmus, qui primus quartum addidit, sed non cum ceteris coniunctum, cum in eo quaedam quae ab Ambrosii dicendi genere recederent deprehendisse sibi uisus esset, suppositum eum atque ab eodem qui libros de uocatione gentium conscripsit homine confectum esse censuit. quod commentum non tanti esse uidetur ut eo refutando tempus perdamus. iam ut ad quaestionem propositam reuertamur, quibus rationibus ut ordinem Duacensi[1]) traditum

[1]) Parisiacus enim 14464 ex ipso Duacensi deriuatus esse uidetur.

sequerer, adductus sim exponam; huius enim fidem perexiguam, contra maximam Parisiaci esse me non fugisse iam supra commemoraui. ac primum quidem miror in orationis quae de interpellatione Dauid inscribitur exordio eum qui antecedit sermonem non diserte significari, sed ita prohoemium comparatum esse, ut oratio non cum prima cohaerere, sed ipsa per se stare uideatur. deinde eum qui in hac editione alterum locum occupat sermonem apte cum primo coniungi puto atque ad hunc uerba quae initio posita sunt referri; illud 'sanctorum' (233, 3) enim ad uiros, quorum in sermone primo mentio fit, redit atque inter hos, etsi Iob principem locum obtinet, tamen Dauid quoque multis locis (ss. 3, 15, 21, 24, 29) commemoratur. nihil igitur obstat, quominus sermonem alterum et tertium bene primum excipere existimemus. denique uerbis 'qui in superioribus dixerat' (233, 11) et loco psalmi L non ad orationem de interpellatione Dauid, sed ad primae sectionem XXVIIII reuocamur. adde quod Maurinorum interpretatio, qui, si Parisiaci dispositionem sequimur, ut primum et alterum ita tertium et quartum sermonem inter se respondere contendunt, mihi nequaquam certa esse uidetur. etenim in primo de perturbationibus, quibus athleta Christianus exagitatur, et de consolationibus, quae ei praesto sunt, Ambrosius loquitur ita ut uiros sanctos omnes atque in primis Iob et praeter eum Dauid respiciat. altero autem, quo Dauid solus spectatur, de ratione quae inter hominis animam et deum intercedit agitur et hominis ad peccandum procliuitas deique erga homines misericordia explicantur. qua in re allegorica praecipue et mystica interpretatio adhibetur. iam uero tertius et quartus ut indole et materia plane diuersi sunt ab altero ita quam proxime ad primum accedunt, quippe qui nihil habeant mysteriorum illorum, sed in moribus humanis contemplandis erroribusque eorum qui iustos saepissime malis obrui querentes dei iniustitiam accusant refutandis uersentur. quomodo igitur inter sermones I et II eandem quam inter III et IIII rationem intercedere adfirmari possit non uideo. ceterum quod initia

alterius et tertii sermonis similitudinem quandam prae se ferunt, id non scriptoris consilio, sed casui tribuendum esse existimo. neque uero ex eo quod alteri et quartae orationi sollemnes illae quibus sermones concludi solebant precandi formulae adiunctae sunt quidquam quod ad ordinem Parisiaco traditum defendendum conferat colligere licet; nam sine dubio olim non solum his, sed etiam ceteris orationibus eiusmodi clausulae additae erant et quod illae solae in altero et quarto sermone seruatae sunt, si quid uideo, sententiae meae non obstare, sed eam potius confirmare uidetur: sic igitur ratiocinatus cum sermonem de interpellatione Dauid cum ceteris non cohaerere, sed alio tempore ab Ambrosio scriptum et propter argumenti similitudinem eis adiunctum esse mihi persuasissem, hos sermones eo qui Duacensi commendatur ordine disposui. concedo equidem fieri potuisse, ut quod Maurini coniecerunt oratio illa temere omissa a librario post tertiam adiungeretur, sed eodem iure suspicari licet uerum ordinem in Duacensi aut alterius codicis auxilio — haud dubie enim altero ille libro adhibito correctus est — aut ex coniectura restitutum esse. hac igitur re absoluta iam aggrediamur ad libellum de apologia Dauid, quem ex sermonibus concinnatum esse uerbis 'ut hodie lectum est' (311, 2) comprobatur. adde quod in libro ultimo doxologia quam uocant conspicitur. sed si ab his locis discedas, libri perfecti atque absoluti eum formam prae se ferre uidebis, id quod iam ex initio 299, 1 'Apologiam prophetae Dauid praesenti adripuimus stilo scribere' colligitur. quam conformationem ad ipsum Ambrosium redire ex inscriptione quae in Parisiaco 1732 legitur 'De apologia Dauid ad Theodosium Augustum' manifestum est. etenim quamquam hoc opusculum post annum CCCLXXXII et ante annum CCCLXXXVI compositum esse constat, qua de re in capite altero huius praefationis exponetur, nihil tamen obstat, quo minus Ambrosium id postea Theodosio misisse credamus. quod cur fecerit uario modo explicari potest. ac primum Theodosium ipsum id ab eo expostulauisse haud improbabile tibi uidebitur, si epistulae

memineris, qua ille Ausonium ut scriptiones suas secum communicaret rogauit. deinde sua sponte Ambrosius hunc librum imperatori mittere potuit perfectam regis summi imaginem ei ad imitandum propositurus. neque sine causa factum esse puto ut Dauidis bellicae et imperatoriae uirtutes in hoc libello tantis laudibus celebrentur[1], tam saepe uenia et misericordia eius praedicentur[2]. ac re uera inter illum et Theodosium similitudinem quandam intercedere nemo negabit. nam et hic bello inclaruit uirtuteque sua rem publicam seruauit ac restituit et inimicis libenter ueniam impertiuit, denique, quae res maximi momenti est, sicut Dauid delicto a se commisso uehementer doluit humilique modo paenitentiam egit. ac talem eius imaginem Ambrosius in oratione quae de obitu Theodosii inscribitur expressit. ceterum utrum ante an post stragem illam Thessalonicensem hic liber ad imperatorem missus sit quis quaeso diiudicabit? hoc tamen certum est codices quibus utimur ex exemplo Theodosio dicato originem duxisse. supersunt opuscula de Helia, de Nabuthae, de Tobia, quae ex sermonibus in librorum formam redacta esse facile demonstrari potest. et quod ad primum ex sermonibus quadragesima ineunte habitis compositum adtinet sufficiet hos locos 458, 17 ('audistis quid hodie lectum sit') et 443, 5 sqq. ('putatis ... audistis ... audite') inspicere. quibus adde uerba 443, 7 'propter hos fortissimos uiros', unde colligimus tribunos militum centurionesque tum in ecclesia adfuisse, neque a uero abest Ambrosium, cum bene sciret eos uenturos esse, orationem ita conformauisse, ut acrius in ebrietatem inueheretur. atque in eosdem derecta sunt quae 448, 13 sqq. de optationibus inter potandum prolatis dicuntur. in libello de Nabuthae non tam certa pristinae formae documenta insunt, sed ex tota eius dispositione, ex agendi ratione et elocutione eum ad sermones redire intellegitur. uerum non desunt ea in libro de Tobia,

[1]) cf. 307, 14; 316, 2; 319, 17.
[2]) cf. 316, 6; 317, 17; 318, 4.

uelut uerba 570, 1: 'nec fefellit dixisse aliquos, cum ante hoc biduum tractatus noster eorum conpuncxisset affectum: quid sibi uoluit episcopus aduersus faeneratores tractare?' et loci quibus oratorem populum Christianum in ecclesia congregatum appellare manifestum est (551, 8 sqq., 552, 12; 558, 1; 568, 18). denique non praetermittam in his tribus opusculis Ambrosium multa ex Basilii sermonibus deprompsisse, qua de re mox accuratius agendum erit.

Sed priusquam ad caput alterum disputationis nostrae progrediamur, de libro qui uolgo Apologia Dauid altera uocatur exponendum mihi esse uidetur. quod opusculum, quamquam ab Ambrosio conscriptum esse nego, ab eo quod de apologia Dauid ad Theodosium Augustum inscribitur seiungere atque in appendicem relegare nolui, sed eo quo in Maurinorum editione collocatum est loco reliqui, ut facilior eius cum genuina apologia esset comparatio. et primum quidem commemorandum est id in optimo codice Remensi 352 (T) et Bruxellensi 1893/99 (B), qui saeculi duodecimi est, inscriptione non adiecta traditum esse[1]). atque in T, quod iam in primi uoluminis praefatione diximus, ad calcem codicis folia octo diuersae a ceteris formae et scripturae adglutinata sunt, in quibus in binas columnas diuisis manu saeculi XII uel XIII litteris minutis usa hic libellus exaratus est. quae folia aut ex alio codice deprompta aut eo addita sunt consilio, ut libro Ambrosiano de apologia Dauid, qui in hoc codice legitur, altera illa apologia adiceretur. in Duacensi saeculi XII inscribitur: 'Liber secundus sancti Ambrosii de apologia Dauid' atque eadem inscriptio in Nouariensi (XLVIII) 20 (N) saeculi XIII, qui plane cum T conspirat, uerbis 'ad Theodosium Augustum' adiunctis inuenitur. itaque quae primitus inscriptio fuerit plane ignoramus. quae cum ita sint, fortasse suspicari licet hos sermones — nam ex sermonibus opusculum conflatum esse mox probabimus — olim in corpore quodam sermonum, id quod in eiusmodi homiliariis haud raro

[1]) in B spatium inscriptioni relictum, sed non expletum est.

fieri solet, inscriptione non praefixa inuentos atque in librum redactos germanae apologiae adnexos et Ambrosii nomine insignitos esse. de tempore quo id factum est nihil compertum habemus; id solum certum est ne unum quidem ex codicibus qui ad nostram memoriam peruenerunt saeculo duodecimo antiquiorem esse[1]). constat autem hic libellus ex tribus partibus secundum eam quam orator in primo sermone constituit (362, 1) dispositionem conformatis. primam enim (ss. 1—20) ad gentiles, alteram (ss. 21—25) ad Iudaeos, tertiam (ss. 26—74) ad Christianos pertinere uoluit. primum autem sermonem sectionibus 1—27 absolutum esse eis edocemur, quae 376, 5 sqq. leguntur atque ex uerbis 'superiore die'[2]) cognoscimus singulos sermones singulis diebus inter se excepisse. breuiores uero sermones se fecisse eo orator excusat quod totam orationis seriem implere sibi per angustias ingenii uel per uocis fragilitatem non licuerit (376, 5 sq.), et altero loco (393, 14) eadem usus modestia sibi facundiam et uerborum copiam ornatumque deesse profitetur. ceterum non prorsus indoctum eum hominem fuisse et ex sermonum dispositione elocutioneque et ex eo elucet quod bis in hoc opusculo, 370, 11 et 388, 5, imitatio Uergiliana conspicitur. num 361, 19, quo loco a sapientibus mundi praescriptum esse ait, ne in iudicando maior poena quam culpa sit, certum scriptoris cuiusdam dictum ante oculos habuerit haud facile diiudices. mirum uero est eum psalmi L interpretationem non absoluisse, sed tantum incohasse, quae res utrum oratori ipsi tribuenda an eo explicanda sit quod post sectionem 74 quaedam interciderint plane incertum esse Maurinis, qui de hoc libello utiliter disputauerunt, libenter adsentior. fieri certe potuit ut eius qui hos sermones ex corpore magno desumpsit errore pars ultima praetermitteretur.

[1]) Loci aliquot ex hoc opusculo adferuntur in Commentario in Cantica Canticorum e scriptis s. Ambrosii a Guilelmo prius abbate s. Theoderici apud Remos, postea monacho Signiacensi collecto. quem circa annum MCXXXX uixisse Maurini statuunt; cf. uol. I p. 705 et 1545.

[2]) cf. 378, 11.

neque quae in sectione 74 leguntur ita comparata sunt, ut iusta eis clausula effici uideatur. sed iam quaestio oritur quae inter hunc libellum et eum quo Ambrosius eandem materiam tractauit ratio intercedat. qua de re iam G. Hermant[1]) a Maurinis commemoratus obseruauit non pauca quae apud Ambrosium legantur in his sermonibus recurrere eaque nonnumquam ad uerbum expressa. quod his locis: 362, 20; 366, 16 et 24; 400, 5 et 11 cum Ambrosianis 309, 1 et 14; 316, 3; 324, 9; 327, 1 collatis confirmatur. uerum non solum singulis locis, sed etiam in tota argumentandi ratione, interpretatione allegorica aliisque rebus hoc opusculum ita cum Ambrosiano consentit, ut id non casui, sed imitationi apertae tribuendum esse uideatur. nam quamquam Ambrosius haud raro quae in aliis libris exposuerat eaque isdem fere uerbis usus repetere solet, tamen haud credibile est eum in eadem materia tractanda tali modo ipsum suam sapientiam compilasse. merito igitur hoc negat Hermant, qui simul addit Augustinum, cum tribus locis germanae apologiae mentionem faciat, numquam eam priorem appellare, sed solo Apologiae Dauid titulo uti, unde quin unum tantum eiusmodi librum nouerit omnino dubitari non posse. uerum tamen ut haud exigua inter utrumque librum similitudo intercedit, ita graues quaedam discrepantiae conspiciuntur. ac primum quidem Ambrosius, ubi audientes compellat, longe alia quam is qui hos sermones conscripsit ratione utitur. an tu putas eum tam summisse locutum esse, ut de ingenii sui angustiis uerba faceret auditoresque magis mentem suam quam uerba pendere iuberet, aut eos rogauisse ut quae proferret placidis auribus acciperent (376, 5; 393, 14)[2]) uel eorum quae dixisset meminisse dignarentur (399, 24)?[3]) deinde in tractatione argumenti et singularum rerum explicatione, in qua molesta

[1]) La vie de saint Ambroise Parisiis 1678/9.

[2]) similia sane apud Basilium leguntur, ueluti hom. in psalm. I (I 227 B *M.*) εὐγνώμοσιν ἀκοαῖς παραθέμενοι.

[3]) adde, si uera est ceterorum praeter TN lectio, uerba (400, 1) 'qualicumque meo respondere sermone'.

quaedam latitudo deprehenditur, atque elocutione differentia quoque adparet. denique recte obseruauerunt Maurini apologiae alterius scriptorem in sacrae scripturae locis adferendis nonnumquam ex alio quam quo Ambrosius uti solet fonte hausisse [1]). quae cum ita sint, quin ab Ambrosio hic liber abiudicandus sit non dubito, sed ad quem auctorem redeat cum ceteris qui de hac re disputauerunt me nescire fateor. non fugit sane Gillotium similitudinem quandam inter apologiae alterius scriptorem et eum qui sermones de sacramentis uolgo Ambrosio adscriptos composuit intercedere eo quod uterque eodem modo de infirmitate uocis suae queratur (cf. 376 6 'de fragilitate uocis' et de sacr. I 6, 24 'secundum fragilitatem uocis'). quamquam uehementer errauit, cum ea re confirmari putauit et apologiam alteram et sermones illos ad Ambrosium referendos esse, cui in orando saepe uocem obtunsam esse Augustinus testaretur (Confess. VI 3, 3). nam recte negauerunt Maurini id ullius momenti esse, qui apte Basilii de uocis suae infirmitate querentis uerba (hom. in psalm. I) [2]) adtulerunt. simul ea re nequaquam id effici adparet, ut apologiam alteram et opusculum de sacramentis eidem auctori tribuere liceat. neque maioris momenti est ad eam rem comprobandam quod in utroque libello eadem fere uerbosa explicandi ratio molestaeque repetitiones et ambages satis frequentes inueniuntur. [3]) sed simile quid sane utrique contigisse uidetur. etenim in amplissimo illo sermonum corpore, quod codice s. Galli 188 qui est saeculi VII continetur, opusculum de sacramentis legitur in sermones VII distributum [4]) hac inscriptione sermoni primo adiecta: 'incipit prima dies in pascha'; ceteris praefixum est: 'item sequentia', ante

[1]) quod accuratius demonstrare et longum est neque huius loci esse uidetur..

[2]) I 227 B διὰ τὴν σύντροφον ἀσθένειαν τῆς φωνῆς ἡμᾶς ἐπιλειπούσης.

[3]) cf. Ihm Stud. Ambros. p. 71.

[4]) sectiones XXV et XXVI sermonis VI a ceteris peculiari titulo: 'VII item sequentia' distinctae sunt, quod doxologiae in sectione XXIIII ultima positae respondet.

tertium insuper numero III addito. in ceteris libris, quorum antiquissimi sunt Remensis 355 et Uaticanus bybliothecae Uaticanae antiquae 266, noni uterque saeculi, eos iam Ambrosio habes adscriptos et in sex libros diuisos.[1])

II.

Altero huius praefationis capite, id quod ordine a me in in parte prima constituto postulatur, de temporibus, quibus libri hoc uolumine coniuncti scripti sunt, agendum est. ac de tribus opusculis quae de Iacob, de Ioseph, de patriarchis inscribuntur iam in partis primae prohoemio satis expositum est. quam ob rem me statim ad libellum de fuga saeculi conuertam, in quo temporis certius definiendi indicium inesse nuper a F. Buechelero edocti sumus. is enim (cf. Mus. Rhen. XXXXIII 293) animaduertit Ambrosium in hoc libro 176, 14, quo loco ut constructionem in uerbis ex epistula ad Hebraeos (7, 26) prolatis 'talis enim nobis decebat' defenderet, haec ex Sallustio adtulit: 'locum editiorem quam uictoribus decebat', ea non ex Historiis, sed ex Arusiani Messii exemplis elocutionum (cf. Gramm. Lat. VII 465, 2 *K.*) sumpsisse. quae res eis quae Ambrosius adiecit: 'siquidem apud eos qui uerborum et elocutionum dilectum habuerunt huiusmodi inuenitur dicente aliquo' satis comprobatur. eo igitur anno quo Ambrosius libellum de fuga saeculi scripsit Messii exempla iam in hominum doctorum manibus erant et eorum consensu probata. quam ad rem non minimum id contulisse uidetur quod grammaticus opusculum suum Olybrio et Pro-

[1]) quodsi quaeritur quo tempore hi sermones conscripti sint, respondeo, etsi certius in eis indicium non extet, tamen ea quae de ecclesiae statu, de haeresibus, de gentilibus, de Iudaeis eorumque cum Christianis concertationibus et altercationibus dicuntur omnia ita comparata esse ut quin scriptor Ambrosii aequalis fuerit dubitari non possit.

bino dedicauerat.[1]) ac sane memorabile est Ambrosium ipsum hunc libellum et breuitate et commoditate habilem orationis fingendae et ornandae causa diligenter euoluisse. cum autem probabilius sit excerpta illa ex Symmachi oratione ad Theodosium Augustum habita quae apud Messium leguntur potius ex panegyrico eius, quo imperatori pro consulatu a. CCCLXXXXI sibi delato gratias egit, quam ex apologetico, quo a. CCCLXXXVIII exeunte se crimine panegyrici in Maximi honorem dicti purgare studuit, hausta esse,[2]) proxime ad uerum accedere uidetur Messii librum non multo post annum CCCLXXXXI editum neque longo temporis interuallo ab eo libellum de fuga saeculi seiunctum esse.[3]) sermones de interpellatione Iob et Dauid Maurini anno CCCLXXXIII adscribendos esse consent. etenim anno certe CCCLXXXVII, quo Theodosii eiusque familiae imagines in populari seditione ab Antiochensibus euersae sunt, superiores eos esse, cum ea quae 262, 10 leguntur: 'uide quemadmodum in ciuitatibus bonorum principum imagines perseuerent, deleantur imagines tyrannorum' ab Ambrosio, summae prudentiae uiro, post hunc annum dici non potuerint, ne imperatoris, cui praecipuum honorem haberet, uulnus acerbissimum refricaret. quam ob rem ea uerba potius ad annum CCCLXXXIII, quo Gratianus occisus est, referenda

[1]) cuius rei testis est catalogus in codice Berolinensi, olim Santeniano 66, saeculi VIIII, seruatus, in quo haec leguntur: 'Incipit messi oratoris de elocutionibus | olybrio et probino messius'; cf. Becker Cat. bibl. ant. 20, 12.

[2]) cf. Seeckii Prolegg. ad Symmachum p. VI adn. 11.

[3]) quae in codice Santeniano leguntur mihi indicare uidentur in libro illo regis Francogallici Arusiani opusculo epistulam qua ille Olybrium et Probinum adlocutus est praemissam fuisse. quorum nominibus cum nihil adiectum sit, probabile est eos nondum consules designatos fuisse. intra annos igitur CCCLXXXXI et CCCLXXXXIIII Arusiani libellum in publicum prodiisse statuendum est. quodsi Olybrius re uera a. fere CCCLXXVI natus est (cf. Birtii praef. ad Claud. p. VII), a. CCCLXXXI agebat aetatis annum quintum decimum. neque quidquam obstat quominus coniciamus eum tum simul cum fratre a magistro diuertisse atque hunc discipulis abeuntibus elocutionum exempla dedicauisse.

esse, cuius imagines populus grato eius memoriam recolens animo conseruauerit. at recte negat Ihm Stud. Ambros. p. 21 ullam causam esse, cur certum aliquod factum his uerbis significari statuamus; sin hoc minus placeat, magis consentaneum uideri, cum Ambrosius de tyrannorum imaginibus maiore quadam ui loqui uideatur, uel de Maximo uel de Eugenio tyrannis eum cogitare, ita ut aut post a. CCCLXXXVIII aut post a. CCCLXXXXIIII sermones ill: editi dici possint. sed cum tyranni non principibus, sed bonis principibus opponantur, hoc uerbo malos principes significari apertum est. infirmius etiam alterum Maurinorum argumentum est, qui ex uerbis 284, 12, quibus psaltarum mentio inicitur, Ambrosium sermones illos ante a. CCCLXXXV aut CCCLXXXVI, quo tempore populi cantum in ecclesia instituit, habuisse collegerunt. unde iam patet nihil omnino quod uel ueri simile uideatur constitui posse. contra librum de apologia Dauid ante a. CCCLXXXVI, quo expositio in euangelium Lucae confecta est, scriptum esse iis edocemur quae in hoc commentario III 38 leguntur: 'de qua historia (i. e. de Bersabeae amore et Uriae caede) quoniam alibi plenius diximus, hic transeundum uidetur', quibus apologiam illam respici apertum est. iam cum lamentationes, in quas Ambrosius 316, 20 sqq. effunditur, ad Gratiani caedem mense Augusto a. CCCLXXXIII factam referenda sint, certum est hoc opusculum intra a. CCCLXXXIII et CCCLXXXV compositum esse. sermones de Helia et ieiunio habiti sunt post psalmorum et hymnorum cantum in ecclesia Mediolanensi institutum, i. e. post a. CCCLXXXVI (cf. 445, 2) et ante a. CCCLXXXXII, quo Ualentinianus alter occisus est; nam quin 448, 14 pluralis 'imperatorum' ad Theodosium et Ualentinianum pertineat non dubito. sed quod Maurini suspicati sunt Ambrosium has orationes a. CCCLXXXVIIII Theodosio et Ualentiniano tum Mediolanii commorantibus dixisse nullo firmamento nititur. neque ex eo quod 414, 12 se de Heliae gestis plurima iam frequenti diuersorum librorum sermone digessisse dicit, quicquam ad tempus constituendum lucramur. nam libri, quos hoc loco respexit aut certe respicere

potuit, magno temporis spatio inde ab a. CCCLXXVII usque ad a. CCCLXXXXVI conscripti sunt.[1]) in libello de Nabuthae temporis indicium nullum extat. Maurinorum et Ballerinii coniecturas refutauit Ihm, qui simul non inepte suspicatus est hoc opusculum eodem quo libellum de Helia tempore ortum esse propter quandam argumenti generisque dicendi similitudinem.[2]) idem scite disputauit de libro qui de Tobia inscribitur eumque post epistulam XVIIII ad Uigilium episcopum Tridentinum a. CCCLXXXV datam, qua eandem rem simili modo tractauit Ambrosius nec tamen libelli de Tobia mentionem fecit, confectum esse statuit.[3]) quae sententia maiorem sine dubio ueri speciem habet quam id quod Maurini opinati sunt Ambrosium epistula illa ea quae peculiari libro exposuisset breuiter repetiisse. unde, cum Chunorum, qui 540, 8 commemorantur, nomen a. CCCLXXVI populo Romano primum innotuisset, tractatum de Tobia ad a. fere CCCLXXVII referre uoluerunt.

III.

Disputaturi hoc capite de librorum qui in hoc uolumine insunt compositione ac fontibus a libris de Iacob et uita beata ordiamur, in quibus Ambrosium opusculum falso Iosepho

[1]) de Helia exposuit de off. II 4, 14 et expos. in euang. Lucae I 36, VIII 96 (utrumque opus a. CCCLXXXVI scriptum est), de uiduis 1, 3; 3. 14, qui liber ad a. CCCLXXVII referendus est, de fuga saec. 6, 34. de quo libello modo dictum est, epist. 63, 75 a. CCCLXXXXVI composita, denique epist. 38, 7, quae quo tempore confecta sit ignoramus.

[2]) Stud. Ambros. 20.

[3]) Stud. Ambros. 19. impugnauit hanc sententiam I. Kellner in libro qui inscribitur 'Der h. Ambrosius als Erklärer des alten Test.' Ratisbonae a. 1893 edito p. 123, sed quod protulit argumentum, Ambrosio, priusquam Uigilium ad faenus iniquum insectandum excitaret, ipsi tocullliones exagitandos fuisse, certe non maiorem, immo minimam ueri speciem habet.

Flauio adscriptum, quod περὶ λογισμοῦ αὐτοκράτορος uel, sed id male, Μακκαβαίων δ' inscribitur,[1]) in usum suum conuertisse primus uidit I. Freudenthal (cf. eius libri 'Die Flauius Iosephus beigelegte Schrift Über die Herrschaft der Vernunft' Uratislauiae a. 1869 editi p. 32 sqq.). hoc igitur sermone — nam sermonem esse hunc libellum demonstrauit Freudenthal p. 12 sqq. — Ambrosius et in exordio libri prioris ss. 1—7 et in libri alterius parte ultima (ss. 43—57) ita usus est, ut locos quosdam ad uerbum transferret, multo plures, ut erat eius consuetudo in aliorum libris compilandis, suis uerbis explicaret atque illustraret. quos locos omnes a me diligenter enotatos reperies editionis a G. Dindorfio curatae paginis et uersibus indicatis; nam ea quam S. A. Naber curauit tum demum, cum hoc uolumen iam prelum exercebat, in manus meas deuenit. in primis autem memorabile est quod Ambrosius eodem quo falsus ille Iosephus epilogo opus suum conclusit, Macchabaeorum laudatione, quam splendidioribus etiam coloribus et uerborum sententiarumque luminibus exornauit. hac igitur magnifica peroratione se audientium animos quam maxime commoturum esse sibi persuaserat, neque spes eum fefellit. etenim Cassiodorus Inst. diuin. litt. 6 dicit Ambrosium secundi libri Macchabaeorum maximam partem ad demonstrandam tolerantiam eloquentiae suae dulcissimo liquore patefecisse et in libri Parisiaci 1719, qui saeculi XI est, folio 140^r initio sectionis XXXXIII libri II haec in margine adscripta sunt: 'incipit tractatus pulcherrimus sci ambrosii epi de gloriosa passione machabeorum et de sco eleazaro sacerdote eorum optimo magistro et duce'.[2]) sed praeter hoc opusculum Ambrosium alterum quoque uel plures etiam libros

[1]) Alterum titulum iam Eusebius nouerat, qui Hist. eccl. III 10, 3 inscriptioni περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ haec addit: ὃ τινες Μακκαβαϊκὸν ἐπέγραψαν.

[2]) Orationem illam de rationis regimine Ambrosius quoque de off. I 41, 202 sq. ante oculos habuit, quo loco ea quae de Macchabaeis in libro altero de Iacob exposuerat breuius perstrinxit. sermones enim de Iacob ante libros de officiis scriptos esse recte statuit Ihm Stud. Ambros. p. 16 adn. 27.

quibus Stoicorum doctrina explanata erat adhibuisse mihi persuasi. nam ut in libris de Isaac et de bono mortis compluribus locis Platonis uestigia secutus est, ita in hoc, quo perfecti sapientis imaginem expressit, ad Stoicorum praecepta se accommodauit, quae res, nisi fallor, altera quoque inscriptione 'de uita beata' significatur. ex Philone autem nihil nisi nominum quorundam, quae in sacra scriptura leguntur, interpretationes mutuatus est, ueluti 41, 2; 45, 24; 46, 21. Uergilium septies respexit: 8, 14; 39, 3; 53, 7; 56, 12; 64, 9; 68, 8; 69, 2.[1])

[1]) hoc loco utar, ut eodem quo in praefatione uoluminis primi modo locos in decreto magistri Gratiani adlatos enumerem. simul numeris paginarum editionis ab Aemilio Friedberg curatae, quos cancellis inclusi, adiectis lectorum commodo consulam, quo facilius loci Ambrosiani inspici possint. loci autem a Gratiano commemorati hi sunt: C. 15 qu. 1 c. 10 [748 sq.]: de Iacob I 3, 10 p. 10, 9 *non est*... 16 *uendiderit*. — D. 2 c. 37 de pen. [1200]: de Iacob II 5, 22 p. 44, 11 *sapiens numquam*... 16 *inuentus est*. — C. 11 qu. 3 c. 68 [662]: de Ioseph 13, 78 p. 119, 4 *ira etiam sepe*... 12 *ultionis*. — C. 12 qu. 1 c. 6 [678]: de fuga saeculi 2, 7 p. 167, 14 *cui portio deus*... 19 *gestit*. — D. 2 c. 36 de pen. [1200]: de fuga saeculi 4, 17 p. 178, 11 *similem dei* ... 12 *perfectum*. — D. 3 c. 25 de pen. [1216 sq.]: de apologia Dauid 2, 5 p. 301, 23 *ille rex*... 302, 3 *domino*; p. 302, 8 *denique*... 12 *traduxerit*; c. 2, 6 p. 302, 15 *sancti qui*... 303, 5 *lapsum*; c. 4, 15 p. 309, 9 *quod peccauit*... 11 *uirtutis*; c. 13, 62 sq. p. 343, 9 *peccatum aut*... 344, 1 *peccatum* (om. p. 343, 13 *sicut*... 15 *facit* et 19 *tollatur*... 21 *tollantur*; 343, 18 non *plus*, sed *prius* praebet). — D. 3 c. 26 de pen. [1217]: de apologia Dauid c. 7, 38—40 p. 323, 5 *illud uero quam*... 324, 8 *errorem* (om. 323, 15 *peccatum* ... 16 *scriptum est*). — D. 76 c. 8 [270]: de apologia Dauid c. 8, 42 p. 325, 12 *hunc numerum*... 16 *cantatur*. — C. 36 qu. 2 c. 9 [1291]: de apologia Dauid c. 8, 42 p. 325, 17 *denique*... 19 *permanebit* (17 om. *per*; 18 cum Amerbachio exhibet *accipiet*). — D. 35 c. 8 [132 sq.]: de Helia c. 4, 6 p. 415, 17 *sexto die*... 416, 2 *augeri*; c. 4, 7 p. 416, 5 *ut sciamus*... 6 *de ieiunio*; c. 4, 7 p. 416, 10 *eousque*... p. 417, 4 *errantem* (om. p. 416, 15 *denique*... 19 *manducaui* et 417, 1 *denique*... 2 *temptationem*); c. 5, 10 p. 418, 16 *in principio*... 419, 15 *nudantur* (om. p. 418, 19 *quid mirum*... 419, 3 *obdormiuit*); c. 5, 12 p. 419, 19 *Legimus*... 420, 9 *alienum* (om. 419, 21 *conuenit*... 23 *domiciliis* et 420, 3 *caeli*... 5 *sed*, ita ut *recte enim* legatur). — D. 1 c. 76 de pen. [1180]: de Helia c. 20, 75 sq. p. 458, 4 *medicina misericordiae tollit*... 10 *li-*

Breuius mihi dicendum est de libris qui de Ioseph et de patriarchis inscribuntur. etenim in priore historiam Iosephi ad scripturae diuinae fidem ita enarratam habes, ut ille tamquam pulcherrimum exemplum castitatis morum magnique animi, qui iniurias sibi illatas beneficiis quam ulciscendo rependere malit, audientibus proponatur eumque quasi imagine saluatorem mundi uenturum praemonstrauisse doceatur. sed haec uberius explicare non huius loci est, quam ob rem lecturos ad ea quae Kellner p. 116 sqq. disputauit reicio. ex Philonis libro de Ioseph pauca tantum Ambrosius desumpsit (cf. 81, 1; 95, 1; 122, 6), praeterea ex uariis eius libris nominum quorundam explanationes petiit (cf. 77, 7; 78, 13; 83, 19; 104, 17; 119, 17; 122, 5 sq.). Uergilium bis imitando expressit 100, 6; 110, 6. de libello de patriarchis olim cum antecedenti in unum corpus coniuncto quod hoc loco proferam non habeo nisi id unum, compluribus locis in eo, plerumque ad nomina quaedam interpretanda Philonis libros adhibitos esse, ueluti 130, 20; 139, 14; 140, 14; 141, 17; 143, 19; 144, 18; 145, 5; 146, 11.

Opusculi de fuga saeculi argumentum et materiam ex Philonis libro de profugis sumpsit remque ita tractauit, ut quae ex exemplo sibi proposito recepit locis aliquot ad uerbum exprimeret, multo saepius suis uerbis explicaret. sunt autem hi loci: 166, 2 et 18; 167, 17 et 24; 168, 9 et 22; 172, 15 et 22; 173, 11 et 16; 180, 11 et 15; 199, 11; 200, 12. 15. 18; 201, 8 et 14; 202, 11. [1]) tribus locis Philonis legum sacrarum allegoriarum libros respexit: 172, 1; 201, 1; 204, 1.

berat. — C. 14 qu. 3 c. 3 [735]: de Tobia c. 14, 49 p. 546, 11 *plerique* ... 15 *omnium rerum*; c. 14, 49 p. 546, 22 *esca* ... 22 *usura est*; c. 14, 50 p. 547, 2 si quis ... 6 *adornet.* — C. 14 qu. 4 c. 12 [738]: de Tobia c. 15, 51 p. 547, 24 *ab illo exige usuram* ... 548, 7 *ius usurae* (om. 548, 3 *de hoc* ... *uindicare*). nihil ex his ad artis criticae usum redundat, nisi forte illud *accipiet*, quod sane sequenti *permanebit* conuenit, restituendum putas. ceterum excerpta ex libello de apologia Dauid ex codice libris RB', ea quae ex opusculo de Helia petita sunt ex codice libris GH simillimo fluxerunt.

[1]) Cf. Ihm Ann. phil. uol. LX (CXXXXI) p. 283 sqq.

Platonis Conuiuium, cuius in opusculis de Isaac et de bono mortis aut tacite aut etiam scriptoris nomine prolato rationem habuit, in hoc quoque libro 203, 23 attigit ita, ut craterem in hoc dialogo commemoratum allegorice interpretaretur. denique bis 170, 25 et 201, 7 flosculis ex Uergilio petitis orationem suam exornauit. Augustinus sexies locos ex hoc libello desumptos laudauit, contra duas epist. Pelag. IIII 11, 30 (163, 1 et 175, 23), contra Iul. Pelag. II 8, 23 (163, 1), de dono perseuer. 8, 20 (163, 1), 13, 33 (163. 14), 19, 48 (163, 9).

In sermonibus qui de interpellatione Iob et Dauid inscribuntur res grauissimae sunt capitum aliquot libri Iob et psalmorum quorundam Dauid interpretationes. qualem autem interpretem Ambrosius se gesserit quidque in ea re praestiterit inquirere non meum esse puto. quae si quis edoceri uelit, ea adeat quae Kellner p. 126 sqq. disputauit. ex Philone pauca tantum quae ad nominum fere explicationem pertinent sumpta sunt 258, 21; 276, 4. 6. 8. imitatio Uergiliana quattuor locis conspicitur: 211, 6; 227, 2; 247, 6; 295, 21. rarius hos sermones medio aeuo lectos esse exiguo qui ad nostram memoriam peruenerunt codicum numero ostenditur.

Quod Ambrosii in tractatu qui de apologia Dauid inscribitur consilium fuerit iam eius titulo satis declaratur, etenim cum non solum gentiles et Iudaeos, sed etiam quosdam ex Christi cultoribus duplici illo quod Dauid admiserat delicto, adulterio et homicidio, haud leuiter offendi uidisset, talibus criminationibus obuiam ire atque sermonibus habitis eas diluere constituit. qua cum defensione simul psalmi quinquagesimi qui inscribitur: Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαουίδ, ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ, interpretationem coniunxit. quod munus susceptum quomodo impleuerit ex eis quae Kellner p. 131 sqq. de hac re disseruit colligere licet. Philonis doctrinae uestigium uno tantum loco 311, 15 conspicitur. magni fecit hunc librum Augustinus, qui tribus locis sententias, quibus ea quae dixerat confirmaret, ex illo adtulit; cf. contra duas epist. Pelag. IIII 11, 29 (337,

12 et 338, 22), contra Iul. Pelag. I 3, 10 (337, 12), II 7, 20 (338, 1).

Restant libelli tres, qui eodem consilio scripti — nam magis ad morum emendationem quam ad librorum diuinorum explicationem spectant atque ob eam rem idem fere orationis sonus et stilus in omnibus conspicitur — adfinitate quadam inter se conexi sunt. accedit quod in eis omnibus ex sermonibus concinnatis Ambrosius s. Basilii homilias in usum suum conuertit ita, ut et sententias grauissimas et multis locis earum conformationes orationisque ornamenta et colorem inde mutuaretur. atque in sermonibus de Helia et ieiunio conscribendis tres Basilii homilias adhibuit, in ss. 1—40 primam de ieiunio,[1]) in ss. 41—64 quartam decimam, quae in ebriosos inscribitur, denique paucis locis (ss. 79. 83. 84) tertiam decimam, exhortatoriam ad sanctum baptisma. ex Philone hausit interpretationem nominis Naid 446, 6. illud 'poscunt maioribus poculis' (439, 7) ex Cicerone (cf. II Uerr. I 26, 66) deprompsit. p. 446, 19, quamquam similia apud Basilium leguntur, tamen sine dubio Xenophontis quoque locum Comm. I 4, 12 ante oculos habuit; caput enim illud, quo Socrates et Aristodemus colloquentes inducuntur, penitus eum memoriae infixum habuisse in uoluminis primi praefatione probauimus. denique memorabile est tribus locis 436, 22; 459, 14; 461, 9 apertam quorundam Horatii locorum imitationem inueniri.

Sicut in libro de quo modo egimus ita in eo quo Nabuthae historiam enarrauit, Ambrosius Basilii homilias in usum suum conuertit, quamquam non eandem in ea re rationem amplexus est. nam in illo tres homilias deinceps eum adhibuisse uidimus, in hoc contaminatione quadam ita usus est, ut modo sexta homilia, qua capitis XII euangelii Lucae uersus XVIII illustratur, modo septima, quae in diuites inscribitur, ad sermones explendos et exornandos uteretur. ac si locos a me indicatos contuleris, maiorem eum in priore quam in posteriore messem fecisse intelleges. ex Uergilio

[1]) ea quoque in s. 68 (451, 13) respicitur.

tribus locis orationis ornamenta petita sunt, 477, 20; 480, 23; 500, 21.

Una tantum Basilii homilia — alteram in psalmum XIIII dico — Ambrosius usus est in libello de Tobia, quam totam fere partim ad uerbum expressam partim splendidiore elocutione illustratam in opusculum suum recepit. sex locis flores ex Uergilio decerptos orationi suae inseruit, 521, 7; 526, 6 et 11; 532, 1; 541, 12 et 19, uno (545, 7) Catonis dictum ex Cicerone de off. II 89 adtulit. laudat hunc librum Augustinus contra Iul. Pelag. I 3, 10, cf. 9, 32 locorum duorum, 536, 7 et 570, 11, mentione iniecta.

IIII.

Iam ad eam rem quae in hac editione grauissima est adgrediamur, ut codicibus quibus in singulis libris tractandis usi sumus enumeratis et descriptis quae sit eorum fides et auctoritas quaeque inter eos necessitudo intercedat constituatur. quam rem in libris de Iacob breuissime absoluere licet, cum de codicibus quos adhibui in praefatione uoluminis primi accurate exposuerim. etenim recensionis fundamentum sunt Audomaropolitanus 72 saec. VIIII (A) et frater eius gemellus Parisiacus 1913 (P) eodem saeculo scriptus. ac prior, quamquam in hoc opere non tantum quantum in ceteris qui utroque continentur libris alteri praestat, tamen locis aliquot, ueluti 19, 7; 47, 10, germanas scripturas seruauit. quam ob rem ualde dolendum est quod duo (cf. p. 27 et 33) in eo folia interciderunt nunc manu recentiore saeculi XI ineuntis ex codice quodam deterioris notae suppleta. quanta autem codicum AP bonitas sit inprimis ex locis quibusdam, quibus ex eorum corruptelis pristinam lectionem restitui (cf. 50, 10; 62, 14), cognosci potest. ceteri codices, de quibus

de Iacob

ea quae iam disputaui [1]) repetere nolo, praeter paucas coniecturas easque leuiores nihil ad scripturam emendandam conferunt.

In opusculis quae de Ioseph et de patriarchis inscribuntur recensendis certum rei criticae exercendae fundamentum nobis paratum est codice egregio saeculi VII (B) inter libros manu scriptos bybliothecae, quae est Bononiae in Galliae oppido ad oceanum septemtrionalem sito (nunc Boulogne sur mer uocatur), adseruato et numero 32 insignito. formae quartanariae, foliorum 190, in quibus singulis uersus sunt uiceni septeni, continet libros hos: f. 1^r—25^r de apologia Dauid (inde a uerbo 'repromissionem' 306, 8; exciderunt folia quattuor), 25^r—55^r de Ioseph, 55^r—76^u de patriarchis, 76^u—119^u de paenitentia, 120^r—181^u de excessu fratris, 182^r —185^r epistula LXXIIII, 185^r—187^r epistula LXXV, 187^r —189^r epistula LXXVIII, 189^r—190^u epistula LXXX, 190^u inscriptione non addita fragmentum epistulae XXVI (quod orditur a uerbis sect. 2 'Semper quidem' et desinit in hac pagina ultima in uerbis sect. 3 'episcopi reos'; exciderunt folia quinque). liber pretiosus capite et calce mutilatus atque inuolucro orbatus compagibus solutis diu neglectus iacuit, id quod ex paginae primae scriptura adtrita ac nonnumquam paene extincta colligitur. deinde saeculo VIII uel VIIII resartus et conglutinatus nouo tegumento ornatus est simulque quaternionum numeri in foliorum margine inferiore adiecti. [1])

de Ioseph et de patriarchis

[1]) in praefatione uoluminis primi, quo loco quoque de codicibus a Maurinis adhibitis exposui. Amerbachius in libris de Iacob, de Ioseph, de patriarchis, de fuga saeculi edendis aut ipso Augiensi CLVI aut codice simillimo usus est.

[1]) numeri illi hoc modo dispositi sunt: f. 10^u: II, 18^u: III, 26_u: IIII, 34^u: V, 42^u: VI, 50^u: VII, 58^u: VIII, 66^u: VIIII, 74^u: X, 82^u: XI, 90^u: XII, 98^u: XIII, 106^u: XIIII, 114^u: XV (binio est, non quaternio), 118^u: XVI, 127^u: XVII I, 135^u XVIII II, 143^u: XVIIII III, 151^u: XX IIII, 159^u: XXI V, 167^u: XXII VI, 175^u: XXIII VII, 183^u: XXIIII VIII. de orthographiae quae in hoc codice conspicitur ratione, quamquam de rebus orthographicis in partis primae praefatione in uniuersum disputaui ac grauiores eius generis scripturas fere omnes in commentario enotaui,

correctus est duabus manibus, quarum altera antiqua ac fere aequalis primae est, altera recentior ad saeculum VIIII ut uidetur referenda. damnum illud libro Bononiensi temporum iniuria illatum quodam modo compensatur eo quod nobis codices praesto sunt ex B nondum truncato transcripti. ac primo loco commemoro Oxoniensem (O), Bodleianum 137, formae oblongae, foliorum 130, saeculi XII, in quo libellum de apologia Dauid (f. 1^r—19^u) excipiunt 19^u libri de Ioseph, 38^u de patriarchis, 51^u de paenitentia, 80^u de excessu fratris, 121^u—130^u eaedem quae in B leguntur epistulae, sed quinta integra. hic igitur et omnia quae in B sunt scripta complectitur et eodem ordine disposita; tamen ne ueram in omnibus imaginem illius hoc referri putes, memineris quaeso abnepotem eum esse et in longa nepotum serie proaui naturam aliquantum immutari. sequitur Parisiacus 840 (T. L 371) (P'') bybliothecae quae uocatur armarii (d'Arsenal), formae quartanariae minimae, foliorum 156, saeculi XI.[1]) qui capite mutilatus continet in pagina prima partem ultimam historiae Uandalorum (orditur ea his uerbis: 'reuelatione repertum alexandriam defertur' desinitque hoc modo: 'uictorii arguit errores. Explicit historia Wandalorum'), deinde f. 1^r—42^u et 42^u—70^r libros de Ioseph et de patriarchis, 70^u—136^r de paenitentia, denique 136^r—154^r quinque quas supra enume-

tamen hoc quoque loco exponendum esse putaui ita, ut quae maioris momenti sunt breuiter comprehenderentur. et quod ad uocales adtinet nihil frequentius est quam litterarum *e* et *i* permutatio. deinde *e* et *ae* confunduntur, ueluti *hebreus* et *haebreus, aeua, profaeta, interpraetatio, adpraensus, scismatae, conualescitae, rectae (recte), o* et *u*, ueluti *nocina, poto (puto), salotaris, prodentia (prudentia), consulatio, burram (borram)*. ex consonantibus confunduntur *p* et *b*, ueluti *labsus, obto, scribsi, scribta, scribtura, t* et *d*, ueluti *adque, inquid, relinquid, illut, aliut, th* et *t Dotaim, tensaurus*. saepissime *b* et *u* permutantur, ueluti *praeparabit* (*- uit*), *praeparauit* (*-bit*), *bulba (uulua)*. pro *ph* plerumque scribitur *f*, ueluti *profeta, triumfus*, littera *m* frequentissime aut omittitur aut perperam additur, ueluti *gratia (gratiam), gratiam (gratia), dulcedine* (*-em*), *dulcedinem* (*- ne*). denique addam nonnumquam praepositiones nominibus quibuscum coniunguntur adsimulari, ueluti *im me*.

[1]) ad saeculum XII refertur in catalogo huius bybliothecae II 127.

raui epistulas atque quintam integram. f. 154v—156v manu alia tractatus adiectus est de gemmarum ui mystica [1]) et f. 156v item manu alia carmen in honorem s. Arnulfi. [2]) tertius est Parisiacus 12137 (P) formae quartanariae, foliorum 148, saeculi VIIII, quem ex tribus codicibus constare in praefatione uoluminis primi demonstrauimus. ac primus libros de Noe (f. 1r—25v) et de Abraham (25v—60v) complectitur. in folio 60v ultimo post subscriptionem EXPLICIT DE SCO ABRAHAM LIBER II INCIPIT LIBER DE SCO ISAAC, qua docetur olim secutum esse librum de Isaac et quod ueri simile est eos de bono mortis, de fuga saeculi, de Iacob, in margine inferiore manus alia crassioribus usa litteris haec adscripsit: 'apdogiam ambrosii de prŏp dd lib. I. eiusdem de patriarchis libri duo. Item eiusdem de paenitentia lib duo. Item eiusdem de excessu ||||||| satiri fratris sui libri duo (*o* in ras.). Ytem eiusdem epistulae quattuor. [3]) apologiam prophetae daud praesenti arripuimus stilo scribere non quo ille indigeat'. en habes indicem scriptionum quae codice B continentur. atque haec omnia quae iam sequitur pars altera

[1] initium: 'Iaspis uiridis uirorē/// fidei in marcescibilem sigñ', uerba ultima: 'Sigñ g ametist' celestis semper regni memoriam inhumiliū anime.'

[2] carmen, cuius paucos uersus in catalogo supra dicto adlatos habes, totum hoc loco proponam:

Angelus e celo uenit, quo iussa ferente
Arnulfus sterili processit utroque parente.
Ortus ab antiqua Francorum nobilitate
Nobilior meritis resplenduit et probitate.
Consul Remorum fuit, inde sacer Turonum
Pastor mirificus, uir paupertatis amicus.
Gloria martyrii praecandida uirginitate
Arnulfum decorat clarum fidei pietate.
Hinc laudes Christo pro martyre soluimus isto.
Gallia testatur, super hoc Hispania fatur,
Italus expauit, quia a morte leuauit.

in uersu ultimo fortasse *quia tres* scribendum est. quo carmine respecto in catalogo conicitur hunc librum monasterii, quod Saint Arnoul de Crepi uocatur, olim fuisse.

[3] epistula quinta inscriptione non praefixa cum quarta coniuncta est.

alia manu scripta exhibet, nisi quod de paenitentia libri in ea non leguntur. sequuntur enim f. 61^r—75^u de apologia Dauid (inscriptione non praeposita uerbisque 'Apologiam ... indigeat repetitis), 75^u—90^r de Ioseph, 90^r—99^r de patriarchis, 99^r—128^u de excessu fratris, 128^u—135^u epistulae illae quinque. denique f. 136^u—148^u liber de incarnatione postea alia eaque paulo recentiore manu adiunctus est, nunc mutilatus; desinit enim in uerbis sect. CXV 'commorantes in ea', cetera folio ultimo absciso interierunt. uidentur autem haec folia codicis reliquiae esse, in quo olim, ut moris erat, liber de incarnatione scriptionibus de fide et de spiritu sancto adiunctus fuit. horum igitur codicum originem ad Bononiensem referendam esse quamquam satis apertum est, tamen Parisiaci duo sine dubio non ex B transcripti, sed libris quibusdam, qui ad memoriam nostram non peruenerunt, intercedentibus orti sunt, unde quae in hoc et illis discrepantiae inueniuntur sane haud grauiores facile explicantur. quae res iam eo confirmatur quod P et P'' non omnes qui in B extant libros neque eosdem plane uterque complectuntur. cum his consentiunt duo quos in uoluminis primi praefatione descripsimus, Parisiacus 11624 saeculi XI (P') in libellis de Ioseph et de patriarchis et Trecensis 284 saeculi XII (T') in opusculo de patriarchis, ita tamen ut potius cum P quam cum P'' faciant. ac Trecensem, si librorum de Noe, de Abraham, de patriarchis, de apologia Dauid ratio habetur, ex P in eam quam nunc prae se fert formam redacto manauisse quam maxime probabile est. ceterum P' et T' ex eorum codicum genere sunt, quos non inepte conflatos dicere possumus, utpote ex compluribus libris, quibus non eadem Ambrosii scripta continebantur, aut consilio quodam aut etiam temere compositos. eadem res est in Duacensi 227 (D) formae quartanariae, saeculi XII, foliorum 143, qui quin in libro de Ioseph ex P originem duxerit omnino dubitari non potest. [1]) insunt in eo f. 2 [2]) de Ioseph,

[1]) alia eius in libello de patriarchis condicio est, in quo eum familiae alteri adnumerandum esse patet.

[2]) primum folium, quod inuolucri locum obtinet, uacuum relictum est.

23 de patriarchis, 32ᵘ de apologia Dauid, 51 de Nabuthae, 62 Apologia Dauid quae uocatur altera, 72ᵘ sermones qui uolgo inscribuntur de interpellatione Iob et Dauid, 110ᵘ de Helia, 126ᵘ—143ᵘ de Tobia. deriuatum autem eum ex P esse uel duobus locis inspectis adparet, 117, 20, quo in PD uerba *denique . . . nesciens* omissa sunt, et 114, 12, quo uerba a lectore quodam inculcata *ut testimonium perhibeam ueritati* in P supra uersum scripta sunt, in D autem iam in uerborum ordinem recepta. ceterum simillimam libri P effigiem Duacensi non exhiberi, sed in eo utpote non ex ipso P transcripto orationem scripturis familiae alterius illatis refictam et deformatam esse neminem qui adparatum criticum uel obiter perlustrauerit latebit.[1]) his igitur quae exposui respectis in libellis de quibus agitur ex huius familiae codicibus unum B spectandum et, si in ceteris uno alteroue loco qui in B corruptus legitur uera lectio tradita est, eam librariorum coniecturis restitutam esse adparebit.

Sed praeter hanc familiam altera nobis praesto est, ad quam quinque codices referendi sunt. ac quattuor, Augienses CCXIII (𝔄′) et CLVI (𝔄″), Einsidlensem 164 (E), Remensem 352, olim librum s. Theoderici apud Remos (T), cum eos in praefatione uoluminis primi accurate descripserim, hoc loco enumerauisse satis habeo. quintus est Uindobonensis 1080 (V),

[1]) breuiter tangam Bodleianum 762, formae oblongae, foliorum 279, saeculi XIII ineuntis, quem descripsit H. Schenkl Bibl. Brit. I 1, 692 (Act. min. acad. litt. Uind. uol. CXXIIII 3). insunt in eo praeter alios libri de Ioseph et de patriarchis, quos ii qui de excessu fratris inscribuntur excipiunt. haec scripta ex P fluxisse codice illo examinato edoctus sum. cum PP′ consentiunt quoque excerpta ex opusculis de Ioseph et de patriarchis in Uindobonensis 1067 saec. XIII foliis 30—37, de quo tabulas codd. Lat. bibl. Pal. Uind. I 189 conferas. neque dubium est quin huic familiae adscribendus sit Uindobonensis 705 saec. XII iam in praefatione uoluminis primi a me descriptus, in quo f. 48ʳ—50ᵘ libellus de patriarchis mutilatus legitur (incipit enim a uerbis 137, 9 'ad feruorem'), quamquam ex codice, in quem hic illic scripturae ex libro alterius familiae illatae erant, eum manauisse exploratum est. idem fere ualet de Brugensi 101, cuius locos quosdam Henricus filius inspexit.

formae quartanariae, foliorum 134, saeculi VIIII,[1]) in quo Philastri[2]) opus de omnibus haeresibus f. 82r—111u et 112r—133r opuscula de Ioseph et de patriarchis excipiunt. hi codices id quod scripturarum consensu abunde demonstratur propinqua inter se cognatione coniuncti sunt, differunt tamen eo quod 𝔄'𝔄''ET artiore conexi uinculo longius a priore familia recedunt quam V, qui dum quasi mediam uiam tenet singularem in altera familia sibi locum uindicat.[3]) 𝔄'𝔄''E autem, quos littera N' significauimus, rursus aliquantum a T distant ex libro generis prioris correcto. atque 𝔄''E ex 𝔄' deriuatos esse iam eo quo illos descripsi loco demonstraui. iam si codices VN'T cum libris prioris familiae contuleris, quanta librariorum in scriptura immutanda temeritas et peruersitas fuerit intelleges neque quin et hi et illi ex uno codice medio aeuo in monasterio quodam Franciae seruato processerint omnino dubitabis. ac memorabile quo haec opinio confirmetur argumentum praebet locus qui 137, 21 legitur. ibi enim in B traditum habes *in iordanne* (*iordanne* manu antiqua in rasura scriptum est; manus tertia in margine adiecit *in eufrate* atque *eufrate* olim in B extitisse etiamnunc reliquiis scripturae antiquae edocemur), in PP'P''O *in iordane*, idem s. u. in T et manu alt. in spatio uacuo in D, contra in N'V *in eufrate*. unde in utriusque familiae archetypo uitium illud permirum fuisse comprobatur.[4]) sed non desunt loci, quibus in familiae

[1]) huius potius quam decimi saeculi eum esse nunc mihi persuasi. in tabulis codd. Lat. bibl. Pal. Uind. I 191 male saeculo XII adscribitur.

[2]) sic enim legendum est, non *Philandri*, quod miro quodam errore in tabulis scriptum est.

[3]) quamquam V ex codice libidine librarii foede interpolato originem duxisse apertum est. qua de re sufficiet emblematis quod 79, 18 in V legitur mentionem inicere.

[4]) *in eufrate* quomodo tuear non habeo neque quidquam ad hanc scripturam defendendam confert mystica huius nominis interpretatio, quam Philone auctore compluribus locis Ambrosius commemorauit. eadem fere res est in loco 128, 4, quo in BN'TV *quo ascendisti* traditum est, sed in margine libri B manu tertia adscriptum fuisse uidetur *quando*. quae lectio in ceteris inuenitur.

alterius libris ueram scripturam extare uidemus. quae lectiones utrum ex ipso archetypo propagatae an ex coniectura profectae sint sane dubitari potest. grauissimus autem in hac re esse uidetur is qui 83, 9 legitur, quo ex psalmi CXXXX uersu altero uerba quaedam sermone Graeco adferuntur in alterius generis libris integra, in prioris codicibus, quod in uerbis Graecis nonnumquam fieri solebat, mutilata. sed fortasse ea quae in B eiusque propagine omissa sunt ab homine quodam ex psalterio Graeco uel Graecolatino suppleta esse conicias, cui rei interpretatio Latina in V adiecta quodam modo fauere uidetur. deinde si hos locos: 73, 13 *eoque*, 74, 19 *nescisse*, 81, 15 *pluris*, 87, 2 *ac*, 95, 3 *ac libertate*, 95, 6 *euertere*, 103, 22 *primus*, 104, 1 *uberiorem*, 118, 21 *nisi*, 147, 17 *peccatorum*, 148, 9 *cassa*, 149, 22 *diluculum* inspexeris, certe haec omnia facile coniecturae ope restitui potuisse concedes. quam ob rem codicis B uestigiis firmiter nobis insistendum est neque nisi necessitate premente ab eis recedendum.[1]) ac bene contigit ut grauiores in eo corruptelae raro inueniantur, ueluti 92, 9, quo loco *mulier est Aegyptiarum* scribendum esse mihi persuasi. sed id quod plerumque in libris antiquis obseruatur lacunis deformatus est. cuius rei luculentum exemplum habes 141, 3; hic enim uerba *Chanaan nepos* librarii oculis a *Chanaan* — quod haud raro *Chanaam* scribitur — ad *Cham* aberrantibus omissa mihi esse uidentur. idem ualet de loco 155, 7, quo simili errore uerba *cornua ipsius* intercidisse conicio. 105, 7 *portans* ante *semper* inserendum esse et totius loci conformatione et eis quae 104, 23 leguntur commendari uidetur. sed 114, 8 sq. iure ambigas, utrum *temptatus* supplendum an uocula *a* delenda sit; certe ea sublata hoc enuntiatum magis ei quod sequitur conuenit. denique breuiter tangam locum 144, 22 sqq. quo fortasse ordo membrorum et in scriptura sacra et in VN'TD traditus resti-

[1]) quam rem ut exemplo quodam confirmem, locum qui 132, 22 legitur adferre mihi liceat. patet enim *benedictiones*, quod B et 𝔄' praebent, in *benedictionis* mutandum, non autem cum ceteris *benedictione* scribendum esse.

tuendus est; nam propter membrorum aequabilitatem facile fieri potuit ut quod nunc in B priore loco legitur olim omissum a librario et in margine suppletum alteri praeponeretur.

Maurini ex libris quibus nos usi sumus adhibuerunt PP'T; Laudunensem, quem antiquiorem esse dicunt, frustra quaesiui. ceteros ab eis examinatos utpote recentiores non respexi neque codices a Ballerinio excussos curaui.

de fuga saeculi Breuius mihi agendum erit de libello qui de fuga saeculi inscribitur. etenim codices qui mihi in eo recensendo praesto fuerunt omnes in uoluminis primi praefatione descriptos habes praeter tres Cheltenhamenses 392, 12267, 10234 (CC'C''), de quibus ne longior sim lecturos ad ea quae Henricus filius Bibl. Brit. I 2, 1003, 1891, 1858 (Act. min. acad. litt. Uind. uol. CXXVI 6 et CXXVII 9) exposuit reicio. ac primus saeculi X est, alter XI, tertius XII. in altero libellus de fuga saeculi cum libro de paradiso coniunctus est, in tertio cum libro de bono mortis, unde iam eos ad idem ex quo ceteri codices fluxerunt archetypum redire patet. in C autem praeter eum de quo agitur libellum nullus eorum qui corpore illo Audomaropolitano Parisiaco 1913 ceterisque eiusmodi codicibus nobis tradito continentur librorum inest. intercedit tamen necessitudo quaedam inter C et eum codicem, qui olim Cheltenhamensis 1678 nunc inter Meermannianos bybliothecae Berolinensis est undeuicesimus.[1]) in utroque enim excerpta ex opere de officiis ministrorum leguntur, quae in C cum libello de fuga saeculi, in altero cum eo quo de paradiso disputatur coniuncta sunt. atque cum opusculum de paradiso in Audomaropolitano et Parisiaco 1913 extet, quae fuerit libri C origo intellegitur. primarium autem inter codices p. 162 enumeratos locum A obtinet fratre gemello P superior, quae res in hoc opusculo, ut unum exemplum proferam, egregia quam 196, 17 praebet scriptura *obturantis* — in P *obstruentis* legitur — confirmatur. de reliquis libris cum iam in uoluminis primi praefatione, ubi libellum de Isaac tractaui, ex-

[1]) cf. catalogum a Ualentino Rose confectum p. 24.

posuerim, ea quae ibi disserui repetere nolo. restat igitur ut de codicibus CC'C'' pauca adiungam. fluxerunt illi ex libro AP simillimo, ita tamen ut propius ad P quam ad A accedant. quodsi locis quibusdam in eis germanae lectiones inueniuntur, quin ex coniectura profectae sint non dubitabimus; cf. 169, 21; 193, 13, denique 168, 4, quo loco *mea* intercidisse sane probabile est.

Silentio mihi praetereundum non est p. 178, 18 post 'conprehendat' in editione Amerbachiana, quae a. MCCCCLXXXXII in publicum prodiit, haec addita esse: 'fuge inuidiã quae non solum alienos: uerum multo magis eum quem possederit lacerare consueuit.'[1]) quae cum in codicibus omnibus adhuc excussis non legantur,[2]) iam unde ea Amerbachius hauserit quaeritur. nullo sane loco ille sua sponte quidquam ad orationem amplificandam inseruit, sed librum, cuius utendi facultas ei data erat, fideliter secutus est; in editione autem huius opusculi adornanda aut ipso codice 𝔄'' aut simillimo certe eum usum esse constat. quae cum ita sint, quamquam quae huius additamenti utique non inepti origo fuerit ignoramus, tamen nullam eius fidem auctoritatemque esse constat.

Maurini praeter PT multis libris usi sunt, sed recentioribus, quibus in re critica nihil omnino tribuendum est. ac de Parisiacis 1729 (Bethuneo) et 2639 (Bigotiano) iam in uoluminis primi praefatione, ubi de opusculo de paradiso egimus, satis dictũm est. Colbertinus autem, quem tamquam antiquiorem Maurini laudant, Parisiacus 1741 est, olim Lemouicensis, saeculi XII, in quo liber de fuga saeculi Expositioni in euangelium Lucae adiunctus legitur. fluxisse eum ex A correcto uel ex apographo eius locis aliquot inspectis intellexi.

De sermonibus qui uolgo de interpellatione Iob et Dauid inscribuntur actuio primum accuratius mihi descri- de interpellatione Iob et Dauid

[1]) cf. Hieronymus VII 568 *Uall.* et Bährens PLM. III 169.

[2]) desunt quoque in editione Mediolanensi a. MCCCCLXXXXI in lucem emissa, in qua prima libellus de fuga saeculi typis excusus est. nullius eam usus in re critica esse scito. ceterum Amerbachius tum, cum editionem suam parabat, nondum eius notitiam habuisse uidetur.

bendus est codex ille praestantissimus, cuius in Ambrosii libris aliquot recensendis summa est auctoritas, dico Parisiacum 1732 (P), olim Thuaneum et deinde Colbertinum, formae quartanariae, foliorum 189, saeculi VIII. post folia I et II uacua relicta insertum est folium cartaceum, in quo Nicolaus Faber indicem scriptionum quae hoc codice continentur et quaedam de duobus quibus ipse usus est libris manu scriptis adiecit, quae hoc loco proferre mihi non inutile esse uidetur: 'Aliud Msc. habet B. Ambrosii De fide ad Grat. lib. V De spir. sancto lib. III In eplas ad Rom. et sec. ad Corinth. et in ceteras B. Pauli eplas In codice St. Germani haec habētur Oratio funebris de excessu Satyri fratris Oratio de fide resurrectionis [1]) De dignitate sacerdotali De Helia et ieiunio De Ioseph patriarcha De benedictionibus patriarcharum libri 2 de poenitentia ep. 72 ad Irenaeum ep. 75 ad Bellicium'. iam sequuntur: f. 4^r—89^r libri de officiis et capite et calce mutilati — exciderunt enim foliis aliquot deperditis [2]) ea quae leguntur inde ab initio libri primi usque ad uerba 'ipsorum omnia' I 12, 42; item in libro tertio ultimo deest clausula inde a uerbis 'Iob dicit' (22, 130); uerum hoc loco non excidit folium, sed librarius ipse haec omisit uersibus septem in folio 89^u uacuis relictis, [3]) — f. 90^r—101^r de Nabuthae inde a uerbis p. 484, 15 (c. 6 s. 30) 'miserius quam'; quae antecedunt, cum folia aliquot intercidissent, perierunt; f. 101^u—120^r de Helia et ieiunio, 121^r—144^r de Tobia, 144^r—175^r de interpellatione Iob et Dauid, 175^r—189^u liber de apologia

[1]) significari uidetur alter de excessu fratris liber, quamquam hac inscriptione alibi, uelut in Bruxellensi 1893/99, cuius mox mentionem faciam, non hic liber integer, sed tantum eius sectiones 106 (haec inde a uerbis 'sed aduersus spiritalia') — 135 designantur.

[2]) scriptura in f. 4^r adtrita hunc librum pretiosum inuolucro spoliatum diu neglectum iacuisse atque ita eandem quam Bononiensis sortem expertum esse confirmatur. adde quod compagibus quaternionum solutis cum folia quaedam a ceteris auulsa quo loco inserenda essent ignoraretur, glutinator ordinis iusti ratione non habita falso ea loco collocauit.

[3]) nisi forte statuendum est iam in archetypo codicis P clausulam defuisse librariumque id spatio uacuo significare uoluisse.

Dauid, sed non integer; nam folium 189^r uerbis 'proditione dohec' 324, 11 (c. 8 s. 41) finitur, reliqua foliis aliquot abscisis interierunt. his quae modo exposui addo codicem P non ab uno homine scriptum esse, sed complures in eo conficiendo librarios occupatos fuisse, deinde complurium quoque correctorum manus nonnumquam difficiles ad distinguendum in eo conspici siglis m2 m3 m4 a me significatas. quae quamquam tempore fere aequales sunt, tamen manus quarta, quae atramento nigro et litteris crassioribus usa est, ceteris antiquior esse uidetur.[1]) hic igitur liber ut in ceteris quae eo continentur scriptis, ita potissimum in sermonibus de Iacob et Dauid recensendis maximi est momenti. nam qui praeter eum ad nostram memoriam peruenerunt libri et recentiores sunt neque ullius fere in re critica usus. adhibui autem hos: Bruxellensem 1893/99 (B), formae quartanariae minoris, saeculi XII, foliorum 88[2]); insunt f. 1^u—14^r de resurrectione (cf. p. XXX adn. 1), 14^r—42^u de interpellatione Iob et Dauid, 42^u—59^r de Tobia, 59^r—74^r de apologia Dauid, 74^r—88^u Apologia Dauid quae uocatur altera; Duacensem 227 (D), quem supra p. XXIIII descripsimus, eiusque aut fratrem geminum aut etiam filium, Parisiacum 14464 (P′), olim librum s. Uictoris, formae oblongae, saeculi XII uel XIII, qui f. 1^r sermones de interpellatione Iob et Dauid, 21^u de Helia et ieiunio, 33^r—46^r de Tobia complectitur,[3]) denique Parisiacum 1723 (C), olim Colbertinum, saeculi XIIII, de quo in uoluminis primi praefatione exposuimus. hos igitur codices, si paucos locos in P leuiter corruptos, qui in eis coniecturae ope emendati sunt, exceperis, nihil omnino praebere quo eis peculiarem

[1]) de orthographiae ratione quae in hoc libro conspicitur eadem fere quae supra de Bononiensi exposuimus dicenda sunt. proprium autem et peculiare ei id est, quod saepissime *d* litterae *t* loco ponitur in substantiuis in *-itudo* exeuntibus, ueluti *amaridudo, magnidudo* alia.

[2]) in folio 1^r manu saeculi XII scriptum est: 'Liber canonicorum regularium uallis sancti Martini' et iterum in folio 88^u eiusdem saeculi manu 'est liber hic sci martini louaniensis'.

[3]) de ceteris quae in eo leguntur cf. Delisle Inventaire des Manuscrits de l'Abbaye de Saint-Victor p. 16.

in stemmate locum tribuendum esse comprobetur, scripturis eorum perlustratis libenter concedes. neque quidquam obstare puto, quominus eos ex P fluxisse statuamus, Colbertinum quidem, qui proxime ad hunc accedit, ex eo ipso, B et D — nam de P′ quid existimandum sit iam supra indicaui — libris quibusdam intercedentibus. ne uero mecum facere dubites, duos tibi quibus haec sententia confirmatur locos proponam. 222, 11 in P *ridetur ridetur* traditum est altero supra uersum manu secunda adscripto, in BDP′ item *ridetur* repetitum habes, in C alterum recte omissum. 235, 5 in P emblemate *erat aeger quam cum sanus esset* ex dittographia orto oratio inquinata est. eadem praebent BC, in DP′ hic locus coniectura constitutus est, sed tali, ut librarium eandem scripturam quae in ceteris extat ante oculos habuisse colligatur. ceterum quanta librariorum in scriptura immutanda et corrumpenda licentia fuerit, satis multa et luculenta in B et D exempla ostendunt.

Maurini praeter PP′C quattuor codices adhibuerunt, quorum Uaticanus (bybl. Uat. ant. 287 saec. XV) ab Henrico filio inspectus cum P consentit. Laudunensis decimo ab eis saeculo adscriptus, quem frustra quaesiui, et Dionysianus sine dubio recentior ut Colbertinus ex ipso P manauisse uidentur; Tornacensem denique et ipsum recentiorem libris DP′ simillimum esse eis quae Maurini enotauerunt demonstratur. duobus codicibus Ballerini usus est, Nouariensi (XLVIII) 20 saeculi XIII, quem in praefatione uoluminis primi descripsi — hunc librum excutere, cum ex scripturis a Ballerinio adlatis eum plane cum DP′ conspirare intellexissem, rem superuacaneam et inutilem esse duxi — et codice bybliothecae canonicorum basilicae s. Ambrosii saeculo XII, quod A. Ratti testatur, exarato, quem qu d utpote libro B similem, sed deteriorem neglexi nemo puto reprehendet. ex D uel ex libro eius generis fluxit Amerbachii recensio.

Restat ut, quod me facturum esse pollicitus sum, de loco qui 278, 18 legitur exponam. etenim magnam hunc locum tractanti mihi parauit difficultatem uerbum illud Graecum, quo Ambrosius in uoce *actuosa* explicanda usus est. nam *actuosa*

ueram scripturam ac reiciendum esse Erasmi commentum *actinosa*, quod quamquam sermonis Latini usui plane repugnat, a ceteris editoribus comprobatum nunc in lexicis Latinis extat, nemo non concedet. sed quid ex litteris ωNIATIT, quae in PC leguntur — nam ceteros non curo — eruendum sit sane dubium esse uidetur. Erasmi coniectura ἀκτινώδης, ex qua simul portentum illud *actinosa* processit, certe litteris in P scriptis nullo pacto respondet. adde quod uerbum Graecum quaerendum esse uidetur, quod et uoci *actuosa* et eis quae proxime sequuntur *quod fide operibusque resplendeat* quodam modo conueniat. quae cum ita sint, ἐναργής in scriptura libri P latere mihi persuasi. nam et splendoris notio huic uerbo inest et, si originem eius spectas, facile ea ab Ambrosio eodem modo quo a uiris quibusdam doctis huius saeculi ita explicari potuit, ut id ex uerbis ἐν ἔργῳ profectum esse statueretur. quam ob rem ἐναργής ei quod mihi ante in mentem uenerat ἐνεργής praeferre non dubitaui. denique si corruptelas uerborum Graecorum in libris antiquis reputaueris, ΕΝΑΡΓΙC — nam hoc modo pronuntiabatur — in ωNIATIT corrumpi potuisse non negabis.

In libro qui de Apologia Dauid inscribitur tractando singulari quadam fortuna contigit, ut duobus simul codicibus antiquissimis nobis uti liceat, Bononiensi (B) et Parisiaco 1732 (P). sed Fortuna, ut est dea maligna, quae modo bona hominibus det, modo data eripiat, in hac re quoque animi sui mobilitatem ostendit. nam id quod p. XXI et XXXI exposui, in Bononiensi sectiones I—X et undecimae initium et praeterea post folia I et II duo, quibus uerba 308, 4 'reuocauit'...309, 20 'tam facile' et 311, 16 'tamen'...313, 16 'regenerationis' continebantur, in Parisiaco pars maior sectionis XXXXI et quae sequuntur omnes foliis deperditis interciderunt. atque prius damnum quodam modo apographis Bononiensis, Parisiaco 12137 et Oxoniensi,[1]) resarcitur, alterum, de apologia Dauid

[1]) Duacensis 227 (D′) ex P′ deriuatus est. eiusdem originis est Brugensis 101.

cum liber, qui ueram codicis P imaginem referret, ad memoriam nostram non peruenerit, nullo pacto expleri potest. sed priusquam quae ratio inter B et P intercedat inquiramus. de ceteris quibus in hoc libello recensendo usi sumus codicibus exponendum est. sunt autem hi: Remensis 229 (R), formae quartae, saeculi VIIII, foliorum 112. insunt: f. 1^r de Salomone (Ambrosii opp. app. p. 450), 10^r de diuinis mysteriis, 27^u de Gedeon (de spiritu sancto I 1—17), 33^u de Nabuthae, 66^u de apologia Dauid, 109^r—112^u de pascha (Ambrosii opp. app. p. 437)[1] — liber musei Britannici Add. Ms. 18332 (B′), formae oblongae, foliorum 178 saeculi X. continet: f. 105^r de Salomone, f. 111^r de diuinis mysteriis, f. 123^r de Gedeon, 127^r de Nabuthae, 149^r de apologia Dauid, 176^u—178^u de pascha[2] — Aurelianensis 148 (125) (A), formae oblongae, paginarum 92, saeculi VIIII, capite mutilatus; insunt p. 1—27 de Nabuthae (incipit a uerbis c. 8 s. 40 'deinde non', p. 490, 13), 27—87 de apologia Dauid, 87—92 de pascha.[3] — liber Sanctae Crucis XVII dext. 12, nunc Laurentianus, formae oblongae, foliorum 165, saeculi XI (cf. Bandini IIII 527 sq., qui eum saeculo X adscripsit). leguntur in eo f. 1—102^u Aurelii Augustini in epla sci iohis sermo primus (III 1977 *M.*), 103^r—128^u de apologia Dauid, 128^u—139^u de mysteriis, 139^u—165^u de sacramentis. — Laudunensis 178, formae quartanariae maioris, foliorum 188, saeculi XII, in quo insunt: f. 124^r—f. 156^u de excessu fratris libri duo,[4] f. 158^r

[1] in folio 1^r manu saec. XIIII scriptum est 'Liber beate Marie Rem.' et in foliorum 28^u—29^r, 32^u—33^r, 86^u—87^r marginibus inferioribus haec subscriptio legitur erasa: 'Hincmarus archieps | dedit scae Mariae Remensi', cuius pars altera in f. 1^r (hoc quoque loco erasa), prior integra adhuc in f. 112^u conspicitur.

[2] conglutinatus est hic liber ex duobus codicibus, id quod scriptura in utroque plane diuersa comprobatur. de eis quae priore codice continentur cf. Cat. of add. to the mss. in the Brit. Mus. uol. IIII p. 99.

[3] margine superiore huius libri madore corrupto scriptura in uersibus primis foliorum magna ex parte euanuit. ceterum confer Cat. des dép. n. s. XII 62.

[4] liber alter mutilatus desinit in uerbis sectionis 108 *annis in cap-*

—179ᵘ de apologia Dauid, f. 179ᵘ—188ᵘ tractatus de Nabuthae mutilus; desinit enim in uerbis 496, 9: 'et dixit Helias'.[1]) ceteros codices, Parisiacum 11624 (P''), Dunelmensem B 4, 12, (D), Remensem 352 (T), Bruxellensem 1893/99 (B''), Trecensem 284 (T') iam descripsimus.

Postquam de codicibus exposuimus, quae librorum B et P ratio sit inquiramus. qua in re, cum uterque mutilus sit, paginae 306, 8—324, 11 respiciendae sunt, ita tamen ut, cum duo in B folia interciderint, ea quae in paginis 308, 4—309, 20 et 311, 16—313, 16 in illo desūnt deducantur. et plerumque — nam leuiores discrepantias non curamus — B et P inter se consentiunt; tamen hunc altero nonnumquam meliorem esse his locis comprobatur. 308, 11 in P *aduersariis* legitur, quod in *auersariis* mutare non dubitaui — nihil enim uerborum *aduersus* et *auersus* confusione frequentius est —, in ceteris *transuersariis*, quod ex coniectura profectum esse existimo. 316, 10 P praebet *ferituris sociis*, B miram corruptelam *separatur a sociis*, 316, 13 P germanam lectionem *flebiliter*, B corruptam *fideliter*. 317, 10 in P recte *nugas* traditum est in B a librario stolido in *nudans* mutatum. 323, 23 in P habes *Nathan propheta*, in B *propheta*, quod hoc loco sine dubio requiritur, omissum est. iam si eas huius libelli partes, quae in B foliis deperditis exciderunt, in apographis autem eius nobis seruatae sunt, respexeris, magis etiam quantum P bonitate praestet intelleges. quam ad rem confirmandam hos tantum locos — omnes enim enumerare longum est — inspicere sufficiet: 299, 4 *tecta*, 11 *formae gratia et uultus decore*, 300, 10 *diiudicare*, 301, 13 *honorificat*, 303, 22 *opere*. sane

tiuitate; sequitur in eodem folio, deinde in f. 157 et folii 158 initio tractatus mihi ignoti fragmentum (incipit ab his uerbis: 'amputanda peccata' et desinit in haec: 'ipsi timebunt quos timebatis'), quod f. 158ʳ libellus de apologia Dauid excipit.

[1]) de ceteris quae hoc libro continentur cf. Cat. des dép. a. s. I 129. in tegumento posteriore manus saec. XII uel XIII adscripsit: 'Liber scę. marię. Vallis clare.'

ex apographis, si quanta librarii licentia usi sint reputamus,[1]) certum de B iudicium facere non licet; ueri simile tamen est quaedam quae in eis inueniuntur menda iam in B extitisse. contra paucis tantum locis, quibus in P scriptura corruptelis deformata est, in B eiusque apographis germana extat, ueluti 316, 15 *non* (*ad non* P), 302, 22 *luctantium* (*lactantium* P), 317, 20 *uictoriae* (*de uictoria* P); hanc enim constructionem, quae apud Uergilium Aen. I 350 VII 304 legitur, Ambrosium ita hoc loco ut de Abr. II 8, 47 praetulisse mihi ueri similius esse uidetur. uehementer igitur dolendum est codicem qui ex P descriptus solidam eius effigiem referret inuentum non esse. proxime ad eum accedit Bruxellensis 1893/99 (B''), sed heu quantum mutatus ab illo, utpote multis uitiis et librariorum commentis inquinatus, quamquam in re critica non inutilis. nam si B'' cum B conspirat, admodum probabile est easdem quas hi praebent scripturas olim in P fuisse. et certe 346, 8 quo loco in ceteris *qui non emendatur* traditum est, in B'' *quia qui proicitur*, ab eo Ambrosii manum seruatam esse existimo. quae cum ita sint, hanc legem in libello de quo agitur recensendo statuere licet, ut, si codicis P ope destituti sumus, B tamquam ducem sequamur, ceteros autem atque in primis B'' semper respiciamus atque eorum scripturis examinatis quid ab Ambrosio profectum sit exploremus. sed ut quae ceterorum librorum condicio sit intellegatur, addam eos omnes quodam uinculo inter se coniunctos ex bono archetypo originem traxisse, sed permulta in eis librariorum libidinis grassantis uestigia reperiri. atque RB'ACDT' propinqua inter se cognatione conexos esse commentario critico inspecto facile cognosces[2]). quamquam aliquantum inter se differunt; nam R et B' fratres gemelli sunt, ACDT' autem paululum ab eis recedunt. idem fere de reliquis, P''LT, statuendum est, de quibus, ne oleum et operam perdam, accuratius disputare

[1]) conferas quaeso locum 300, 19, quo in P' uerba *an praemio est qui fecit* hoc modo immutata sunt: *a peccato uidetur*.

[2]) memorabile est in RB'ACDLTT' 323, 22 eadem uerba interpolata extare. cum C maxime consentit Uindobonensis 705.

omitto. ac fortasse suspicari licet codicem libro P simillimum in grammaticorum Remensium officina tractatum et retextum communem omnium fontem fuisse et deinde exemplis quibusdam inter se collatis et codicis B apographis adhibitis uarias recensiones extitisse. sed ut quantum a B recedendum et cum ceteris faciendum esse duxerim cognoscas, hos locos quaeso inspicias: 331, 9; 339, 6; 340, 20; 343, 16; 349, 4 et 5; 353, 19. ex quibus patet B in primis lacunis deformatum ac deinde scriptura immutata malum malo auctum esse.

Maurini praeter ·PP′P″T complures libros excusserunt, sed eos inferioris aetatis neque ullius in re critica tractanda usus. unus antiquior fuisse uidetur, Laudunensis, sed sine dubio non ei ad quod ab illis refertur saeculo — ante annos DCC enim scriptum esse statuunt[1]) — adscribendus. ac si ea quae hoc codice contineri dixerunt respicimus, hos libros enumeratos inuenimus: de Helia, de Nabuthae, de Tobia, de interpellatione Iob et Dauid, de apologia Dauid, de paenitentia, de excessu fratris. haec autem omnia in uno codice coniuncta fuisse uix credibile esse uidetur. codicem Laudunensem 178 supra p. XXXIIII descriptum, qui olim sanctae Mariae uallis clarae fuit, Maurini ad libros de excessu fratris adhibuerunt, quo loco eum ante annos D exaratum esse referunt. sed cur quaeso in libellorum de Nabuthae et de apologia Dauid subsidiis tot codicibus recentioris aetatis enumeratis eius mentionem non fecerunt? uides iam nos haec reputantes tantis difficultatibus implicari, ut nisi coniciendo errorem hic latere uix nos expedire possimus. de codicibus a Ballerinio examinatis, cum pessimae notae sint, ne uerbum quidem addere constitui. libro Parisiaco 11624 simili usus esse uidetur Amerbachius.

Multo breuius de apologia Dauid quae uolgo altera uocatur ea quae ad rem faciunt exponere mihi licebit. etenim codices quibus usi sumus fere omnes iam descripsimus, librum Apologia Dauid altera

[1]) nihil sane eiusmodi aetatis definitionibus tribuendum esse eo intellegitur, quod Maurini librum P″ (s. Benigni Diuionensis), qui quin saeculo XI tribuendus sit dubitari non potest, ante annos DCCC exaratum esse censent.

sancti Theoderici apud Remos, nunc Remensem 352 (T), Bru xellensem 1893/99 (B), Duacensem 227 (D), Trecensem 28 (T'), Nouariensem (XLVIII) 20 (N), Brugensem 101 (B'), Pa risiacum 1723 (P), Parisiacum 1728, olim Mazarineum (M) restat igitur Parisiacus 1731 saeculi XIIII (P'), qui apolo giam et priorem et alteram, librum de resurrectione, deniqu explanationes in psalmos undecim complectitur. in his igitu T tanta bonitate excellit, ut si nunc hic libellus multis loci emendatus atque in pristinam integritatem restitutus legitu id ei potissimum debeatur. ac sane mireris Maurinos, cun hunc librum examinauissent, nullam fere eius rationem habu isse.[1]) nam unaquaque huius editionis pagina quanti aesti mandus sit demonstratur. proxime ad eum accedit N, qui e eodem fonte fluxit, ita tamen ut eum non aequet. sed eti primi fide atque auctoritate tamen TN uitiis non uacant, quo rum alia leuiora sunt, alia sane grauissima, lacunas dico, qui bus in eis oratio deformata est, et maiores et minores. qu de re conferas quaeso hos locos: 361, 24; 369, 17; 383, 11 387, 8 et 12.[2]) unde iam deteriores quoque codices, in primis I et D diligenter examinandos et cum TN conferendos esse patet diuiduntur autem illi in duas classes, quarum una DPM, alter BT'B'P' conprehenduntur; atque in altera T'B'P' tam art cognationis uinculo coniuncti sunt ut quin B'P' ex T' ue simillimo libro manauerint dubitari non possit. libro Noua

[1]) praeter TPP'M et Laudunensem illum, de quo modo locuti sumu adhibuerunt Regium et Dionysianum, quos non curaui.

[2]) quamquam in locis etiam lacunosis tractandis maxima cautione opu est, ne prauis quae in deterioribus libris leguntur interpolationibus deci piamur. sic locus qui 372, 17 legitur in T parua lacuna adfectus facil restitui potest ita ut *popul⟨us Iudae⟩orum* scribatur, in ceteris uer uario modo immutatus est ac foede deprauatus. haec disputanti alteriu loci 400, 1 memoria mihi adfertur, quo in TN *condempnant*, in ceteri *arguendum putant qualicumque* traditum est. ferri sane potest libroru TN scriptura, sed quae in deterioribus extant tam apta sunt, ut suspi ceris ea in archetypo quoque codicum TN extitisse et, cum excidissen lacunam uerbo *condempnant* expletam esse.

riensi simili usus est Gulielmus abbas in commentario in Cantica canticorem compilando, codice B ut uidetur Erasmus.

In libello de Helia recensendo praeter Parisiacum 1732 (P), qui totius recensionis fundamentum est, septem codices adhibui, ex quibus Duacensis 227 (D) et Parisiacus 14464 (P') iam supra descripti sunt, quinque nunc describendi: Uaticanus liber Reginae 140 (R), formae oblongae, foliorum 150, saeculi X; de quo cf. A. Reifferscheid Bibl. Ital. I 400 sqq. opusculum de Helia in eo legitur f. 40ᵘ—44ᵘ mutilatum; desinit in uerbis c. 8 s. 23 'ieiunium hostia erit' p. 425, 3 — liber s. Galli 559 (G), formae oblongae, paginarum 266, saeculi X, de quo uide quae exposuit Scherrer in indice codd. bybl. monast. s. Galli p. 177. libellus de Helia continetur paginis 225—264 — Harleianus 6509 (H), formae quartanariae minoris, foliorum 135, saeculi decimi. insunt f. 1 liber pastoralis sci Gregorii papae, 97ᵘ pastorale sci Ambrosii, 106ᵘ de Elia, 132ʳ—134ʳ sermo s. Augustini ad episcopos. Qui non intrat per ‖ ostium, 134ʳ—135ᵘ Passio Fidelis martyris, 135ᵘ Reuelatio sci sauini epi et conf. et inuentio sci martiris antonini [1]) — Bodleianus 866 (B), formae oblongae, foliorum 165, saeculi XI ineuntis, ab Henrico Schenkl Bibl. Brit. I 1, 740 (Act. min. acad. litt. Uind. CXXIIII 3) descriptus. liber de Helia extat in f. 124ʳ—131ᵘ mutilatus; aliquot enim foliis deperditis ea quae post uerba 'meretur ueniam' c. 13 s. 49 (p. 440, 7) sequuntur interciderunt — Harleianus 3097 (H'), formae oblongae, foliorum 120, saeculi XI ineuntis. continentur eo praeter alia (cf. Cat. of the Harl. man. ed. a. 1808 II 735) f. 85ʳ liber pastoralis uenerabilis Ambrosii, 89ᵘ de mysteriis, 96ʳ de sacramentis, 108ᵘ—120ᵘ de laude ieiunii.[2])

His igitur expositis si quae codicum condicio sit quaeritur, duo genera discernenda esse adparet. ac prius quinque libros PBH'DP' complectitur, ex quibus ut B et H' ita D et P'

[1]) in folio ultimo legitur: 'Nicolai de dacijs doctoris seneñ'.

[2]) cum DP' consentit Nouariensis (XLVIII) 20; ex P deriuatus est, sed foede corruptus Brugensis 100 saec. XIIII exeuntis.

propinqua cognatione inter se conexi sunt. neque quidquam puto obstat. quominus hos omnes ex P deriuatos esse statuamus. sed aliter res se habere uidetur in altero genere, quo tres libri, RGH, comprehenduntur. in his enim non paucis locis qui in P corruptelis inquinati sunt germanae lectiones conspiciuntur eaeque tales, ut ex coniectura eas profectas esse uix ueri speciem habere uideatur. etenim R, quo XXIII tantum sectiones continentur, etsi neglegenter scriptus multisque uitiis turpatus tamen duobus locis 413, 3 et 416, 13 cum GH ueras scripturas seruauit[1]). neque uero GH etsi magis etiam deformati et foede interpolati, si, ut leuiores quasdam omittam, has lectiones: 445, 15; 447, 4 et 12; 448, 16; 451, 21; 454, 6 respexeris, parui faciendi sunt[2]). iam ut summam eorum quae disputauimus faciamus, in hoc libello recensendo codicis P uestigia premenda esse adparet, ita tamen ut librorum RGH — nam ceteri, si corruptelas quasdam a librariis sublatas exceperis, nullius omnino momenti sunt — semper ratio habeatur.

Maurini praeter PP' et Laudunensem sine dubio saeculo XII non antiquiorem codices recentes turpiterque interpolatos adhibuerunt, quos non curaui. libro G usus est Amerbachius. editionis ueteris s. l. et a., cuius Hain I p. 101 n. 914 mentionem fecit, inspiciendae me facultatem non habuisse doleo.

de Nabuthae Nunc ad librum de Nabuthae ueniamus, in quo tractando eadem fortunae iniquitate, quam supra conquesti sumus, maximae nobis paratae sunt difficultates. nam in Parisiaco 1732 (P), quem in hoc quoque libello tamquam signiferum sequi debemus, sectiones I—XXVIIII et tricesimae initium — orditur enim a uerbo 'miserius' 484, 15 — foliorum iactura interciderunt neque, etsi multos libros aut contuli aut inspexi, unum qui ex eo ortus proxime ad exemplum suum accederet

[1]) adde quod praeter P solus 414, 1 *abstemiae* tuetur.

[2]) ueri simile quoque est 464, 22 cum GH *an ignoras* scribendum esse. lacunosus et in P et in GH traditus est locus 436, 14, quo in P *corporis*, in GH *pretium* seruatum est. itaque et his et illo nisus pristinam Ambrosii manum restituere conatus sum.

inuenire mihi contigit. sed de hac re mox agendum erit; nunc de ceteris quos adhibui codicibus exponamus necesse est. atque Remensem 229 (R), librum musei Britannici Add. Ms. 18332 (B), Aurelianensem 148 (A), Augienses CCXIII et CLVI (𝔄 et 𝔄'), Einsidlensem 164 (E), Parisiacum 11624 (P'), Remensem 352 (T), Duacensem 227 (D), Laudunensem 178 (L) iam descripsimus. restat igitur ut de tribus nondum commemoratis ea quae ad rem pertinent breuiter adiungamus. ac primus est Coloniensis 32 (C) formae oblongae, foliorum 192, saeculi X, in quo epistulas Ambrosii f. 178ᵘ et orationem de obitu Theodosii libellus de Nabuthae excipit. huic simillimi tres codices sunt a me excussi, in quibus eodem modo scriptiones supra commemoratas cum opusculo de Nabuthae coniunctas habes, Monacensis 10041 saec. XI, de quo conferas catalogum codd. Lat. bibl. Monac. II 1, 129, Harleianus 3085, denique liber uet. bybl. reg. Brit. (Old Kings Library) F V 13, duodecimi uterque saeculi. alter liber est bybliothecae Uaticanae antiquae 5760 (V), de quo ne longior sim te ad ea quae A. Reifferscheid Bibl. Ital. I 423 sqq. scripsit reicio. libellus de Nabuthae in eo f. 184ᵘ—193ᵘ manu saeculi X uel XI adiectus nunc foliis duobus deperditis mutilatus legitur; desinit enim in uerbo 'uestrae' 510, 13. tertius est Bodleianus Auct. T 2, 23, olim Claromontanus et postea Mermannianus (B'), saec. X, quem descripsit Henricus Schenkl Bibl. patr. Brit. I 1, 99 (Act. min. acad. litt. Uindob. CXXI 9).

Codices autem praeter P in tria genera diuidendos esse adparet. quorum unum libris RBA[1]) continetur, alterum CB'N', tertium P'DLT. quae genera si constituo, non me fugit eiusdem classis codices non semper accurate inter se consentire.

[1]) A, quamquam eum ad hoc genus referendum esse iam eo, quod eosdem libros atque eodem ordine dispositos complectitur, luculenter satis adparet, tamen utpote ex codice alterius generis non paucis locis correctus longius a ceteris recedit. idem fere statuendum est de V, de quo, cum pessimae notae sit, accuratius disputare nolim. ad hanç classem quoque referendus est Uindobonensis 705 saec. XII, contra Parisiacus 1728, olim Mazarineus saec. XV plerumque cum libris generis tertii facit.

quod nemini mirum uidebitur qui reputauerit frequentissime ex libris alius generis lectiones in alios codices illatas atque hoc modo mixtam quandam textus formam ortam esse. iam uero quam exilis librorum RBA fides sit multis locis, quibus in eis scripturam antiquam temere immutatam esse manifestum est, comprobatur. neque pluris codicum CB'N' auctoritas aestimanda est, utpote in quibus multa libidinis interpolandique studii uestigia conspiciantur.[1]) contra P'DLT, quamquam non plane eadem eorum est condicio, tamen etsi multis uitiis inquinatos minus ei quae in ceteros cadit suspicioni obnoxios esse adparet.

His igitur in uniuersum expositis iam quae ratio inter P et ceteros intercedat inquirendum est. ac primum singulorum scripturis perlustratis elucebit P plerumque cum P'DLT conspirare. quae res his locis confirmatur: 490, 20 *deliberet*, 492, 17 *uesti* (B m2), 501, 18 *uacuum si*, 20 *reddidisse memoraui*, 503, 14 *splendidi dum*, 508, 12 *curris id est* (*currens id est* DT, *currens* P'), 510, 7 *nolite diuites*, 513, 2 *quia a* (*qui* s. *ł quia* D), 515, 12 *constitue*. adde quod in P et P'DLT eadem uerborum collocatio inuenitur his locis: 502, 5 *fecit oculum*, 6 *solus panem suum*, 514, 3 *dominum dixisse*. denique P si non cum omnibus, at cum duobus uel uno consentit, ueluti 499, 5 *diu* PDT, 502, 2 *dicit* PT (B m2), 505, 7 *in* pr. om. PP', 511, 14 *deo* PP'D. multo rarior est libri P et codicum CB'N' consensus; conferas quaeso 485, 3 *habeo*, 485, 7 *abundantia*, 493, 17 *ut*, 499, 4 *sicut ego* PB'; praeterea memorabile est *proderetur* quod 495, 2 CB'N' praebent ad scripturam libri P *prohiberetur* — in ceteris *iuberetur* extat — quam proxime accedere. rarissime denique P ceteris discrepantibus cum RB congruit, ueluti 488, 17 *estote*, 513, 9 *auferit* P, *auferet* RB. singularis libri B condicio est; nam quae in eum manu altera illatae sunt correctiones cum codicis P lectionibus ita conspirant, ut aut ex P ipso aut ex libro simillimo haustae esse uideantur.

[1]) nolim tamen silentio praeterire manifestum emblema, quod 473. 23 in ceteris legitur, in libris huius generis non extare.

Ex his quae modo disputauimus sequitur in ea libelli parte, quae in P intercidit — nam quin P, ubi se ducem nobis offert, unus respiciendus, ceteri, qui nihil fere ad rei criticae usum conferunt, neglegendi sint, nemo puto dubitabit — priores partes libris P'DLT tribuendas esse, ita tamen ut ceteri non plane abiciantur. atque in primis si manus altera in B cum his facit, quasi momento addito lanx in hanc partem uergere uidetur; cf. 469, 8; 470, 12; 471, 16; 473, 12; 474, 13. neque minus libris illis pondus adfertur, si earum lectiones codicum aut RB aut CB'N' auctoritate confirmantur. hoc igitur fundamento posito textum in ea libelli parte constituere conatus sum. quam ob rem has a me receptas esse lectiones uidebis: 469, 7 *occidat*, 14 *quia etsi*, 470, 1 *uindicatis uobis*, 471, 7 *cupiditas*, 473, 7 *non habent enim*, 17 *mihi inquit*, 477, 4 *ei ouum*, 479, 13 *igitur*. restat locus 474, 2 quo eorum quae supra statui memor scripturam *quem pauci diuites uobis defendere conamini* ex P'DLTCB'N'[1]) recepi. R et Uindobonensis praebent *obtinetis*, non inepte sane, si praesens quod uocatur de conatu esse statuis; idem extat in B, in quo supra manu altera *non occupatis* adiectum est, neque hoc inepte, sed eis quae sequuntur non conuenienter. in Mazarineo denique *occupatis* legitur. quodsi lectio quam recepi uera est, statuere nos oportet in archetypo librorum RB haec uerba intercidisse et lacunam uario modo expletam esse. quae res simul ad originem scripturae quae in V extat illustrandam conferre uidetur. cuius in archetypo cum lacuna esset, librarius codicem alterius generis nanctus uerba illa inseruit.

Maurini praeter PRB'P'LT et Parisiacum 1728 complures libros adhibuerunt saeculo XII non antiquiores, quosdam etiam recentiores, quos aut frustra quaesiui aut, cum nihil ex eis ad rem criticam administrandam peti posse mihi persuasissem, consulto neglexi. Nouariensis XLVIII (20) a Ballerinio excussus plerumque cum D consentit. ex Augiensi CLVI (𝔄') aut simili codice Amerbachii editio manauit.

[1]) in V *uos* post *quem* insertum est.

de Tobia Restat liber de Tobia, in quo emendando omnino a Parisiaco 1732 proficiscendum est. tanta enim huius bonitas est, ut ceteris aut exiguam aut nullam etiam auctoritatem tribuendam esse adpareat. quamquam eum lacunis adfectum esse comprobatur et eo quod in illo et Parisiaco 1723 p. 560, 3 uerba *custoditur spiritale igitur pignus* omissa sunt — nam quin haec uerba non ad librarii alicuius coniecturam referenda, sed ab ipso Ambrosio profecta sint nullus dubito; ac facile oculis librarii ad alterum *custoditur* aberrantibus huius lacunae origo explicatur — et altero loco qui 521, 5 legitur, de quo mox accuratius agendum erit.[1] de ceteris codicibus res paucis absolui potest. nam cum de Bruxellensi 1893/99 (B), Duacensi 227 (D), Parisiaco 14464 (P'), Trecensi 284 (T), Parisiaco 1723 (C) iam supra exposuerimus, unus tantum nobis describendus est, Uaticanus bybliothecae Palatinae 290 (V), formae oblongae, foliorum 53, saeculi X exeuntis uel XI ineuntis, de quo conferas Augustum Reifferscheid in Bibl. Ital. uol. I p. 200.[2] insunt in eo f. 1—32 liber Albini quem edidit contra heresim Felicis et f. 33—53 libellus de Tobia. his igitur expositis quae ratio inter P et V intercedat inquirendum est; nam V non ex P fluxisse, sed quamquam ex eodem archetypo deriuatum proprium in stemmate locum obtinere, iam ex eis quae de lacuna quae p. 560, 3 in P extat diximus intellegitur. qua in re magni momenti est locus qui 521, 5 legitur. is in ceteris làcuna inquinatus est, in V autem uerbis *fidem non deferebat. pecuniam* restitutus. quod supplementum cum per se aptissimum sit atque propter uerborum *alimoniam* et *pecuniam* similem terminationem facile excidere potuerit, potius ad archetypum quam ad coniecturam redire existimo. adde quod codici V eo quoque aliquantum auctoritatis accedit quod 542, 5 in eo uno τόκους integrum seruatum est. sed

[1]) uerba *et magnum opus* quae 520, 8 in P leguntur sine dubio utpote ex dittographia orta delenda sunt.

[2]) in folio, quod inuolucri locum obtinet, legitur: 'codex de monasterio sci nazarii quod est in laureshain'.

sane dubitatio mouetur duobus locis qui soli in V leguntur in ceteris omissi. ac priore 536, 15 post *debebat* V haec exhibet: *et quasi debitor uenit ut a faenore peccati exueret debitores. nihil debebat*, quae uerba mihi cum sententia et colore huius loci aperte pugnare et ex falsa scriptura *ipse* nata esse uidentur. altero 554, 10 post *faeneret* in V haec addita habes: *iustus. itaque dum te lego, de te requiro, exponis mihi quid faeneret*. sed ne haec quidem Ambrosio adscribam, cum et illud *itaque* male positum et inanis uerborum tinnitus quominus ea Ambrosio tribuamus obstare uideatur.[1]) quam ob rem num supplementum quod 521, 5 legitur utique aptissimum re uera germanum sit dubitare licet. sed ut nihil aliud quam librarii alicuius commentum id esse concedamus, tamen lectionibus quibusdam respectis patet codicem V multis licet uitiis inquinatum praeter P semper examinandum esse. quod ad ceteros adtinet, C ex ipso P descriptus est atque ex eodem fluxit D eiusque ut uidetur apographum P' codicibus quibusdam, in quibus scriptura libro quodam V simili collato correcta erat, intercedentibus. medium quendam locum inter P et V obtinent B et T, qui plerumque inter se consentiunt. sed horum codicum omnium exiguus uel nullus est in re critica usus.

Maurini praeter PP'C tres libros adhibuerunt, quorum duo recentiores fuerunt, Tornacensis [2]) et Dionysianus, antiquior Laudunensis ille supra commemoratus, quem tamen, si scripturam eius p. 559, 20 *custodiatur causa alicuius commissi* respexeris, non magni faciendum esse statues. librorum a Ballerinio excussorum prior, Nouariensis (XLVIII) 20, cum D,[3]) alter, bybliothecae canonicorum s. Ambrosii, saeculi XII cum BT conspirat.

[1]) utroque sane loco quomodo uerba in V tradita exciderint, oculorum aberratione facile explicari potest.

[2]) Tornacensem simillimum esse Duacensi paucis quae ex eo adlatae sunt scripturis comprobatur.

[3]) codex D simillimus Amerbachio in hoc libello edendo ad manus fuit.

* 12137 [s. Germani] (Ios. Patr.: *P*; Apol.: *P'*) p. XXIII, XXXIII
14464 [s. Uictoris] (Interp. Hel. Tob.: *P'*) p. XXXI, XXXVIIII, XXXXIIII
bybl. armarii (d'Arsenal) 840 (Ios. Patr.: *P''*) p. XXII

Remenses:
229 (Apol. Nab.: *R*) p. XXXIIII, XXXXI
* 352 [liber s. Theoderici] (Iac. Ios. Patr. Fug. Apol. Apol. II Nab.: *T*) p. XX, XXV, XXVIII, XXXVIII, XXXXI

Sangallensis
559 (Hel.: *G*) p. XXXVIIII

Trecensis * 284 (Patr. Apol. Apol. II: *T'*; Tob.: *T*) p. XXIIII, XXXV, XXXVIII, XXXXIIII

Uaticani:
bybl. Uat. ant. 287 (Interp.) p. XXXII
* 5759 (Iac. Fug.: *V*) p. XX, XXVIII
5760 (Nab.: *V*) p. XXXXI
bybl. Palat. 290 (Tob.: *V*) p. XXXXIIII
bybl. Reg. 140 (Hel.: *R*) p. XXXVIIII

Uindobonenses:
* 705 (Patr. Nab.) p. XXV, XXXXI
1067 (Ios. Patr.) p. XXV
1080 (Ios. Patr.: *V*) p. XXV

Aurelianensem 148, Parisiacos 1723 (Interp. Apol. II) et 1731 contulit S. Reiter, Cheltenhamensem 12267 et Harleianum 3079, S. Frankfurter, librum mus. Brit. Add. 18332 I. Zechmeister, Nouariensem A. Swoboda, Parisiacum 1728 (Apol. II) M. Petschenig, Parisiacum 1723 (Tob.) F. Weigel et I. Zingerle, Oxoniensem T 2, 23 uir doctus Britannus A. Neubauero benigne intercedente. de Audomaropolitano et Augiensibus uide quae in parte prima exposita sunt. ceteros libros omnes ego examinaui.

DE IACOB ET VITA BEATA.

A = Audomaropolitanus 72 saec. VIIII f. 61^u
P = Parisiacus 1913 (olim Colbertinus) saec. VIIII f. 232^r
P' = Parisiacus 1719 (olim Tellerianus) saec. XI f. 128^u
V = Uaticanus bybliothecae Uaticanae antiquae 5759 saec. VIIII uel X f. 67^r
𝔄 = Augiensis CXXX, nunc Carolirubensis saec. X f. 67^u
𝔄' = Augiensis CCXIII, nunc Carolirubensis saec. X f. 96^r
𝔄'' = Augiensis CLVI, nunc Carolirubensis saec. XI f. 75^u
E = Einsidlensis 164 saec. XII p. 125
D = Duacensis 226 saec. XII f. 119^r
T = liber s. Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352 saec. XII f. 69^u
N = 𝔄𝔄'𝔄''*E*
N' = 𝔄'𝔄''*E*
a = editio Amerbachiana

Librorum *A* et *P* scripturas omnes adposui, ex ceteris selectas. ibros *D* et *P'* raro respexi.

⟨LIBER PRIMVS⟩.

1, 1 Necessarius ad disciplinam bonus sermo omnibus, plenus I 448 A
prudentiae, et mens rationi intenta praecurrit uirtutibus, B
passiones coercet; docibilis enim uirtus. denique studio et
discendo quaeritur, dissimulando amittitur. alioquin nisi sermo
bonus necessarius esset ad correctionem, numquam lex diceret:
n o n a d u l t e r a b i s. sed quia nudus sermo ad monendum
utilis, ad persuadendum infirmus est, ideo adhibenda est
rationis rectae consideratio, ut quod sermo bonus praescripserit
ratio plenius tractata persuadeat. non enim seruili ad oboedi- C
endum constringimur necessitate, sed uoluntate arbitra, siue
ad uirtutem propendimus siue ad culpam inclinamur. et ideo
nos aut liber affectus ad errorem trahit aut uoluntas reuocat
rationem secuta. passio autem grauissima culpae concupi-
scentia, quam ratio emollit et conprimit. emollire enim po-
test, eradicare non potest, quoniam animus qui est rationis 444 A

2 [Flauius Iosephus] de Maccab. II 392, 4 *D*. 3 de Macc. 393, 25
7 Exod. 20, 13 15 de Macc. 394, 45 sqq.

INCIPIT (LIBER *add. E*, Ł. V. 𝔄'', LIBER EIUSDEM *D*, EIUSDEM *P*') DE IACOB ET UITA BEATA (BEAT•, *A eras. P;* LIBER IIII. *add. V*) *APVNDT* 2 bonus *T* boni *A* (*s. m2* ł nis) bonis• *P* bon *D* bonis *cet.* omnibus sermo *𝔄'm2 𝔄''E* 3 prudentia• *P* (e *eras.*) 4 cohercet *A* (h *s. u.*) *PVN* 5 alioquin *A* (n *ex* m) 7 admouendum *A* (*s. m2* ł admonendo) *P* admouendǫ *T* (ū *s.* ǫ) 10 persudeat *A* (a *s. u. m2*) 12 *fort.* inclinamus 13 ad nos *A* (ad *del. m2*) *P* (ad *exp.*) 𝔄 (ad *del. m3*) 14 sed ut *A* (*s. m2* secuta) autem *libri praeter P. in quo est ras. 5 litt.;* autem *del. T*, *qui s. u. ante* passio *add. m2* sed est concupiscentia ē *V* concupiscentię *A* (e, *quam exp. m2*, *postea addita esse uidetur*) 15 ratione emollit *Am2 et* (ne *eras.*) *𝔄𝔄'* ratio mollit *𝔄''E* emollirę *et* 16 eradicarę *T*

capax suarum passionum non dominus, sed repressor. neque enim fieri potest ut facilis ad iracundiam non irascatur, sed ut ratione se temperet, indignationem cohibeat, a puniendo se reuocet, sicut et propheta nos docet dicens: irascimini et nolite peccare. concessit quod naturae est, negauit quod
2 culpae est. omnis itaque . . . . . . ex aliis, non ex se originem sumit ideoque secunda est. nam aut de naturalibus suscipitur aut de utilibus. itaque aut naturalia temperat aut utilitatis B adsertor est. denique non animi excidit concupiscentiam, sed facit ne concupiscentiae seruiamus. quis enim tantus ut corporalem motum possit auferre nisi solus ille qui potuit de infructuosa ficulnea dicere, hoc est malitia Iudaeorum: ecce anni tres sunt, ex quo ueni quaerens fructum in ficulnea hac et non inuenio: succide ergo illam. cui respondit seruus: remitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam et mittam cophinum stercoris. et si quidem fructum fecerit: sin autem, in futurum succide illam. merito ad dominum rettulit, quia excidendae C corporalis prolapsionis potestatem sibi ipse uindicare non poterat, sed domino reseruabat.

1 de Macc. 392, 14 4 Psalm. IIII 5 9 de Macc. 392, 16 13 Luc. 13, 7—9

1 capax *V* (*deinde ras. 2 litt.; s.* ñ ē) capax ut *A* (ut *s. u. m2*) 𝔄𝔄″ *et* 𝔄′ *m1* capax ñ 𝔄′ *m2E* capax ñ ē *T* (ñ ē *m2 ex* ut) non *addit* *P′ om. cet.* ē dñs 𝔄′ (ē *s. u. m2*), *fort.* dominus ‹est› ṣẹḍ *A* (*s. m2* ł sit) sit *T* (e *s.* i) repressor est *P′* 3 ut *s. u. V*, *om. D* 5 naturae *A* (e *add. m2*) 6 est *del. A m2*, *om. T* *lacunam indicaui; excidit fort.* recta ratio. temperantia *supplent* 𝔄″*E*, ira *s. u. T et m2 V*, concupiscentia *s. u. m2* 𝔄′, culpa *liber s. Marci* (*nunc Laurentianus*) *510;* in *P s.* ex *ras. 3 litt.* 7 secunda *A* (*s. u. m2* ł secanda) secanda 𝔄*T* aut *A* (t *s. u.*) 8 utilitatis *A* (*s. m2* ł litas) 9 animi *scripsi* alii *A* (*s. m2* ł ibi) *P* alibi 𝔄*DT* ibi *VN′* 11 corporales motus *N′* nisi *A* (si *postea add.*) 16 coffinū**** *A* cofinum *PV*𝔄 17 fecit (*corr. m2*) *AP* futurum *P* (utu *in ras.*) 18 succide *AP* e (*deinde spatium 5 fere litt.*) xcides (s *s. u. m2*) *T* (*s. m2* succides) succides *cet.* rettulit 𝔄 retulit *cet.* 19 corporalis *A* (*s. m2* temporalis) *P et m2 T* temporalis *T m1 cet.* prolapsionis *A* (*s. m2* ł ne) 20 sed *del. m2 A*, *s. u. T*

3 Denique quem de hominibus meliorem et fortiorem adsumemus quam sanctum Dauid, qui cupiditatem [sibi], qua concupiuerat aquam de lacu Bethleem hostili interclusam exercitu, sibi auferre non potuit, potuit mitigare? nam cum aliis utique defuisse non inueniamus, id est tanto exercitus numero, cum 445 A utique multo minus regi deesse potuerit ex ceteris fontibus aqua, inrationabilem quandam concupiscentiam passus desiderauit eam, quae hostium erat circumfusione uallata, unde sine maximo periculo non facile potuisset deferri. itaque ait: quis mihi potum dabit de lacu, qui est in Bethleem ad portam? et cum essent reperti tres uiri, qui hostium castra praeciderent et deferrent aquam, quam summo desiderio desiderasset, cognoscens quod periculo alieno aqua sibi eadem B constitisset profudit illam domino, ne sanguinem illorum qui eam detulerant bibere uideretur. quae res indicio est quod concupiscentia quidem rationem praeueniat, sed ratio cupiditati resistat. humanum itaque passus est Dauid, ut inrationabiliter concupisceret, sed illud laudabile, quod inrationabilem concupiscentiam rationabiliter parato fraudauit remedio. dum laudo uiros, qui erubuerunt desiderium sui regis et maluerunt finem C eius uerecundiae uel periculo propriae salutis adferre, plus

2 de Macc. 394, 52 sqq. 10 Reg. II 23, 15 11 Reg. II 23, 16 sq.

1 hominibus *A* (*s. m2* ł omnibus) omnibus (*s.* hominibus) *T* adsumemus *Costerius* adsumimus *libri* 2 sibi *deleuit Erasmus* concupiuerat *AP*𝔄*T* concupierat *cet.* 3 intercląusam *P* 4 auferre (r *pr. s. u.*) *P* *alt.* potuit *om. A* (*add. m2*) *P*, *in mg. E* mitigare *A* (*s. m2* ł migrare) utique aquam 𝔄' (aquam *s. u. m2*) 5 id est (*s. m2* ł idem) *A* 6 fortibus *A* (*corr. m2*) 8 quae (*s. m2* ł quam) *A* 9 potuisset (t *alt. s. u.*) *AT et* (*m2*) 𝔄' deferre *A* (*corr. m2*) 10 dabit potum 𝔄''*E* potum de lacu dabit 𝔄 11 bethlem *A* (*corr. m2*) 𝔄 12 qui *A* (*s. m2* ł quam), *s. u. V* 13 aqua (a *alt. ex* ā) *A*𝔄' aquā 𝔄 eȧdem *A m1* eandem *A m2* 𝔄 alienam *T* (*exp. m2 et* eadem *ante* sibi *ins.*) 14 profundit *P* 15 bibere (b *pr. ex* u) *A* 17 itaque quod 𝔄''*E*; *in* 𝔄' *ante* passus *ras. 2 litt.* 19 patrato *A* (*corr. m1*) dum *om. T* laudo 𝔄''*ET*, *post* uiros *s. u. m2* 𝔄', *om. cet.* 21 sed (*s. u. m2*) plus *T*

laudo eum qui erubuit in suo desiderio alienum periculum et aquam dubiae sortis pretio quaesitam sanguini comparauit. simul quasi repressa uictor cupiditate profudit aquam domino, ut ostenderet quod concupiscentiam suam uerbi consolatione

4 restingueret. potest igitur mens sobria inpressiones refrenare ac reprimere quamuis grauium passionum et feruorem omném cupiditatis flagrantissimae refrigerare, deriuare alio motus et D rectae rationis tractatione despuere passiones. etenim cum deus hominem constitueret et in eo mores sensusque plantaret, tunc motibus eius regale inposuit mentis imperium, ut omnes sensus motusque hominis eius uigore ac potestate regerentur. adiuncxit ad gratiam creaturae, ut mentem ipsam diuinis informaret praeceptis et sapientiae instrueret disciplinis, quibus et cauenda nosceret et eligenda cognosceret. mens igitur recta ratione tenens disciplinam sapientiae, ut diuina et E humana cognoscat, eruditur in lege, per quam discit quas sibi subicere debeat passiones.

2, 5 Passionum autem uelut duces sunt naturales delectatio et F dolor, quas secuntur ceterae. illae enim conplectuntur uniuersas, quarum utraque non solum corporis, sed etiam secundum animam passiones sunt. et quia diximus subesse his alias passiones, ante delectationem concupiscentia, post delectationem gratulatio est; ante dolorem autem est timor, post

1 de Macc. 395, 11 5 de Macc. 395, 20 8 de Macc. 394, 35 14 de Macc. 392, 41 sqq. 18 de Macc. 393, 8 sqq.

1 desideșiḍrio *A* 2 sanguinē *A m2* sanguinis *N'* 3 profundit *A* (n *exp. m2*) *P* 4 suam *s. u. m2 A, s. u. m1 T* 5 restingueret *N'* restringeret *cet.* (*cf. de Mac. 395, 20* σβέσαι) 7 diriuare *A* (di *ex* de) *T* alios *A* (s *s. u. m2*) 𝔄 9 plantaret ... omnes *A m1 in ras.* 10 moṇtibus *P* inposuit regale 𝔄''*P'* 12 adiuncxit *A* adiunxit *cet.* ipsam *A* (*s. m2* ł ipsa) 13 informaret *A* (t *s. u.*) reformaret *N'* 14 praenosceret *V* (prae *s. u. m2*) legenda 𝔄' (*m2* eligenda) 𝔄''*E* 16 legem *A* (m *del. m2*) 17 subicere *P* (re *m2 in ras.*) subici *V* (*in mg. m2* ał subicere) 18 naturalis *A* (*s. m2* ł les) *T* (*corr.* -es) *N* 19 qua (*corr. m2*) *AP* conplectantur *A* (v *s.* a *m2*, n *alt. exp. m. ant.*) 20 utraque *A* (ł e *s.* a *m2*) utreque *V et* (a *s.* ę *pr.*) *T* 21 animum *AP* subee̅ *P* (e *alt. in ras.*)

dolorem tristitia, commotio autem animi communis passio et delectationis et doloris est. transcurram alias, id est superbiam auaritiam ambitionem contentionem inuidiam, quae sunt 446 A secundum animam passiones, transcurram etiam inexplebilem uorandi libidinem effusionemque luxuriae atque lasciuiae, quae uitia nexa sunt corpori et secundum illud operantnr. meritoque temperantia quam maxime passionum istarum restinguit ardorem, quae primum sobrietate atque moderamine animum temperat, mentem informat, deinde etiam deliciarum abstinentia restringit habenas corporalis ferocitatis. ideo lex recidit ciborum licentiam, epularum copias, non solum ut resecaret luxuriam, uerum B etiam ut inhibentis contemplatione praecepti uiam tractationi rationis aperiret, quae inritamenta gulae ceterasque recideret cupiditates, corporeas passiones motusque cohiberet. temperantia est igitur correctionis praeuia, disciplinae magistra.

6 Ab hac profectus Iacob sanctus primatus a fratre quos non habebat accepit eiusque praelatus adsensu docuit in reliquum intemperantes proprio sibi uiles esse iudicio. ab hac profectus C Ioseph et calorem iuuentutis edomuit et temptatum adulterinis animum inlecebris rectae rationis inductione firmauit. denique quamuis fortis esset et ualidus, tamen tractatu rationis fulcire se maluit dicens uxori domini sui: si dominus meus

1 de Macc. 393, 18 6 de Macc. 393, 29 10 Leuit. 11, 4 sqq de Macc. 393, 35 16 Gen. 25, 31 sqq. 18 de Macc. 393, 43 22 Gen 39, 8 sq.

2 delectatione *A* (*corr. m1*) et *postea ins. m1 P* 6 operantur *A* (*s. m2* ł ratur) *T* (n *s. u.*) 7 quam *A* (*s. m2* ł quę) quae *V* istarum passionum 𝔄'' 9 abstinentiā *A* (*corr.* -tia) *V*𝔄 restringit *P* (r *alt. s. u., sed exp.*) 10 corporales *P* (-is *corr.*) ferocitates *P* (es *ex* is, *deinde* is *corr.*) 12 praeceptiuam *A* (*s. m2* ł uiam) *P* (*corr. m1*) 14 corporeas 𝔄' *m2* 𝔄''*E* corporales *P* (le *s. u. m2, sed rursus eras.*) corpore *A m1* corporeę *A m2* 𝔄' *m2 V*𝔄 *et* (corporis *corr.*) *T* passionis (is *ex* es) *A m2* 𝔄 *m2 et* (-es *corr.*) *T* 16 primatus *A* (*s. m2* ł priuatur) quos *A* (*s. m2* ł quod) quod *T* (*s.* os) 18 iudicio *VP'T* indicio *cet.* 19 iuuentatis 𝔄 (ta *ex* tu) temptatum *A* (*s. m2* ł temperatum) 21 tractatur actionis *A* (*s. m2* ł tractatu rationis) tractator actionis *P* tractato (v *s.* o) rationis *V*

nescit propter me aliquid in domo sua et omnia quaecumque habet dedit in manus meas, neque subtractum est a me quicquam praeter te, quia uxor illius es, et quomodo faciam uerbum hoc malum et peccabo coram deo? haec est igitur rectae rationis tractatio, quam Graeci λογισμόν nuncupant, qua mens sapientiae intenta solidatur. pulchra est enim ratio, quod nec beneficiis domini esse deberet ingratus nec occultum posset esse peccatum, quod deo teste committeret, quem latere non posset.

7 Bona igitur ratio, quae et hostilem plerumque affectum exuit et dolorem iniuriae sequestrat. denique et in acie plerumque uictorem mitigat etferituri mucronem retardat et rogantem morti eripit, eo quod subiectis parcere iusta ratio persuadeat. nam de excludendo uel n tigando iniuriae dolore quis melior magister quam patriarcha Iacob, qui proprios coarguens filios Symeon et Leui ait: odiosum me fecistis, ita ut saeuus uidear. et utique ulti fuerant sororis iniuriam, quae contra instituta patria uiolato fuerat pudore temerata. nec potuit Iacob, praeceptor disciplinae, custos pudoris, stuprum probare commissum, sed maluit insolentes ratione cohiberi sciens quod indignationem ratio temperare
8 posset. temperantia est igitur, quae resecat cupiditates. hanc

11 de Macc. 394, 17 14 Uerg. Aen. VI 853 16 Gen. 34, 30 de Macc. 394, 30 18 Gen. 34, 1 sqq.

1 propter *A m1 P* (*corr.* praeter, *sed eras.*) *V𝔄𝔄'E* praeter *A m2 𝔄''T* 3 substractum *A* (s *alt. ins. m. ant.; s. m2* ł subtractum) *T* quia *A* (*s. m2* ł quę) quae *T* que (ex quia) *𝔄'* 4 et *eras. 𝔄', del. T, om. D* 6 logismon *libri* (longismon *V*) 7 pulchra ē *T* pulchre *AP𝔄 et* (*corr.* pulchra) *V* pulchrę *𝔄' m1* pulchra *𝔄' m2 𝔄''ED* 13 muchronem *A* mucronem *𝔄'* (c *ex* g *m2*) 14 q:od *P* (od *m2*) quod *DT* que *cet.* 17 quoarguens *A* (*corr. m. ant.*) coarguens *𝔄'* (co *s. u.*) 18 seruus *A* (*s. m2* ł seuus) uidetur *A* (*s. m2* uidear) *P* 21 probaret *A* (*s. m2* ł re) *𝔄* (t *eras., s. m3* prohibere) quin probaret *P* probare (*corr.* quin improbaret) *T* omissum *AP* cum ipsum *V* (*s. m2* ał cōmissum) 22 rationem *P* (m *exp. m2*) ratione• *𝔄'* (s *ut uidetur eras.*) cohibere *𝔄'* (re *m2 ex* ri) *T* (ri *m2 corr.*)

primis hominibus tenendam mandauit deus dicens: de fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, non edetis neque tangetis illud, ne moriamini. et quia non est retenta, ideo transgressores uirtutis egregiae paradisi exules facti sunt et inmortalitatis exortes. hanc lex docet et uniuersorum infundit affectibus.

9 Doceri autem eam et sapientiam et disciplinam scriptura 447 A
testatur, de temperantia in lege, de ceteris in Iob libro, in quo scriptum est: nonne dominus est qui docet intel- B
lectum et disciplinam? et in euangelio dominus ipse ait: discite a me quia mitis sum et humilis corde. et alibi ad discipulos ait: ite, docete gentes baptizantes eas in nomine patris et filii et spiritus sancti. unde autem discipuli dicti aut quid aliud a Christo nisi uirtutum operari praecepta discebant? denique Dauid ait: uenite, filii, audite me, timorem domini docebo uos. utique timor dei de numero uirtutum est, quia initium C
sapientiae timor dei, per quem adsciscitur piae forma doctrinae, de qua Paulus ait: gratias autem deo, quod fuistis serui peccati, sed oboedistis ex corde in eam formam doctrinae, in qua traditi estis, liberati

1 Gen. 3, 3 8 Exod. 20, 13 sqq. 9 Iob. 32, 1 11 Matth. 11, 29 12 Matth. 28, 19 16 Psalm. XXXIII 12 17 Psalm. CX 10, cf. Prouerb. 1, 7; 9, 10 Sir. 1, 16 19 Rom. 6, 17 sq.

1 tenendum *A* (ł a *s. u. m2*) 2 est *om. E* medio *om. VN* paradysi *P* paradiso (i *s.* o *m2*) *A* paradyso *N'* (o *ex* i 𝔄') paradiso *V𝔄T* 3 illud *om. P* 4 paradysi *PN'T* 5 inmortalitates *A* (*corr. m2*) *P* (is *ex* es, *sed* i *eras.*) hanc *A* (*s. m2* ł hęc) 6 affectibus *A* (*s. m2* ł tus) 7 doceri *A* (ł e *s.* i *m2*) *P* (-re *m2*) *N'* docere *V𝔄* *et* (dūm *add. s. u.*) *T* eam *eras.* 𝔄', *om.* 𝔄''*E* 8 libro iob *N'* in quo *del. m2 A*, *s. u. T* 9 dn̄s est *exp. et s. scr.* ds̄ *m2 A*, ds̄ (*s.* dn̄s ē) *T* 10 ipse *del. m2 A*, *s. u. T* 12 omnes gentes 𝔄''*EP'T* 13 eas *A* (s *m2* ł eos) eos *VN* 17 dn̄i *VD* de *del. m2 A*, *s. u. T*, de numero *om. E* quia *Gelenius* uia *V* (*s. m2* ał. una) 𝔄 (uña *s. u. m3*) *cet.* initium enim *T* *et* (enim *s. u. m2*) *V* 18 dn̄i *N'D* (κυρίου *LXX*) 19 gratias *A* (s *exp. m2*) gratia 𝔄 gratias (s *s. u.*) *T* 20 oboedistis *P* (s *pr. s. u. m2*) 21 quam 𝔄 *et* (m *eras.*) 𝔄' liberi *N'*

autem a peccato serui facti estis iustitiae. doctrina igitur facit, ut possimus peruenire ad iustitiam. potest ergo adquiri iustitia discendo. intendamus igitur studio in formam euangelicae doctrinae. minimum studii plerumque pro maximo habetur. in studio enim sunt omnia, per quod adhibetur oboedientia, quae in utramlibet partem propenderit aut culpam adiungit aut gratiam. haec nos in primo Adam traxit ad mortem, haec in Adam secundo ad uitam uocauit.

10 Non est quod cuiquam nostram adscribamus aerumnam nisi nostrae uoluntati. nemo tenetur ad culpam, nisi uoluntate propria deflexerit. non habent crimen quae inferuntur reluctantibus, uoluntaria tantum commissa sequitur delictorum inuidia, quod in alios deriuemus. uoluntarium sibi militem eligit Christus, uoluntarium seruum sibi diabolus auctionatur. neminem iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi se ei prius peccatorum aere uendiderit. quid carnem quasi infirmam accusamus? membra nostra arma sunt iniustitiae et arma iustitiae. uidisti pauperem iniuriam accipientem, protexisti eum: membra tua arma pietatis sunt, quibus pauperem ab iniuria uindicasti. uidisti egenum, donasti eum muneribus: dextera tua mortem a tuo pectore reppulisti. uidisti eum qui ducitur ad mortem, eripuisti eum, quia scriptum est: eripe eum qui ducitur ad mortem: membra tua sunt arma iustitiae, si iniuste

8 I Cor. 15, 45 et 47 17 Rom. 6, 13 et 19 22 Prouerb. 24, 11

2 ergo (*s. m2* ł igitur) *A* igitur 𝔄''*ET* 3 discendo *s. u. m2 P* 5 habentur *P* 6 utrumquelibet *m1 AP* utramquelibet *A m2 P m2 V et* (que *del. m3*) 𝔄 (que *eras.*) 𝔄' 9 nrm *AP* 11 inferuntur *Erasmus*, inseruntur *libri* 13 quod *A* (*s. m2* ł quo) quo 𝔄 ñ ē (ñ ē *s. u. m2*) quod (d *s. u. m2*) *V* eligit *A m2 P'T* elegit *A m1 P*𝔄 legit *VN'* 15 se ei *A* (se *exp. et s.* ei *scr.* ł se *m2*) ei se *T* ei *post* aere *transponunt* 𝔄''*E* peccatorum uere *P* peccator•uere *A m1* (peccatorū aere *m. ant., s.* ł peccator uere *m2*) 17 iniusticie *s. u. m3* 𝔄 iniquitatis 𝔄' (*s. u. m2*) 𝔄''*E et in mg.* (*ante* sunt) *T* peccati *V* (*in mg. m2*) *om. AP* et arma *s. u. m2 A* 20 dextera tua *D* dexterae tuae *cet., fort. excidit* ui *uel simile quid* 21 repulisti *A* uidisti (*s. m2* ł uidens) *A* uidens *V*𝔄*T* uidisti (ti *s. u. m2*) 𝔄' 22 quia *P* (i *s. u.*) 23 arma sunt 𝔄''

hominem perire non passus es. uidisti mulierem, castigasti
corpus tuum. mortificasti libidines, procaces meretricis oculos
auersatus deseruisti: membra tua arma sunt [et arma] casti-
moniae. contra autem si oculus tuus uidit mulierem ad con-
cupiscendum eam, aperuisti uulnus, inpressisti telum corpori
tuo: membra tua arma peccati sunt. uidisti possessionem 448 A
pupillorum et paternis eos expulisti sedibus, transtulisti
terminos quos posuerunt patres tui: membra tua arma iniqui-
tatis sunt. affectus igitur, non caro auctor est culpae, caro
11 autem uoluntatis ministra. non ergo uendat nos uoluntas nostra.
clamat apostolus: nescitis quoniam cui exhibetis uos
seruos ad oboediendum, serui estis eius cui oboe-
ditis, siue peccati in mortem siue oboeditionis ad
iustitiam? ergo si aut peccato seruimus aut iustitiae, con- B
sideremus in qua parte seruitus tolerabilior, fructus uberior. sed
qui potest esse fructus in morte? peccati enim stipendium mors
et ideo nullus in eo fructus est, sed pudoris dispendium, cum
ea quae gessimus erubescimus. seruire autem iustitiae libertas
est; qui enim uocatus est in domino seruus libertus
est domini; similiter qui liber uocatus est seruus
est Christi. utraque condicio optima, esse sub Christo,
sub quo et pretiosa seruitus et gloriosa libertas: pretiosa C
seruitus quasi tanti sanguinis pretio comparata, gloriosa autem
libertas, quam nulla seruitus culpae, nulla peccatorum uincula
constringunt, nulla flagitiorum onera, nulla criminum commercia
degeneris nexui seruitutis addicunt

4 Matth. 5, 28 11 Rom. 6, 16 16 Rom. 6, 23 19 I Cor. 7, 22

2 libidines (*s. m2* ł nem) *A* libidinē *T* 3 aduersatus *A et* (d *exp. m2*) *P* auersatus (a *pr. ex* ad *m2*) 𝔄' et arma *del. m3* 𝔄 4 uidet *A m2* 𝔄*T* concupiscendam 𝔄 (am *ex* um) 5 inpresisti *A et* (*corr. m2*) *P* 7 expulisti 𝔄' (l *s. u. m2*) 11 exhibetis *V* (h *s. u.*) *A* (*s. m2* ł buistis) exhibuistis *N'T* 12 oboeditis *PP'* oboedistis *cet.* 14 ergo sicut (*s. m2* ł aut) *A* 19 dno̅s *A* (s *eras. ut uidetur*) 20 dno 𝔄' (*corr. m2*) 21 obtima *A* ee̅ *T* (*ex* est) *et* (e *pr. eras.*) *P*𝔄' est 𝔄*D* 22 libertas est *V* (est *s. u. m2*) 24 quam nullus *A* (*s. m2* ł la) *P* (nullius *m2*) quam nulla *T* (*s.* ł nullius) uincla *PVT* 26 addicunt *P m2* 𝔄𝔄' *m2* addicant *T* (u *s.* a) *P*𝔄' *m1 cet.*

12 Disce humilitatem, homo, apostolici uim cognosce magisterii. si seruum te dicas, libertus es: si liberum te iactes, seruus es. nam et ille qui quasi seruus redemptus est libertatem habet et iste qui quasi liber uocatus est bonum D est illi ut seruum Christi se esse cognoscat, sub quo seruitus tuta est et libertas secura. quis quasi idiotam Paulum uel in ipso iure adserit? sciuit discernere inter libertum et liberum et ideo non perfunctorie, sed proprie dixit: qui enim uocatus est in domino seruus, libertus est domini; similiter qui liber uocatus est seruus est Christi. reuera enim omnes Christi liberti sumus, nemo liber; omnes enim in seruitute generati. quid seruili condicioni adrogantiam libertatis E adsumis? quid titulos nobilitatis usurpas, seruilis hereditas? nescis quod te Adae atque Euae culpa mancipauerit seruituti? nescis quod redemerit te Christus, non emerit? non auro et argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine agni clamat apostolus Petrus. ergo redemptus a domino es et seruus es qui creatus es, seruus es qui redemptus es et quasi domino seruitutem debes et quasi redemptori. nec inferiorem putes libertinitatem sub Christo quam libertatem F esse. ad dignitatem aequalis, ad tuitionem praestantior est, ad gratiam par, aduersus lapsum cautior, aduersus superbiam tectior. ita libertatem accepisti, ut meminisse manumissoris tui debeas, ut patrono tuo noueris legitimum obsequium defe-

15 I Petr. 1, 18 sq.

1 homo *P m1* o homo *P m2 A* (o *in ras. m2*) *cet.* 2 si *A m2 s. u.* 𝔄 (si seruum *ex* seruum) *VT, om. cet.* dicis *m2 P*𝔄′ et *m1* 𝔄″*E* liberum (l *ex* b) *P* 6 quis *A* (*s. m2* ł qui) idiotum *A* (*s. m2* ł tā) *P* (*corr. m2*) 7 sciuit enim 𝔄′ (enim *s. u. m2*) 𝔄″*E* 9 in *om. P* 13 assu*mis *P* hereditas (ł tis *s.* s *m2*) *A* hereditas (as *ex* atis) *T* 15 redemerit *A* (e *alt. ex* i *m2*) non emerit *del. m2 A, in mg. T* 16 et *A* (*s. m2* ł n̄) *P* non *cet.* conditione (*om.* paternae traditionis) *N′* 18 a dn̄o redemptus *A m2 T* 19 et *pr. A* (*del. m2*) *P, om. cet.* 20 redemtori *P* 21 libertatinitatem *V* (ta *pr. exp.*) libertinitatem *T* (a *s.* n, *sed eras.*) liber*tatem *P* (a *eras.*) 25 tuo *del. m2 A, s. u. T*

rendum, ne ab ingrato reuocetur libertas. quid te beatius,
qui sub domino regnas et sub patrono militas?
13 Quid autem est quod tibi non contulit dominus? legem 449 A
dedit, adiuncxit gratiam. lex enim peccatum denuntiauit, sed
in condicione lubrica penitus cohibere non potuit. cognoui B
enim peccatum quod nesciebam, cognoui concupiscentiam esse
peccatum, et hac occasione cognitionis peccati aera cumulata
sunt, quia peccatum, quod ante per ignorantiam meam mortuum
uidebatur, in me reuixit: ego autem mortuus sum sub peccati
uulnere, quia cognitio culpae, quae mihi profutura uidebatur,
haec nocuit, ut scirem quod uitare non poteram. peccatum
enim prodidit et per bonum denuntiatiōnis suae peccati ipsius
aceruauit inuidiam. itaque supra modum factum est peccatum C
mihi, quia cumulatum est denuntiatione mandati; crescit enim
culpa, cum proditur nec cauetur. quomodo ergo bonum
mandatum, quod mihi mors est? aut quomodo non est mihi
mors, quod per bonum significationis suae demonstrandum
peccatum operatum est in me mortem? nam certum est quod
mors mihi accessit, dum quod facio agnosco peccatum, sicut
ipse dominus ait: si non uenissem et locutus fuissem
14 his, peccatum non haberent. quid miraris igitur si lex D
quibusdam morti sit, cum morti sit et domini salutaris aduentus,
per quem redempti sumus? infidelis enim mortem sibi quaerit

6 Rom. 7, 7 20 Ioh. 15, 22

2 qui* *A* (a *eras.*) militas *P* (as *m2 ex* es) 4 deditā iuncxit *A m1* dedit iuncxit (*s.* peccatum dedit ad) *A m2* dedit adiunxit (adiuncxit *V*) *PVN*. *post* dedit *add. liber s. Marci 510* peccatum (*s. m2* praeceptum) dedit, *T* peccatum deleuit. *in D uerba* peccatum dedit adiunxit gratiam *scripta sunt in ras. uerborum* adiunxit gratiam. lex enim *et in mg. add.* lex enim enim *om. N'* 6 esse . . . quia peccatum *om. VN*, *in mg. T* 7 aera *A* (a *pr. et alt. partim eras.*) ąera *P* comulata *A* 8 quod *s. u. m2 AP* et quod *T* (et *del.*) meam] in me (*om. postea* in me) 𝔄''*E* 9 sub *del. m2 A*, *s. u. T*, *om. VN* 13 acerbauit *P* (v *s.* b *m2*) 𝔄 (v *s.* b *m3*) *T* (v *s.* b *m1*) *cet.* 14 comulatum *A* 17 demonstrandum *A* (*s. m2* ł do) *P* (o *m2 s.* ū) demonstrando *cet.* 18 nam***| certum *A* (cer *eras.*) 21 his (h *eras.*) *A* 22 quibusdam morti (*s. m2* ł tīs) *A* saluatoris *A* (*s. m2* ł salutaris) *T* 23 infideliș (t *s.*) *A m2*

ex gratia, manet autem mandati gratia. etenim sicut cognitio uenenatorum poculorum consummatur ad disciplinam medicinae, sic diuinum mandatum ad uitam aeternam. sicut autem ei qui male utitur noxiis potionibus cognitio earum in malum uertitur et periculum et quo magis uenena cognouerit hoc se intellegit amplius periclitari, sic forma mandati his qui male legem interpretantur uel demonstrata atque interdicta peccata uitare non possunt mortis auctor est. sicut ergo bonum antidotum, etiamsi inprudenti aut intemperanti non bonum, sic bonum mandatum, etiamsi intemperanti non bonum est. ergo bonum mandatum, quod alicui mors est. responsum igitur habe primae propositioni, quia potest esse bonum mandatum, quod mihi mors est: bonum per naturam salutaris praecepti, mors per intemperantiam carnis.

15 Et quia didicimus esse bonum mandatum quod mihi mors est, nunc discutiamus quomodo non sit mihi mors quod per bonum licet mihi operatum est mortem. sic enim proposuit apostolus: quod ergo bonum est mihi mors est? absit; sed peccatum, ut pareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. itaque spectemus singula. mandatum utique legis est, lex autem spiritalis est, cuius gratiam uideo, pulchritudinem laudo, formam praedico, praeceptum admiror: sed quia carnalis sum ego et uenundatus sum sub peccato, trahor inuitus ad culpam. etenim quasi seruo culpa dominatur. 4 itaque odi crimen et facio. mens odit, caro concupiscit: ego

18 Rom. 7, 13 21 Rom. 7, 14 23 Rom. 7, 14—23

2 consummatus *P* consnmatur *V* 6 intelleget *A* (et *ex* it *m2*) *T* 8 auctor est *VP'𝔄''E et m2 𝔄'* auctores *𝔄' m1 cet.* ergo *P* (r *m2 s. u.*) 9 etiamsi *A* (etiam *del. m2*) etiam (*om.* si) *P* etiamsi *om. T* bonum ē *A* (ē *add. m2*) 10 etiamsi *P* (si *eras.*) etiam *P'T* 12 propositionis *A* (s *alt. exp.*) *P𝔄''E* et (s *alt. m2*) *𝔄'* 15 didicimus (*s. m2* ł diximus) *A* dicimus *PT* 16 est non *A* (*s. m2* ł nunc) *P* (*corr. m2*) mihi *del. m2 A, om. T* 17 licet mihi tamen *VN* (bonum[a] licet[b] *𝔄' m. ant.*, licet *ante* per *transponunt 𝔄''E*) mihi licet tamen *T* 19 appareat *P et* ap *s. u. 𝔄 m3 T* 23 et *del. A m2, om. NT* sum *PD, del. m2 A, om. cet.* 25 odio *P et* (o *alt. exp.*) *P'*

tamen in utraque, qui legi mente consentio et carne quod
nolo hoc ago. bonum ergo mandatum, cui consentio, et mens
bona, quae quod bonum est eligit. bona ad iudicandum, sed
infirma plerumque ad resistendum, quia repugnat ei corporis
16 adpetentia et captiuam eam trahit ad erroris inlecebras. in
quo periculo unum est remedium, ut quem lex liberare non B
potuit liberet dei gratia. sic enim scriptum est: *infelix ego
homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?
gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.*
itaque fit ut, licet peccatum quod latebat id est concupiscentia
mea, quam non putabam esse peccatum, mortem mihi operata
sit, dum proditur, et supra modum factum sit ipsum peccatum
— erat enim peccatum, etsi nesciebatur, sed cognitione
coaceruatum est et quasi incrementum erroris adsumpsit
atque in naturam delicti cessit forma mandati —, mihi tamen C
mors non sit, cui promptum est ad Christum confugere, per
quem soluimur omni mortis periculo. absoluta igitur etiam
secunda est propositio, quia mandatum mihi legis mors non
est, etsi mortem operetur. quod enim conturbamur fragilitatis
est, quod euadimus Christi.

17 Ergo ut ad exordia sermonis huius reuertamur, mens bona D
est, quae habet tractationem rationis et intendit sapientiae
disciplinis, sed grauis lucta est ei cum mortis corpore et
plerumque rationem mentis uincit carnis inlecebra. ideo do-

7 Rom. 7, 24 sq.

3 eligit *A* (*s. m2* ł legit) *PD et m2* 𝔄' legit *V et* (*corr.* eligit) *T* elegit 𝔄' *m1 cet.* bona|•• (na *eras.*) *A* 4 corporis *A m1 V*𝔄 *et* (*s. ras. 6 litt.*) *P* corpus *N'P'* corporis uoluptas *A m2 et* (uoluptas *del.*) *T* 5 adpetentia *VN'* adpenitentiā *A*𝔄*P' et* (*his del. et s. scr.* appetentia) *T* adp•e••tentiȧ *P* (a *et* ni *et uirgula eras.*) 7 $\overset{\text{tia}}{\text{gra}}$ *in spatio angusto ins. A* 8 liberabit (b *alt. ex* u) *A*𝔄'*D* 12 facta *P'* ipsum *A* (*s. m2* ł ipse) *et s. u. T* 14 coacerbatum *AV et* (v *s.* b) *m2 P*𝔄'*D m3* 𝔄 *m1 T* 17 ab omni *T* 19 conturba•mur *A* conturbatur 𝔄 *et* (*corr. m2*) 𝔄' 20 $\overline{\text{xpi}}$ gratia est *A* (gratia est *add. m2*) gratia $\overline{\text{xpi}}$ est *T* 21 exhordia *A* 23 lucta *A* (*s. m2* ł relucta) relucta *T* 24 ideo *A m1 P* et ideo *A m2 cet.*

minus primo legem dedit, cui mens hominis sese ad optem-
perandum dedit et ei seruire coepit, ut esset subdita; sed E
caro subiecta non erat, quia sapientia carnis non est legi
subdita et praeceptis eius repugnabat. non enim poterat uirtuti
oboedire cupiditatibus dedita et lenociniis carnalibus implicata.
ideo laborandum est, nt teneamus dei gratiam. mens itaque
bona, si rationi intendat, sed parum perfecta, nisi habeat
gubernaculum Christi. uenit enim dominus Iesus, qui nostras
passiones cruci suae adfigeret, peccata donaret. in cuius morte
iustificati sumus, ut totus mundus eius mundaretur sanguine. F
18 denique in morte ipsius baptizati sumus. si igitur in illius
morte dimittuntur nobis peccata, etiam peccatorum nobis
passiones in illius morte moriantur, illius crucis clauis teneantur
adfixae. si in illius morte mortui sumus, quid iterum tamquam
uiuentes ad ea quae sunt mundana reuocamur? quid nobis cum
elementis mundi, quid cum cupiditatibus, quid cum luxuria atque
lasciuia, quibus in Christo mortui sumus? quodsi sumus in
Christo mortui, in Christo resurreximus; cum Christo igitur
uersemur, cum Christo superiora quae sunt, non quae corrup- 45
tibilia et terrena quaeramus. Christus surgens a mortuis ueterem
hominem adfixum cruci reliquit, nouum resuscitauit. Christus
ideo mortuus est, ut et nos peccato moreremur, deo re-ur-
geremus. mortua est caro nostra, quid iterum peccato reuiuescit,
quid iterum peccato oboedit? quid iterum peccatum regnat
in mortuis, cum mors finis peccati sit? mortui sumus carne,

3 I Cor. 1, 26 22 Rom. 6, 2

1 adoptemperandum *P* (do *in ras.*) 2 cepit *AV* esset (t *s. u. m2*) subdita *A* (⁄· *m2*) subdita esset *T* 5 implicata (implicita *m2*) *A* 8 gubernacula 𝔄'' 9 crucis *A* (s *exp.*) *P* (s *eras.*) 13 in illius crucis *A* (in *del. m2*) *P* affixae teneantur 𝔄''*E* 17 *alt.* in xpo *eras. A* 18 mortui *post* in Christo *transponit m2 A* in xpo *ante* resurr. *om. PD* iṇ (*s. m2* cū) *T, in quo deinde m2 del.* cum xpo 20 resurgens *NT* (re *s. u. m2*) *D* 21 crucis *A, om. VN,* cruci *s. u. T* 22 ut (t *s. u.*) *A* 23 est *in ras. m2* 𝔄' (*ex* sunt *ut uidetur*) est autem *A* (autem *s. u m2*) *T* reuiuescit *AV et m1* 𝔄 reuiuiscit 𝔄 *m3 cet.* 24 peccato (v̌ *s.* o *m2*) regnat *A* 25 carni *P*

renouati sumus spiritu. in spiritu ambulemus, quia spiritum
Christi accepimus. si autem Christus in nobis, ergo sit nobis B
caro mortua propter peccatum, spiritus uero uiuat propter
19 iustificationem. sic quod erat inpossibile legi solutum est, si
in spiritu ambulemus: sic passiones sepelimus, si crucem
huius corporis non resoluamus, si chirographum peccati, quod
deletum est in cruce Christi, non rescribamus, si ueteris
hominis amictum quem exuimus non induamus. scriptum est
enim in Canticis: exui tunicam meam, quomodo induam
eam? laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? C
mortificata igitur nobis sunt corporis membra, cur eius pullulant
uitia? ideo lex non praeualuit, quia carnem non mortificauit,
ideo quasi umbra praeteriit, quia non colorauit, ideo etiam
obumbrauit nos a sole iustitiae, quia coaceruauit crimina: ergo
et obfuit.

6, 20 Quid igitur opus fuit ut lex promulgaretur, si profutura D
non erat? habebamus iam legem naturae, erat unusquisque
sibi lex, qui opus legis scriptum habebat in corde suo. illam
non tenuimus: cur addebatur et altera, in cuius operibus caro
non posset iustificari? accessit uinculum, non solutio; addita E
est peccatorum agnitio, non remissio. peccauimus omnes, qui
poteramus excusationem praetendere per ignorantiam: os obstruc-
21 tum est omnibus. profuit tamen mihi. coepi confiteri quod
negabam, coepi delictum meum cognoscere et iniustitiam
meam non operire, coepi pronuntiare aduersus me iniustitiam
meam domino et tu remisisti impietates cordis mei. sed et

1 Gal. 5, 16 et 25 2 Rom. 8, 10 6 Coloss. 2, 14 7 Coloss. 3, 9 9 Cant. 5, 3 13 Hebr. 10, 1

2 $\overline{\text{xps}}$ *A* (*s. m2* ł $\overline{\text{sps}}$) *P* $\overline{\text{sps}}$ *VN* $\overline{\text{sps}}$ $\overline{\text{xpi}}$ *T* ($\overline{\text{xpi}}$ *s. u.*) 4 si *A* (*s. m2* ł sic) *PT* legis *AP𝔄 et V* (s *exp.*) 𝔄' (s *eras.*) si 𝔄' (*s. u. m. ant.*) 𝔄''*E*, *om. cet.* 6 chirografum *V𝔄* cyrographum *P'DE* cy*ro-grafum *A* cyrografum *cet.* 10 meos *A* (o *ex* a) 11 quur *A* (*corr.* cuur) *P* 13 quia *T om. cet.* ideoque *A* (que *s. u. m2*) *T* etiam *del. m2 A*, *om. T* 17 habebamus *A* (ba *exp. m2*) habemus (*corr. m2*) *PT* erat enim *A* (enim *s. u. m2*) *T* 19 quur *A* (cur *m2*) *P* 23 cepi *A* 24 cepi *A* cępi *V𝔄'* 25 cepi *A* cepi *V* aduersum *VDT*

illud mihi prodest quod non iustificamur ex operibus legis.
non habeo igitur unde gloriari in operibus meis possim, non F
habeo unde me iactem et ideo gloriabor in Christo. non gloriabor
quia iustus sum, sed gloriabor quia redemptus sum. gloriabor
non quia uacuus peccatis sum, sed quia mihi remissa peccata
sunt. non gloriabor quia profui neque quia profuit mihi
quisquam, sed quia pro me aduocatus apud patrem Christus
est, quia pro me Christi sanguis effusus est. facta est mihi
culpa mea merces redemptionis, per quam mihi Christus aduenit.
propter me Christus mortem gustauit. fructuosior culpa quam 452
innocentia. innocentia arrogantem me fecerat, culpa subiectum
22 reddidit. habes igitur quibus latio tibi profuit legis. sed dicis quia
per legem superabundauit peccatum. sed ubi superabundauit
peccatum, superabundauit et gratia. mortuus es peccato, homo;
ergo lex iam non obest. resurgis per gratiam; ergo lex profuit,
quia adquisiuit gratiam. accepisti etiam pignus Christi caritatis,
quoniam qui pro te mortuus est aduocatus est tibi et sanguinis B
sui mercedem reseruat et qui peccatorem reconciliauit patri
multo magis commendat innocentem et tuetur subditum, quia
adsciuit innoxium.

23 Tanti igitur beneficii debitor non rependis obsequium?
heredem te fecit, coheredem te fecit, heredem dei, coheredem
Christi: spiritum tibi adoptionis infudit. numera haec et adiunge
non tam ad debiti nexum quam ad muneris accepti conserua- C

1 Rom. 3, 20 Gal. 2, 16   3 Philipp. 3, 3   13 Rom. 5, 20
22 Rom. 8, 17

2 possi *ex* possū *A*   3 gloriabor *P* (l *ex* r)   4 redemtus *A*   5 peccati *VN*   remissa sunt peccata *N'* peccata sunt remissa *T*   12 profuit tibi *N'*   13 supra abundauit *alt. A* (*corr. m2*) *P*   14 est *A m2 T*, es *ex* ē *m1 P*   o homo *P𝔄 et* (o *s. u.*) *T*   15 [b]lex [a]iam *A* (b a *m2*) iam lex *T*   16 quia *A* (*s. m2* ł qui)   adquisiui *A* (*corr. m2*) *P*   18 mercem *A* (*corr. m. ant., deinde m2 s.* ł cedem) *N'*   reseruat *A* (*s. m2* ł seruauit) seruauit *T*   quia *P*   19 qui *A* (*s. m2* ł quia) *PT*   20 adsciuit *A* (*s. m2* ł sciuit) *PT* sciuit *V𝔄* scit *𝔄'* (*m2 ex* sciuit) *𝔄''E*   21 rependis *A* (ł a *s.* i *m2*) *P* rependas *T* (i *s.* a) rependes *cet.*   22 coheredem te fecit *s. u. m2 A*   coheredem ... dei *om. P*   coheredem autem xpi *𝔄*   24 conseruationem *Costerius* conuersationem *libri*

tionem. coheres Christi es, si conpatiare, si commoriare, si
consepeliare cum Christo. suscipe passiones eius, ut supra
passiones cum eodem esse merearis. uide quomodo tibi peccata
superiora donauit, ut nihil faceret obesse quod peccasti. uide
quomodo te hortatur, ne amittas quod accepisti. breuis huius
laboris est meta et corona fructus perpetui, tolerabilis passio,
merces inaestimabilis. quid enim te angit? an ignobilitatis
abiectio? sed erit tibi in futurum gloriosa nobilitas deuotionis D
ac fidei. num census tenuior, uictus angustior? sed erunt tibi
diuitiae remunerationis aeternae, in quibus rei ullius egere
non possis. num amissio filiorum? recipies perpetuos, quos
susceperas temporales. dicetur de te: beatus qui habet
semen in Sion et domesticos in Hierusalem. indignae
inquit passiones sunt huius temporis ad futuram
24 gloriam scriptura tibi dicit. adde quia uita beata his aduersis
saecularium molestiarum aut passionum corporalium non E
minuitur, sed magis probatur. adde quod uel patrimonii damna
non sentit uel necessitudinum forti mente abscondit dispendia,
absorbet dolorem. adde quia nescit naufragia qui semper in
portu tranquillitatis est. quid illud quod labor tibi conmunis
cum omni est creatura, quia propter te mundus ipse seruitutem
tolerat corruptionis, quia cum sanctis tibi laboris huius et
expectationis conmune consortium est? sol occasum suum F
recognoscit, luna defectum, errorem stellarum lumina, dum
totius corporis nostri expectatur redemptio.

2 Rom. 6, 4 12 Esai. 31, 9 13 Rom. 8, 18 23 Psalm. CIII 19

1 es si] esse *P* compatere *P* sic commoriare *P* (*in quo* a *eras.*) et (c *pr. exp.*) *V* 2 consepellire *P* (l *pr. eras.*) 3 passiones eius 𝔄″*E* uide … peccasti *s. u. m2 A* 7 te angit *A* (*s. m2* ł tangit) tangit *P* te tangit *T* te angitur 𝔄 (an *in ras.*) 𝔄′ (ur *eras.*) 8 adiectio *AP* in *del. m2 A* 9 num *m2* 𝔄′ nunc 𝔄′ *m1 cet.* 11 uam *AP* nū 𝔄′ (ū *m2 in ras. ex* ā *ut uidetur*) amissione *P* (ne *s. u. m2*) *D* 12 et dicetur 𝔄′ (et *s. u. m. ant.*) 𝔄″*E* 15 scripturae *P* (e *eras.*) aduersus *A* (*s. m2* ł sis) *P* (*corr. per ras.*) 17 uel *s. u. A* 19 absorbet *A* (t *s. u.*) naufragium *V* 21 est *ante* cum 𝔄″*E*, *ante* quia *T* 22 et *del. m2 A*, *s. u. T* 23 cōmune *del. m2 A*, *s. u. T* est *del. m2 A*, *s. u. T* 24 stellarum *A* (e *ex* i *m2*)

25 Sed uereris dubios uitae anfractus et aduersarii insidias, cum habeas auxilium dei, habeas tantam eius dignationem, ut filio proprio pro te non pepercerit? pulchro uerbo usa est scriptura, ut dei patris erga te pium propositum declararet, qui morti obtulit filium. et filius mortis acerbitatem sentire non potuit, quod in patre fuit: nihil sibi reliquit, totum 45
pro te obtulit, quod in plenitudine diuinitatis nihil ipse amisit et te redemit. considera affectum patrium. quod pietatis est quasi morituri filii suscepit periculum, quasi orbitatis hausit dolorem, ne tibi periret fructus redemptionis. tantum fuit domino studium tuae salutis, ut propemodum de suo periclitaretur, dum te lucraretur. ille propter te dispendia nostra suscepit, ut te diuinis insereret, caelestibus consecraret. mire etiam addidit: p r o n o b i s o m n i b u s t r a d i d i t i l l u m, ut B
ostenderet quod ita omnes diligat, ut dilectissimum sibi filium pro singulis traderet. pro quibus igitur quod super omnia est dedit, potest fieri ut non in illo uniuersa donauerit? nihil
26 enim excepit qui omnium cessit auctorem. nihil est igitur quod negari nobis posse uereamur, nihil est in quo de munificentiae diuinae diffidere perseuerantia debeamus, cuius fuit tam diuturna et iugis ubertas, ut primo praedestinaret, deinde C
uocaret et quos uocaret hos et iustificaret et quos iustificaret hos et clarificaret. poterit deserere quos tantis beneficiis suis usque ad praemia prosecutus est? inter tot beneficia dei num metuendae sunt aliquae accusatoris insidiae? sed quis audeat

3 Rom. 8, 32 7 Coloss. 2, 9 14 et 17 Rom. 8, 32 21 Rom. 8, 30

1 anfractus (*corr. m2*) *AP* 2 ausilium *A* dni *A m.2 T* tantum *A* (a *s.* u *m2*) **dignationem (in *eras.*) *AP* 3 uero *A* (*s. m2* ł uerbo) 4 scriptura* *A* 5 obtulit filium ... reliquit *om. VN*, *in quibus* pro te totum; *post* morti *add.* pro te totum obtulit *T*, *in quo om.* obtulit filium ... totum pro te obtulit, *sed add. haec in mg.* 6 sibi *APDT* sibi ipse *cet.* 11 periclitaretur *P* (i *pr. ex* e *m2*) 12 dum de te *A* (de *del. m2*) *P* 17 non *s. u. m2 A*, *om. P* 18 excessit *A* concessit *ed. Rom.* 19 posse nobis *N'* 21 tantum *A* (*s. m2* ł tam) *P* 22 et quos uocaret ... quos iustificaret *infra in mg. A* 24 num**etuendę (m *s. u. m2*) *P* nummetuendę (nu *et* m *alt. in ras.*) *A*

accusare quos electos diuino cernit iudicio? num deus pater ipse qui contulit potest sua dona rescindere et quos adoptione suscepit eos a paterni affectus gratia relegare? sed metus est
ne iudex seuerior sit: considera quem habeas iudicem. nempe D
Christo dedit pater omne iudicium. poterit ergo te ille damnare, quem redemit a morte, pro quo se obtulit, cuius uitam suae mortis mercedem esse cognoscit? nonne dicet: *quae utilitas in sanguine meo*, si damno quem ipse saluaui? deinde consideras iudicem, non consideras aduocatum. potest iste seueriorem ferre sententiam, qui interpellare non desinit, ut paternae reconciliationis in nos conferatur gratia?

27 Sed etsi qua inminerent grauia, nequaquam nos a Christo EF
separare deberent. cur nos pro illo non etiam dura et acerba toleremus, qui pro nobis tam indigna suscepit? ideoque debet in nobis esse caritas, ut nullis periculis reuocemur a Christo. scriptum est enim: *aqua multa excludere non poterit caritatem et flumina non concludent eam*, quia torrentem transit anima diligentis. nulla tempestas, nullum profundum periculum, nullus terror mortis aut poenae uim
caritatis inminuit; in his enim probamur, in his beata uita 454 A
est, etiamsi multis periculis inundetur. non enim frangitur
28 sapiens doloribus corporis nec uexatur incommodis, sed etiam in aerumnis beatus manet. neque enim aduersa corporis uitae beatae munus inminuunt neque de eius aliquid suauitate delibant, quia non in delectatione corporis uitae beatitudo

5 Ioh. 5, 22 7 Psalm. XXVIIII 10 16 Cant. 8, 7 18 Psalm. CXXIII 5

2 qui *s. u. m2 A* quę *s. u. m2 P* 3 affectus (s *exp. m2*) *A* religare *A* (i *ex* e *m2*) 4 seuior *AT* iudicem habeas *A m2 PVNT* 5 te ergo 𝔄'' 7 mercedem *A* (de *s. u. m2*) mercem *VN* dicet *A* (*s. m2* ł cit) *T* (e *ex* i) dicit *V*𝔄 10 saeuiorem *N'* seueriorem *T* (er *s. u.*) 12 q^{ua} in *postea ins. m1 A* 13 seperare *A et* (*corr. m1*) *P* acerba *P* (b *ex* u) 16 poterit *A* (*s. m2* ł tuit) non poterit excludere *N'* 17 concludent *A* (*s. m2* ł unt) *T* (ent *ex* unt) 21 inundetur *A* (*s. m2* dentur) inundemur *T* 24 aliquid *A* (d *s. u. m2*) suauitate aliquid 𝔄''*E*

est, sed in conscientia pura ab omni labe peccati et in eius mente qui cognoscit quia quod bonum est hoc delectat, etiamsi asperum sit, quod autem indecorum, etiamsi suaue, non mulcet. ergo causa bene uiuendi non delectatio corporalis, sed mentis prudentia est. non enim caro, quae subiecta est passioni, sed mens, quae iudicat, quia nihil melius delectat quam consiliorum honestas et operum pulchritudo; ea igitur beatae interpres est uitae. melior est enim prudentia uel ratio arbitra passionis quam passio praestantiusque quod iudicat quam quod iudicio subiectum est. neque enim fieri potest, ut ratione sit melius quod est inrationabile. habet ergo in se remunerationem suam qui sequitur Iesum et in suo affectu praemium et gratiam. etiamsi dura sustineat, beatus tamen est suis moribus, beatus ipsis periculis, sicut dominus definiuit dicens: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

29 Est ergo beata uita in hominibus, sed in his scilicet, in quibus fuerit perfecta uita. perfecta autem uita non sensibilis ista, sed illa rationabilis secundum tractationem rationis et mentis uiuacitatem. in quo non est portio hominis, sed perfectio, quae non tam in condicione est hominis quam in operatione; haec enim beatum facit. huic igitur uiro quid est bonum nisi ipse sibi? quod habet, et adest ei hoc bonum et causa ei erit futurorum bonorum. de hoc bono dixit Solomon: bibe aquam de tuis uasis et de puteorum tuorum fontibus.

15 Matth. 5, 10 24 Prouerb. 5, 15—18

1 ab omni labe *A* (*s. m2* ł abominabile) abhominabile *T* (*s.* ab omni labe) in *del. m2 A, om. V* 3 indequorum *P* indecorem 𝔄 (*corr. m3*) indecorum 𝔄'' (ecorum *in ras.*) 4 suaue sit (sit *s. u. m2*) 𝔄 mulceat 𝔄 mulceat 𝔄'' (cea *in ras.*) *cet.* 5 enim *del.* 𝔄', *om.* 𝔄''*E* 6 mens ē *T* 13 et (*s. m2* etiam) *A* etiam *T* (*s.* ł et gratiam) et gratiam *om. VNT* si (*om.* etiam) *APD* 18 non (*s. m2* in) *A et* (*ex* in) *T* 21 est in condicione 𝔄'' 22 haec *P et* (*s. m2* ea) *A* ea *cet.* 23 ei (*alt.*) *A* (*s. m2* sibi) sibi erit ei *T* 24 dicit *T* salemon 𝔄''*E* salomon *cet.* 25 uasis tuis *D*

superfluant tibi aquae de tuo fonte, in tuas autem plateas discurrant. sint tibi soli constitutae, et nemo alienus particeps sit tibi. fons aquae tuae E
30 sit tibi proprius. utere igitur interno bono tuo. testimonium autem boni huius maximum, quoniam qui habet alia non requirit. quid enim requirat qui inferiora despiciat, praestantissimo autem inhaereat, sicut scriptum est: ceruus amicitiae et pullus gratiarum confabuletur tibi? amicitia autem praecedat te et una sit tecum in omni tempore; bona enim uirtutum amicitia et summi boni caritas. nihil itaque aliud F
quaerit perfectus ille nisi solum et praeclarum bonum. unde et dicit: unam petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnes dies uitae meae et uideam delectationem domini. neque uero eum tamquam angustum inopemque fastidias, quia unius boni uelut solitaria societate contentus sit. huius enim amicitia circumdatus plurimus erit. abundat enim huiusmodi uiro ad beatitudinem et ad possessionem boni, et ideo nihil aliud desiderat. nihil enim quasi nouum expetit qui omnia habet. 455 A
nihil est enim boni quod non habeat nec superfluis delectatur, sed necessariis et eo ipso necessario, quod non sibi, sed carni adhaerenti sibi necessarium sit, idque indulget quod ab inte-

7 Prouerb. 5, 19 12 Psalm. XXVI 4

1 aque *in ras.* *P* tuo *om.* *P*, ł tuo *s. u. m2* *A* 2 discurrant 𝔄' (ant *ex* ent) constituam te *A* (*exp. haec uerba m2*) *et* (am *eras.*) *P* 4 proprius 𝔄 (prius *in ras.*) proprius tibi sit 𝔄'' interno (o *ex* a *m2*) *AP* 5 quod *A* (*s. m2* ł qui) quid *P* (d *eras.*) 6 requirit *A* (it *m2 ex* at) *T* requirat *P* (r *pr. del.*) despiciạt *D* despicit 𝔄' (it *ex* iat *m2*) 𝔄''*E* 7 autem *del. m2* *A*, *om.* *T* 10 caritatis *AP* 11 nisi *A* (si *s. u. m2*) 12 petiui *VT* 13 omnibus diebus *P* (*m2* omnes dies) *D* 15 fastidias ... societate *om. m1* *P* (*in quo* uerba contentus sit *erasa sunt*; fastidias ... sit *s. in mg. m2*) qui *AV*𝔄 quī *P* boni *A* (*s. m2* al hominis) *PD* hominis *T* (*exp. et s.* boni) *VN* 16 uelud *P* 19 expetit *A* (*s. m2* ł pectat) *P*𝔄*D* expectat *cet.* 20 nec (*s. m2* ł de) *A* ḍẹ (s. *nec*) *T* 21 ipso *A* (*s. m2* ł se) 22 ideoque *N*'

rioris hominis proposito non discrepet, quo faciat utrumque unum et reconciliet interiorem deo iuxta hominem atque exteriorem, ut fiat in utroque unus spiritus.

31 Huius igitur propositi uir nec dispendiis minuitur nec B aduersis frangitur nec repagulis inhibetur nec suorum amissionibus maestificatur. ad cuius informationem dicit apostolus: n o l u m u s a u t e m u o s i g n o r a r e, f r a t r e s, d e d o r m i e n t i b u s, u t n o n t r i s t e s s i t i s, s i c u t e t c e t e r i q u i s p e m n o n h a b e n t. solatur enim se resurrectionis fide et remunerationis futurae gratia nec recipit ea mente maestitiam, qua adhaeret deo, et diuinae praesentiae uoluptate laetatur. qui autem his contristatur non secundum deum contristatur, quod autem non secundum deum hoc plenum stultitiae. a perfecto C igitur abest huius mundi tristitia, quae non secundum deum, et omnis sollicitudo corporalis aerumnae. huiusmodi enim inductioni mentis atque substantiae non adnumeratur habitudo

1 Ephes. 2, 14 2 II Cor. 4, 16 7 I Thess. 4, 13 14 II Cor. 7, 10

1 quo *in ras. m2 A* (*ex* qđ *ut uidetur*) quod *N'* utrumque *A* (*s. m2* utramque) utramque 𝔄 (v *s.* a *m3*) 𝔄' (m *eras.*) 𝔄''*E* 2 unum *del. m2 A, s. u. T* interiorem deo iuxta hominem adque interiorem *A et* (iuxta *eras. et* inter. *alt. corr. in* exteriorem *m2*) *P*; *uerba* iuxta hom. adque int. *exp. A m2, om. T* (*in quo* hominem atque exter. *in mg. add.*) *et D*; int. iuxta hom. atque int. deo *V*𝔄 *et m1* 𝔄' int. hom. (iuxta *add.* 𝔄' *m2*) atque exteriorem deo 𝔄' *m2*; ext. iuxta hom. (hom. iuxta *E*) atque int. deo 𝔄''*E* 4 igitur sit *A* (sit *s. u. m2*) *et* (sit *del.*) *T* uir *A* (*s. m2* ł ut) ut (*del. m1*) *T* nec (c *s. u.*) *P* dispendio 𝔄 (o *ex* i) 𝔄''*E* minuitur . . . frangitur *A* (a *s. u. bis m2*) minuatur . . . frangatur *T* (*corr. m1*) 5 inhibeatur *A* (a *s. u. m2*) *T* (a *exp.*) amissionibus *P* (*m2* -nis) 6 mestificetur *A* (e *alt. ex* a *m2*) mestificatur *T* (a *ex* e) 7 ignorare autem uos 𝔄' (a *et* b *m. ant.*) autem ignorare uos 𝔄''*E* fratres *om.* 𝔄 9 solatus *P* se *s. u. m2 A, om. P* 10 futurae *om.* 𝔄''*E* gratia *P* (a *alt. ex corr. m2*) 11 adhereret *AD* praesentiae 𝔄''*E* (*cf. p. 31 u. 5*) praestantiae *cet.* laetatur *P* (r *ex* s *m2*) 12 contristatur his 𝔄''*P'* 13 stultitiae *P* (ti *pr. s. u. m2*) 14 mundi 𝔄' *m1* 𝔄''*E* modi 𝔄' *m2 cet.* ñ ē 𝔄' (ē *s. u. m2*) deum *s. u. m2 P*

corporis et quidam exterioris usus naturae, cum simul aduersus
delicias corporis fragilitatemque ipsam naturae, orbitates,
dispendia, contumelias inuictus animus uniformem debeat
seruare constantiam, ut corpus ipsum scindat sensusque exuat D
carnis qui beatudinis palmam tenere desiderat, cuius fructus
non in unius portione sit, sed in plurimarum et, si fieri potest,
32 omnium sit uirtutum consortio. nescit igitur perfectus incom-
moda huius corporis aut aduersa mundi neque sentit, qui
alienum ab huiusmodi metu, ne accidant, animum gerit. non
enim uita perfectior, si his careat, definitur, sed si ista
contemnat. nam si ita definiretur, ut ea esset beata uita, quae E
ab huiusmodi casibus expers uacuaque repperiri posset, utique
his accidentibus non posset beatus aliqui definiri. ea igitur seque-
strata sunt et hoc solum in aestimatione beatae uitae est requi-
situm, ut non in aliis, sed in possessione ueri et boni eius defi-
nitio teneretur, quoniam qui id habet despuit cetera nec requirit.
8, 33 Quaero nunc utrum sapiens delectetur sanitate corporis. F
negare non possumus quod delectetur secundum naturam et
libenter accipiat non dolere aliquid quam dolere, nisi forte
pro Christo, pro quo, si causa poscat, et debilitatem corporis
prompte accipiat et totum corpus suum morti offerat. idem 456 A
tamen etiam praeter causam fidei atque iustitiae, si desit
sanitas, non adficiatur animo neque frangatur dolore corporis,
34 qui se potest uirtutum perfectione solari. quaero etiam utrum

2 naturae *A* (*s m2* ł ram) 3 uniformem *A* (f *ex* c?) 7 consortio *A* (*s. m2* ł ium) consortium *T* 9 metum *A* (*s. m2* ł metu) accidant *scripsi* occidant *A* (*s. m2* ł occidat; occidat *T*) *cet.* 10 in (*s. m2* ł si) his *A* 11 contempnat *AP𝔄 et* (p *exp.*) *V* i*ta *P* (s *eras.*) 13 accidentibus *A m2 T* accedentibus *cet.* possit *A m2 T* (*corr. m1*) *VN* (posset *𝔄'm2*) beatius *m2 AP et* (*corr. m1*) *T* aliqui *m1 A𝔄𝔄'* aliquid *A m2 PDT* aliquis *𝔄 m3 𝔄' m. ant. V𝔄''E* ea *A m1* eaque *A m2 T* sequestrata** *P* (ta *eras.*) 15 et *om. 𝔄''ET, exp. m. ant. 𝔄'* 16 qui id] quid *A* (*corr. m2*) *P* quod *𝔄'* (*ex* quid *m. ant.*) *𝔄''E* 18 et *del. m2 A, s. u. T* 19 dolere *pr. A m1 DE* dolore *A m2 𝔄''* dolere *ex* dolore *P𝔄' m2 𝔄m3 VT* dolere *alt. AVDET* dolorē *𝔄* (ē *ex* e *m3*) dolore *𝔄'' et* (*m2* dolere) *P𝔄'* 21 promte *AP* id. ē. *P* 22 desit *A* (*s. m2* ł id est)

delectetur liberis? quis istud abnuat? neque enim durus et ferreus, sed perfectus quaeritur. tamen etsi amittat liberos, non ideo minus beatus, qui non ideo minus perfectus; quod enim perfectum beatum. quin etiam si aduersa toleret quam si secundis adfluat magis solet uideri huiusmodi perfectus, quamuis neque si desint neque si adsint externa conmoda aut corporis laeta, decedere quicquam uirtuti soleat uel accedere, sed plerisque tam laudi fuit tolerasse aduersa fortiter quam non incidisse. uerum haec specie aestimantur, non pondere:

35 illud profundum uirum iustum nihil uelle nisi illud solum et praeclarum bonum, huic soli intendere, hoc unum in bonis ducere, non aliud cum illo, sed solum ipsum semper desiderare, hoc delectari. cui si aliud adiungatur quod delectet eum, ut est filiorum suauitas, non illud amittitur, sed istud adiungitur. non enim minuunt accidentia beatitudinem, quae augere non possunt, quia plenum illud et inuiolabile manet, in quod anima sese induit et cui se inseruit et infudit. manet semper inter aduersa et delectabilia perfecta uirtus, neque aduersa de perfectione eius quicquam minuunt neque delectabilia adiungunt perfectioni. quid enim est quod is qui ad summum ascendit aut damni de caducis sentiat aut conmoditatis?'

36 Neque uero, quod grauissimum apud plerosque habetur, se miserum putabit, si in captiuitatem uel ipse ueniat uel eius

4 aduersa *A* (*s. m2* ł os) 5 huiusmodi uideri *NT* 6 si *pr. s. u. m2 AV* si *alt. s. u. m2 A* 7 corporis *A* (*s. m2* ralis) decidere *T* (i *ex* e) *P* discedere 𝔄 quidquam *P* 8 plerique (*corr. m2*) *AP* tamen *APV*𝔄 tam *ex* tam̄ 𝔄' tamen *s. u. T* 10 istum *A* illud *A* (*s. m2* ł lum) illum *V*𝔄 *et* (*corr. m2*) 𝔄' 15 accidentia *AP m2* 𝔄*T* accedentia *AP m1* accedenti ad 𝔄' (e *pr. ex* i) 𝔄''*E* 17 quod *A* (*s. m2* ł quo) quo *T* animas esse *A m1* anima*se*se (ł esse *s.* se*se) *A m2* se ę̄ę *P* (ę̄ę *eras. et* se *s. m2*) *P* 19 minuunt *A* (u *pr. s. u.*) 20 his *A et* (h *eras.*) *P* 21 damni *A m1* damnv̄ *A m2* (ni *s* nv̄) dampni *P* damnū 𝔄 dampnū (*s.* ni) *T* cōmoditates *A* (es *ex* is *m2*, ł tis *s. u. m2*) 𝔄 *et* (-tis *corr.*) *VT et m2* 𝔄' 23 quod *Am1* (aliquid *m2*, ali *s. u.*) aliquid *D* aliquod *T* quid 𝔄 (quod *m3*) se *A* (*s. m2* si) *T* (e *ex* i) 24 putabit *A* (*s. m2* ł uit) putauit *N'* (-bit *m2* 𝔄') *T*

filii; non enim intolerabiliter feret quod habet natura uel quod uidetur domino. denique iustus dixit: bonum uerbum quod locutus est dominus et dixit: fiat pax et fides E in diebus meis. non utique iustus iste Ezechias in filios deflexisse aerumnam captiuitatis gratulabatur, sed uoluntati domini obuiare non poterat et ideo mandata eius aequanimiter suscipiebat ut seruulus. accedit illud, quod aestimare poterat posse et in captiuitate meritum eminere uirtutis. neque enim minus beatus Hieremias in captiuitate, minus etiam Danihel, minus Hesdra, minus beati Ananias Azarias Misahel quam si in captiuitatem non incidissent, cum ideo in captiuitatem F deducti sint, ut populo et praesentia in captiuitate solacia et spem euadendae captiuitatis adferrent. perfecti est enim uiri conmunitatem naturae sustentare uirtute animi et ad meliora adducere nec succumbere his quae plerisque terribilia et formidolosa uideantur, sed quasi fortem militem grauissimorum casuum sustinere incursus, conflictus subire et quasi prouidum gubernatorem nauem in tempestate regere atque occurrendo insurgentibus fluctibus magis uitare naufragium sulcando undas quam declinando. non iste in persecutione pauidus, non in tormentis mollior, ne torquentem exasperet, sed quasi 457 A athleta fortis, qui repercutiat uerberantem si non caedis, certe sermonis flagello, qui multis metuenda tormenta despiciat

2 Reg. IIII 20, 19 3 Reg. IIII 20, 19 4 Reg. IIII 18, 3 sqq. 9 sq Hier. 39, 2 Dan. 1, 6; 3, 20; 6, 16 Hesdrae I 1, 53

1 ferret *A* (r *pr. s. u. m2*) *V et* (r *pr. exp.*) *DT* 2 dixit *om. P* 8 et *del. m2 A, s. u. T* eminere *A* (*s. m2* ł emere) emere (*in mg.* ł eminere) *T* 10 hesdra *P* esdra *AVN* (esdras 𝔄' *m2*) *T* beati *P* (i *in ras. ex* a) azarias et *N'* 12 ducti *N'* sint *A* (*corr. in* sunt *m2 et s. u.* ł sint) sint *ex* sunt 𝔄'*T* 13 enim est *P'* 14 animi uirtute 𝔄''*E* 15 subcumbere *P*𝔄 ple••risq; *P* (ri *eras.*) 16 uideantur 𝔄' (a *exp. m2*) uidentur 𝔄''*E* 18 nauem *P* (i *ex* e *m2*) 20 non *pr.*] nec *P et* (*ex* non) *T* 21 exasperet *A* (*s. m2* ł exuperet) exsuperet *V* (s *s. u. m2*) exsuperat 𝔄 exuperent (*s.* exasperet) *T* 22 adleta *A* adletha *P* reperciat *A m1* (*corr. m2*) 23 multis metuenda 𝔄' (b *et* a *m. ant.*) metuenda multis 𝔄''*E* *folium 72 libri A, quo continentur*

dicens: sagittae infantium factae sunt plagae eorum, qui cum grauissimo licet dolore luctetur nec se miserabilem praebeat, sed ostendat tamquam in lanterna lumen etiam inter asperas procellas et grauissimos flatus suam lucere nec extingui posse animi uirtutem. non iste in suorum iniuriis mollis nec de sepulchro sollicitus sui corporis, cui sciat caelum deberi, non in captiuitate ciuicae plebis abiectior, sed sicut iudex seuerus infidelium perfidiam erroresque condemnans, ut Danihel, qui sacerdotum furta prodebat et superstitiones eorum redarguebat ostendens nulla ueritate subnixas, sed fraudibus adumbratas. talis postremo est uir perfectus, qui omnes uelit bene agere nihilque cuiquam accidere mali et, si praeter uoluntatem eius acciderit, ipse tamen de propria beatitudine nil amittat.

37 Sed forte aliquis putet aegritudinem atque inbecillitatem corporis impedimento esse ad perfectionis munus implendum, eo quod non possint opera manuum ulla factaque procedere. uerum ea sibi iustus impedimento esse non sentiet, immo etiam eum qui illa miserabiliter defleat corripiet et quasi ignauum arguet, quod plus in corporis usu quam in animi uirtute constituat, quod ea quibus seruiat desideret, cum habeat quod aliis magis possit iubere, quod in paupertate ingemiscat, qui possit supra mundi opes esse — fideli enim

1 Psalm. LXIII 8   9 uet. Test. ed. Tischendorf ed. Nestle ed. VII p. 615, uu. 9 sqq. (Dan. 14, 9 sqq.)   23 Prouerb. 17, 6

uerba inde a despiciat *usque ad* somni *p. 30 u. 9, suppletum est a manu recentiore saeculi XI, cuius scripturas siglo (A) significabo* 3 lanterna *P𝔄𝔄'* (*hi* n *exp. m2*) *V* laterna *cet.*   4 elatus (*A*)   7 ciuiae *P*   8 condempnans *PV*   9 futura (*A*) *et* (*corr.* furta) *D* facta *T*   11 adumbratus (*A*), s *s. u.*   uir postremo est *𝔄''E*   uir *in ras. m2 𝔄'* cur (*A*) ut *D*   12 accedere *V* (*corr. m2*) *N* (*corr. m2 𝔄'*)   13 acciderint (*A*)*T*   propria *P* (r *alt. s. u. m2*)   14 nil *om.* (*A*)   16 manus *P* (*corr. m2*)   17 manuum *𝔄* (*u alt. s. u. m3*)   18 iustus sibi (*A*)*T* sibi uirtus *V*   esse *s. u.* (*A*)   20 quod *P* (d *ex* s *m2*)   21 constituet (*A*)*T*   deseruiat *A* (de *del. m2*)   desiderat (*A*)*D*   22 quo (*A*)*T*   iuuari (*A*)*T*   23 ingemescat *V* ingemiscat (i *alt. ex* e) *𝔄 m3 𝔄' m2*

totus mundus diuitiarum est —, quod ignobilitatem defleat, qui debeat despicere regias potestates, diuitibus et potentibus imperare. haec enim uita iusti, qui etiam quas habeat facultates communes aestimare debeat, immo etiam inopibus diuidere, dispensare pauperibus, recidere uoluptates proprias, tenuare sumptum, adhibere parsimoniam temperantiae, sobrietatem tenere in prosperis, patientiam in aduersis, in dolore tolerantiam, E magnanimitatem in periculis, sanitatis perpetuae uota nescire, mortis inminentis terrore non concuti neque eum praestantiorem putare cui secundum naturam liberi propinqui salubritas laetitia affluentia redundauerint quam cui illa defuerint neque 38 externis saeculi, sed uirtutis domesticis merita pensare. illam quoque formam iusti esse quis abnuat, ut nihil metuat, nihil reformidet nisi uirtutis dispendia aliorumque uanas formidines conprimat, quas habeant de periculorum sollicitudine, mortis timore, corporis infirmitate, ut doceat dissolui corpore et 458 A cum Christo esse multo melius, ut ostendat quia operationes non impediuntur debilitatibus corporis, sed augentur. neque splendore generis aut propinquorum subsidiis aut opibus, sed bono commendatur affectu. neque enim minus beatus Helias quam Moyses, cum alter cibi indiguus melotide uili sine filiis, sine sumptu, sine comite, alter populorum ductor, laetus subole, succinctus potentia, diuerso genere meritum aequale fundauerint, sicut in euangelio declaratum est, quando cum B domino Iesu in resurrectionis gloria refulserunt; uidetur enim

16 Philipp. 1, 39 21 Hebr. 11, 37 24 Matth. 17, 3

3 quis *P* (s *exp. m2*) 4 in opęribus *P* 5 recedere a uoluptatibus propriis (is *ex* as *m2*) *P* recipere (*s. u. m2* ał reicere) *V* 10 cuius *P* salubritatis *P* 11 fluentia *P* redundauerunt (*A*)*D* 12 seculis (*A*) domesticę 𝔄′ (ce *m2 ex* cis) 𝔄″*E* 13 quoque *P* (qu *pr. in ras. m1*) 15 habeat *PV*𝔄 17 esse cum xpo 𝔄″*E* 20 bo|rum 𝔄 bonorum (*A*)*D* commendantur *N′ et m2 PV* helias *A* (s *s. u.*) 21 cum] cui (*A*) indiguus *D* (u *alt. eras.*) indigus *N′* 22 populi• 𝔄′ populi 𝔄″*E* laetus (u *ex* i *m2*) *V*𝔄′ laeti (a *s.* i *m3*) 𝔄 23 subole 𝔄 *m1* sobole 𝔄 m*3 cet.*

parem his quasi paribus gloriae suae testibus dedisse mercedem. nec minus beatus Helisaeus quam Dauid, cum alter regibus subditus, alter regali potestate praeditus propheticae sanctificationis haut disparem sint adepti gratiam.

39 Quid enim deest ei qui illud bonum possidet et habet sibi semper comitem sociamque uirtutem? in quo statu non poten- C
tissimus? in qua paupertate non diues? in qua generis ignobilitate non clarus? in quo otio non laboriosus? in qua debilitate non uegetus? in qua infirmitate non fortis? in qua somni quiete non feriatus, quem etiam quiescentem uirtus propria non relinquit? in qua solitudine non stipatus, quem uita beata circumdat, quem uestit gratia, quem gloriae amictus inlustrat? non minus enim otiosus quam cum operatur beatus, nec minus dormiens quam uigilans gloriosus, quia non minus D
dormiens quam cum uigilat incolomis et sanus est. quando autem feriatus uideri potest, cuius mens semper operatur? quando autem solus, qui cum illo bono semper est, de quo ait propheta: replebimur in bonis domus tuae? quando abiectus, cuius conuersatio in caelo? quando non decorus, qui ad illius decori et solius boni se conformat similitudinem, qui etiamsi membris solutus sit, tamen mente se erigat? et tamquam ille qui cithara canere solitus, si eam dissipatam E
resolutis neruis et confractam uiderit et usum eius interruptum, abiciat eam atque eius numeros non requirat, sed uoce ipse

18 Psalm. LXIIII 5 19 Philipp. 3, 20

1 tectibus *P* (*corr. m2*) 𝔄 (*corr. m3*) 𝔄′ (*corr. m. ant.*) *V* 4 haud (*A*)*T et* (*m2 ex* aut) *V* aut *P* haut *N* 5 sibi *om.* (*A*)*D*, *s. u. T* 6 sociumque (*A*)*P et* (*corr. m2*) *V* (*corr. m3*) 𝔄 *et* (ū *ex* ā) *T* 9 omni (*s.* non *m2*) *V* 10 non *om. VNT* 11 relinquit *VN′P′* reliquit *cet.* 13 enim *A* (*s. m2* ł etiam) *P* etiam *cet.* operabatur *A m2* 𝔄 *et* (ba *del.*) *T* 15 uigilat 𝔄 (at *ex* ans) incolomis *A m1* 𝔄″*E* incolumis *A m2 cet.* 17 semper bono *VN* (bon' 𝔄″) *T* 19 conuersatio est *V*𝔄″*E et* (est *s. u. m. ant.*) 𝔄′ 20 illius (us *in ras. m2*) *A* 22 cythara *AP* cithara (*m2 ex* cetera) *V* citara 𝔄′ (i *et* a *m2 in ras.*) dissipatam *A* (i *alt. corr. in* o, *deinde rursus in* i *m2*) dissipatatam 𝔄 (ta *eras.*) 24 numerus (*s. m3* neruos) 𝔄 neruos *in ras. m2* 𝔄′

se mulceat, ita et iste citharam corporis sui otiosam iacere patietur, corde se oblectabit, bonae conscientiae recordatione mulcebit, diuinis oraculis et scriptis propheticis adleuabit, suaue illud et iocundum animo tenens, mente conplectens, cui nihil possit triste accidere, cum semper ei diuinae praesentiae adspiret gratia et ipse sibi adsit summa animi tranquillitate perfusus.

LIBER SECVNDVS.

1 Superiore libro de uirtutum praeceptis disputauimus, sequenti 459 A clarorum uirorum utamur exemplis, qui in summis periculis positi beatitudinem uitae non amiserunt, sed potius adquisi- B uerunt. an non beatus Iacob etiam, cum patriam derelinqueret? immo plane beatus, qui dura exilii suscepit, ut fratris mitigaret iracundiam. nam si beatus est qui peccatum declinat, utique negari beatus non potest qui alterius culpam leuat, crimen auertit. paratum itaque parricidium declinauit exilio uoluntario eoque facto sibi salutem quaesiuit, fratri donauit innocentiam. merito itaque eum diuina ubique comitata est C gratia, ut et, cum dormiret, beatae uitae munus adquireret. uidebat enim futurorum mysteria et diuina audiebat oracula.

12 Gen. 28, 7, cf. 27, 42 sqq. 16 Gen. 27, 41 20 Gen. 28, 12

1 se *s. u. P* ista *A* iste (e *ex* a) *P m2 D* cytharū *A* cytharam *P* 2 diuinis ... ableuabit *infra in mg. A* 3 alleuabit *P* (l *pr. ex* b) *T* alleuiabit 𝔄 *m3* (*ex* ableuabit) 𝔄''*E* ableuabit *cet.* 4 iucundum 𝔄 5 triste possit 𝔄''*E* accedere *E et* (*corr. m2*) *APV*𝔄' 7 perfusus amen *V*𝔄𝔄'*E* EXPLIC̄ DE IACOB ET DE (DE *om.* 𝔄𝔄') UITA BEATA LIB̄. I. INCIP̄ EIUSDĒ (EIUSDĒ *om.* 𝔄𝔄') LIB̄. II. *A*𝔄𝔄' EXPLICIT DE IACOB ET UITA BEATA LIBER PRIMUS. INCIPIT LIBER SECUNDUS *PV* EXPLICIT LIBER PRIMUS (S̄C̄Ī AMBROSII *add. P'*, BEATI AMBROSII ĒP̄Ī *add. D*) DE IACOB ET UITA BEATA. INCIPIT (EIUSDEM LIBER *add. D*) SECUNDUS (EIUSDEM *add. P'*) *P'DT* EXPŁ. Ł. V. DE IACOB ET UITA BEATA. INCIP̄. Ł. VI. DE EADEM RE 𝔄'' EXPLICIT. INCIPIT LIBER SECUNDUS *E* 12 relinqueret 𝔄'' 15 beatus (beatū *E*) esse 𝔄''*E* 17 eoque *A* (*s. m2* ł quod) innocentiam donauit 𝔄''*E* 18 commitata *P* 20 uideba•t *P* mis'teria *P*

bonus in somno operarius et in paupertate diues, qui mercennariae uitae munere et patrimonium et coniugium eodem parauit officio. idem fraterni affectus reconciliator egregius certauit muneribus et obsequiis, ut indignationem omnem excluderet, dolorem offensionis auerteret, ostendens se minorem exilio non fuisse, qui posset largiri quae non acceperat. D

2 sed nimis ad inferiora propero et utilia transcurro, cum prius definiendum sit quid sit beatus. scriptum est enim: beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit, hoc scriptura significante eum beatum esse qui uel a perfidorum consortio temperauerit — ea est enim impietas auctorem uitae et parentem quendam salutis non recognoscere — uel in peccato non manserit uel in E luxuria atque lasciuia non perseuerauerit, ipsum quoque in lege domini die ac nocte meditantem fore tamquam lignum quod dabit fructum in tempore suo. superiora merita sunt praemiorum, hoc meritorum praemium.

3 Quid horum quae ad meritorum beatitudinis spectant defuit sancto Iacob, qui tantum abfuit ab impiorum consortiis, ut ex eo fidelis populus nomen acciperet Istrahel dictus, quod deum mentis internae oculis intueretur peccati abstinens, a luxuriae F omnis ebrietate sobrius, ut dura laborum absorbuerit, otii

1 Gen. 29, 18 sqq. 3 Gen. 32, 13 sqq. 9 Psalm. I 1 15 Psalm. I 2 16 Psalm. I 2 sq. 21 Gen. 32, 28

6 fuisset *A* (*s. m2* se) *P* (t *eras.*) 9 habiit *APV* 12 uel a *scripsi* tela *libri* perfidiorum *A et* (i *alt. exp.*) *P* temperauit 𝔄 temperauerit (*s. m2* declinauerit) *V* declinauerit *T* haec est *P* 13 a*uctorē *A* 14 si uel (si *s. u.*) *PV m2 T m1* non 𝔄' (*s. u. m2*) 𝔄''*E om. cet.* 15 luxuria *P* (u *alt. ex* o *m2*) *V* (a *m2 ex* ę) 𝔄' (a *m2 ex* e) non 𝔄' (*s. u. m2*) 𝔄''*E*, *om. cet.* 18 meritū *A* 19 *borū *A* 20 abfuit 𝔄' (b *s. u. m. ant.*) *P'D* adfuit *AP* afuit *cet.* 21 *fort.* acceperit israhel *P'* isral *P* isrl *cet.* eo quod 𝔄''*E et* (eo *s. u. m. ant.*) 𝔄' 22 a *eras. P* luxoriae *P* 23 omni*sobrietate *P* (a *eras. ut uidetur*) otii *om. A*, *s. u. T*

secura neglexerit? nonne pulchre et uere de hoc dictum est
quod et hic fructum dabit in tempore suo, de quo scriptum
est: ecce odor fili mei tamquam odor agri pleni?
erat enim perfectus in omni flore uirtutum et sacrae benedic-
tionis atque caelestis beatitudinis redolebat gratiam. ipse est
enim ager, quem benedixit dominus, non iste terrenus aut
horridus siluis aut fragosus torrentibus aut palustris pigrio- 460 A
ribus aquis aut ieiunus frumentis aut inutilis uitibus, adhuc
infecunda glarea saxosus aut hiulcus et aridus siccitate
aut sanguine madidus aut sentibus incultus et spinis, sed ille
ager, de quo dicit ecclesia in Canticis: adiuraui uos,
filiae Hierusalem, in uirtutibus et fortitudinibus
agri. hic namque est ager, de quo et dominus ait: et spe-
cies agri mecum est. in hoc agro uua illa repperitur, quae
expressa sanguinem fudit et mundum diluit, in hoc agro est B
ficus illa, sub qua sancti requiescent spiritalis gratiae suauitate
recreati, in hoc agro est oliua illa fructifera dominicae fluens

3 Gen. 27, 27 6 ... p. 34 u. 3 (ager ... amplexu) paululum immutata leguntur in Comm. in Cantica canticorum e scriptis Ambrosii collecto 2, 27 (I 1564 BC *B.*) 11 Cant. 2, 7 13 Psalm. XXXXVIIII 11 14 sqq. Mich. 4, 4

1 *folium 74 libri A, quo continentur uerba inde a* secura *usque ad* sunt *p. 34 u. 15 suppleuit manus recentior saeculi XI. confer quae ad p. 27 u. 23 adnotauimus* et pulchre (*A*) *et* (et *in ras.*) *D* hoc (*del. m1*) pulchre *T* de hoc *om.* (*A*), *s. u. T* 3 fili *P* filii *cet.* 5 cęleste (*A*) cęlesti *D* gratia (*A*) 7 adhuc *PV𝔄' m1 𝔄𝔄''ET* et adhuc (*A*) aut *PV𝔄' m2 Comm. in Cant.* torrentibus fragosus (*A*) confragosus *Comm. in Cant.* 9 infecunda *P m1* (*A*) *VN Comm. in Cant. et* (*s.* ł infecundus) *T* infecundus *P m2 et corr. m1* (*A*) glareis (*A*) saxosus (*A*) *VN Comm. in Cant.* saxosa *P et* (osa *ex* osus) *T* iulcus *P* incultus *V et* (*om.* et aridus) *P'* hiulcus et *del. m3* 𝔄 10 sanguine *P* (e *ex* ē) madidus *m2 in ras.* 𝔄' *ex* incultus *ut uidetur* incultus *m2 in ras.* 𝔄' *ex* et spinis *ut uidetur* et *om.* *V*𝔄 spinis *exp. V*, et spinis *om. N'* 11 adiuro *P'* 12 ierusalem (*A*) 13 et *om. V Comm. in Cant.* dicit dñs *V* 15 deluit *P* (*corr. m2*) est ficus illa *𝔄''E Comm. in Cant. et* (est *s. u. m2*) *P𝔄'* ficus illa *𝔄P'* ficus est illa (*A*) ficus illa est *V* (est *s. u. m2*) *T* 16 requiescunt *V et* (u *m2 in ras.*) 𝔄'

pacis unguentum, in hoc agro florent mala granata, quae
plurimos fructus uno fidei munimine tegunt et quodam fouent
4 caritatis amplexu. hos igitur fructus redolebat Iacob, qui
deum per pericula sequebatur et tutum se ubique eius
deductione credebat. nam licet dulcis et suauis odor agri sit, C
quia est odor naturae, tamen in sancto patriarcha uirtutum
spirabat gratia. quam continens erat parsimonia, qui cibum
sibi paratum non expetiuit, sed petenti fratri sine dilatione
concessit. a quo primatus benedictionis accepit, quam pius
erga parentes, ut praeferri germano seniori materno mereretur
affectu et paternae benedictionis munere sacraretur, quam
religiosus, ut fratrem recusaret laedere, quam uerecundus, ut
patrem timeret fallere, quam honorificus, ut matri non posset D
quod iubebatur negare!

2, 5 Sed nec parentes nobis inexcusati relinquendi sunt, quod E
iuniorem filium seniori praetulerunt. simul cauendum, ne quis
dum eorum intendit exemplo, iniquum inter filios habeat
iudicium, ut alterum diligendum putet, alterum posthabendum.
hinc enim excitantur odia fraterna et de pecuniae uilis incre-
mento facinus parricidale conponitur. eadem foueat prolem
mensura pietatis. esto tamen ut aliquid sibi amplius circa
blandiorem aut similiorem rapiat affectus, par debet circa
omnes esse forma iustitiae. plus confertur dilecto, cui fratrum F
amor quaeritur; plus autem adimitur ei qui praelationis

1 Cant. 8, 2 7 Gen. 25, 29 sqq. 9 Gen. 27, 8 sqq. 11 Gen. 27, 11 sq. 12 Gen. 27, 12 13 Gen. 27, 14

1 pacis *om.* (*A*) ungentum (*A*) *PT* 3 qui] qm̄ (*A*)*T* 4 totum *P* (v *s.* o *m2*) eius ubique 𝔄″ 5 licet (*A*) (*in mg. m2* decet) decet (li *s.* de) *T* sit agri 𝔄″ 6 *post* patriarcha *add.* tam (*A*)*T* 7 spirabat *om.* (*A*), *s. u. T* gratia *P* (a *alt. ex* ā *m2*) gratiam *T* (m *postea add.*) quia *P* 8 expetiit *V* 9 primatū *V* 11 affectu *om.* 𝔄″*E* 12 laedere *om.* *P* 13 parentem *P* 14 iubebatur *P* uidebatur *P′* iubebat *cet.* 20 parricida lex (x *eras.*) *A* parricidae lex *P* an (ante *corr. m. ant.*) ponitur *A* (*s. m2* ł componitur) ponitur *P* 23 cui *s. u. P* 24 ꝑliat bonis *A* (*s, m2* praelationis) praelatio bonis *D*

iniustae oneratur inuidia. minitabatur Esau quod fratrem
suum occideret, nec fraterna eum germanitas nec parentum
reuerentia a parricidali furore reuocabat, et dolebat sibi
benedictionem esse praereptam, cuius utique dignum se
6 mansuetudine debebat probare, non scelere. sed et Rebecca
non quasi filium filio, sed quasi iustum praeferebat iniusto. 461 A
etenim aput matrem piam mysterium pignori praeponderabat: illum non tam fratri praeferebat quam offerebat domino, quem sciebat conlatum sibi munus posse seruare. in quo et alteri consulebat, quem diuinae subducebat offensae, ne grauiore implicaretur reatu, si acceptae gratiam benedictionis amitteret.

7 Accipe tamen bonum certamen inter parentes. mater deferat
affectum, pater iudicium. mater circa iuniorem tenera pietate B
propendat, pater circa seniorem naturae honorificentiam seruet. hic magis honoret, illa plus diligat. dum singuli singulos foueant, non in unum uterque conspirent, defrudent alterum. fiat aequalitas inter diuersa certamina et disparibus studiis par utrique aequali parentum amore gratia conferatur. conpenset alter quod alter imminuit. sic pio affectu Isaac patriarcha et sancta Rebecca certabant, ut neutrum inferiorem
8 facerent, sed utrumque aequalem. uicit tamen ille, qui C

1 Gen. 27, 41 20 Gen. 25, 28 22 Gen. 25, 23

1 oneratur *VN·P'* honeratus *P* oneratus 𝔄 *et* 𝔄' *m2* honoratus *A* honoratur *DT* imitabatur *A* (*corr. m. ant. ex* mitabatur; *s. m2* ł minitabatur) 2 nec (*s. m2* ł ne) fraterna *A* ne (*corr.* nec) fr. *T* 4 es•se *A* 7 aput *A* apud *cet.* •atrem *A* (p *eras.*) misterium *P*𝔄 pignoris *A* (o *ex* e) *PT* 9 •siebat *A* (c *eras.*) 13 deserat *A* (*corr. m2*) *P* deferat 𝔄 (rat *in ras.*) 15 naturae honorificentiam *A m1 PD* naturam honorificentiae *A m2* (*add.* ł) *VN et* (*corr.* naturae honorificentiam) *T* 17 faueant *ex* foueant *A* conspicerent *A et* (ce *exp.*) *V* defrudent *A* defraudent (a *s. u.*) *PD et m2* 𝔄' defraudent *cet.* 18 aequalitas *A* (*s. m2* ł aequitas) *PD* aequitas *VNT* 19 par utrique aequalis (s *exp. m2 P*, aequali *T*) parentum amore gratia conferatur *A m1 P et in mg. T* par utrique (utrique *om. T*) atque aequalis par. amor et gratia conf. *A m2 VN et in textu T*

praeferebatur oraculo, uicit inpigritia tarditatem, mansuetudo
duritiam. dum alter uenatu aspero praedam quaerit agre-
stem, hic mitium cibos morum, hic domesticam gratiam,
hic tenerae mansuetudinis atque pietatis pio patri dulces
epulas ministrauit. plus placet in animis quicquid occurrerit
quam quidquid affectatum putaueris deferendum. accessit ad
oues Iacob et attulit innocentiae partus uel sacrae prophe- D
tiae munera, quia patriarchae cibum nullum credidit dul-
ciorem esse quam Christum, qui sicut ouis ad occisionem
ductus est et sicut agnus ad uictimam. hunc uel publico
parenti uel populo, cuius typum gerebat, cibum utilem
9 iudicabat, quo futura erat remissio peccatorum. ideo stolam
accepit fratris sui, quia senili praestabat sapientia, ideo
iunior frater seniorem fratrem exuit, quia fidei emicuit digni-
tate. hanc stolam ecclesiae typo Rebecca protulit et de- E
dit filio iuniori stolam ueteris testamenti, stolam prophe-
ticam et sacerdotalem, stolam regalem illam Dauiticam,
stolam Solomonis, Ezechiae et Iosiae regum, et dedit populo
Christiano, qui uti amictu sciret accepto, quoniam populus
Iudaeorum eam sine usu habebat et proprios nesciebat ornatus.
iacebat haec stola in umbra adiecta atque neglecta; obscura-
batur enim tenebrosa impietatis caligine nec in angusto corde
populi latius poterat explicari. induit eam Christianus populus F
et refulsit. inluminauit eam suae fidei claritate et piorum luce
factorum. agnouit Isaac notum odorem generis sui, recognouit

2 Gen. 25, 27 4 Gen. 27, 9. 14. 17 7 Gen. 27, 9 et 14
9 Hier. 11, 19 12 Gen. 27, 15 25 Gen. 27, 27

3 domesticāt *A* 4 dulces *A* (l *s. u.*) 5 quicquid *A* (quid *s. u. add. m2*) 6 afectatum *A* affectum *P* (m *exp. m2*) 7 profetiae *A* (propfetiae *m2*) *V et* (*corr. m3*) 𝔄 8 cibo *A* (*s. m2* ƚ cibū) *P* cybūş 𝔄′ (ş *eras.*) cibum *cet.* 10 hunc *A* (*s. m2* ƚ hinc) *T* (*ex* hinc) uel *del. m2 A, om. T* 11 tipum *A* (*corr. m2*) *P* 12 remisio *A* 13 fratri *P* frat̄•• (*corr. m2*) *A* 15 tipo *P* rebecca 𝔄 (b *in ras.*) *A* (e *alt. ex* ae) 17 stolam *s. u. m2 P* illam regalem 𝔄″*E* 18 salemonis *E* salomonis *cet.* 19 ut iam dictum *A* (d *s. u. m. ant.*; *s. m2* ƚ uti amictu) 24 fidei *s. u. A*

stolam scripturae ueteris, sed uocem plebis ueteris non recognouit et ideo cognouit esse mutatam. manet enim hodieque eadem stola, sed populi deuotioris canora coepit esse confessio meritoque dixit: uox quidem uox Iacob, 462 A
manus autem manus Esau. et odoratus est odorem uestimentorum. et fortasse illud est, quia non operibus iustificamur, sed fide, quoniam carnalis infirmitas operibus inpedimento est, sed fidei claritas factorum obumbrat errorem, quae meretur ueniam delictorum.

3, 10 Celebrata benedictione postea frater senior aduenit. quo B
declaratur prius ecclesiae regnum quam synagogae in praedestinatione delatum, sed subintrasse synagogam, ut superabundaret peccatum et, cum superabundasset peccatum, superabundaret et gratia, simul clareret inpigrum regni caelestis C
candidatum esse debere, ut praeripiat benedictionem et praerogatiuam suae commendationis usurpet. unde non est notatus a patre iunior filius, sed laudatus, quod ait Isaac: frater tuus ueniens cum dolo accepit benedictionem tuam. bonus enim dolus, ubi inreprehensibilis est rapina; inreprehensibilis autem rapina pietatis, quia a diebus Iohannis regnum caelorum cogitur et cogentes diripiunt illud; festinantes enim patres pascha celebrabant, D
qui festinantes manducabant agnum, non demorantes, et

4 Gen. 27, 22 5 Gen. 27, 27 10 Gen. 27, 30 13 Rom. 5, 20 17 Gen. 27, 35 20 Matth. 11, 12 22 Exod. 12, 11

3 hodieque 𝔄′ (que *eras.*) hodie 𝔄″*E* stola[b] eadem[a] 𝔄′ (b a *eras.*) stola eadem 𝔄″*E* deuotionis *A* (*s. m2* ł ris) *P* (-ris *corr. m2*) 𝔄 4 meritūquę *A* (*corr. m2*) merituquae *P* (*in* u *correxit nescio quid m2*) *P* merito 𝔄′ (*s.* o *ras.*) 𝔄″*E* iacob est *A* (est *add. m2*) *P′T* 5 manus (u *ex* a *m2*) esau *P* 6 uestimentorum eius *P* 8 obumbratorum *A* (*corr. m2*) 10 senior frater *N′* 11 declarat̃ *A* (t̃ *ex* t *m2 ut uidetur*) declarat̃•• *P* (t̃ *ex* t *m2*, us *eras.*) sinagoge *AP* sinagogae ⁊ 𝔄𝔄′ 12 subintrase *P* et (*corr. m2*) 𝔄′ sinagogam *PV*𝔄 14 claret *A* (*corr. m2*) *D* inprigrum *A* (*corr. m. ant.*) 20 rapina *s. u. m2 A* quia (i *s. u.*) *A* 22 enim . . . festinantes *s. u. A* festinantes autem *N′* 23 quia *A* (*s. u. m2* ł qui) *V* (a *s. u. m2*)

fratrem Beniamin sanctus Ioseph piae conmento fraudis
11 accersiuit et tenuit. et ipse tamen ut benediceretur cogendo elicuit et inpetrauit, sed eam benedictionem, quae cum superiore congrueret et conueniret, ut seruiret fratri suo. etenim qui inperare non poterat et alterum regere seruire debebat, ut a prudentiore regeretur. neque enim fuit sancti E patriarchae, ut filium suum degeneri condicioni seruitutis addiceret, sed ut bonus pater, cum duos haberet filios, unum intemperantem, prudentem et sobrium alterum, quo utrique consuleret, intemperanti praefecit sobrium et insipientem prudenti statuit oboedire, quia insipiens non potest uoluntarius uirtutis esse discipulus nec perseuerare in studio, quia stultus sicut luna mutatur, meritoque ei libertatem proprii negauit arbitrii, ne uelut nauis in fluctibus sine gubernatore fluitaret, F sed subdidit eum fratri secundum quod scriptum est: seruit enim inprudens prudenti. recte ergo eum subdidit, ut regentis imperio suum melioraret affectum. ideoque ait: super gladium tuum uiues et seruies fratri tuo; domina est enim pietas crudelitatis et mansuetudo duris motibus praestat.

12 Seruit omnis qui auctoritatem purae non habet conscientiae, 468 seruit quicumque uel metu frangitur uel delectatione inretitur uel cupiditatibus ducitur uel indignatione exasperatur uel maerore deicitur. seruilis enim omnis est passio, quoniam qui facit

1 Gen. 42, 20 2 Gen. 27, 38 sqq. 12 Sir. 27, 12 15 Prouerb. 11, 29 18 Gen. 27, 40 24 Ioh. 8, 34

1 fratrem *A* (r *pr. s. u.*) 2 accessiuit *A* (*corr. m2*) *P* et *alt. del. m2 A*, *s. u. T* 6 ut *in A membrana perforata intercidit; suppleuit m2* 9 intemperantem *P* (in *s. u.*) prundentem *P* (n *exp. m2*) quo *A* (*s. m2* ꝉ cum) *T* (*ex* cum) *PD* cum *V𝔄* ut 𝔄' (*m2 ex* cum), *om.* 𝔄''*E* utrique *A* (*s. m2* utroque) *T* (i *ex* o) 10 consuleret et *A* (et *s. u. m2*) *T* 11 hobedire *A* 12 qui*a *A* 14 ne uelut nauis *s. u. A* fluctuaret *V* 17 regens et imperium *A* (*s. m2* ꝉ regentis imperio) *P* (et *exp. m2*) suum m. affectum *A m1* ꝉ suo m. affectu *A s. u. m2 T* ideo (*om.* que) *N'* 19 est *om. A*; enim (*s. u.*) est 𝔄'' credulitatis *AP* 21 autoritatem *A* parue *A* (*s. m2* ꝉ pure) *P* 24 deiciar (*corr. m2*) *AP* est omnis 𝔄''

peccatum seruus est peccati et quod peius est multorum seruus est qui subiectus est uitiis. multis se dominis addixit, ut seruitio ei exire uix liceat. at uero ille qui uoluntatis suae arbiter est, iudex consilii, interpres arbitrii, qui coercet corporeae adpetentiam passionis, qui ea quae agit bene agit — bene B autem agens recte agit, et qui recte agit inculpate et inreprehensibiliter agit habens suorum actuum potestatem — is profecto liber est. nam qui omnia prudenter agit et ita, ut uult, is solus est liber. non condicio fortuita seruum facit, sed probrosa insipientia. denique famulus prudens regit dominos stultos et proprii serui dominis faenerabunt. quid faenerabunt? non utique pecuniam, sed sapientiam, sicut et lex dicit: faenerabis gentibus multis, tu autem C mutuum non accipies. faenerauit enim Iudaeus proselyto diuinae legis oracula, sed quia ipse legis mysteria uidere non potuit et quae habebat nesciuit oracula, qui litteram faenerabat

2 cf. Sextus ed. Elter n. 75   3 Uerg. Ecl. I 40   11 Prouerb. 22, 7   13 Deut. 15, 6

1 peccatum *A* (ca *s. u.*)   est *pr. s. u. A*   peccati *A* (*in ras.*) 2 est *pr. om. T*   se dominis *Erasmus* sed omnis *N* sed omnes *cet.* (omnes* *P*) 3 de seruitio (de *s. u.*) *P* (*sed* de *rursus eras.*) *T*   ei *A* (eius *m2*) *P* (eis *m2*) *V* (*s. u.*) eius (us *del.*) *T* 4 arbitrii *ex* arbitrar *A*   corporea *P* (*m2* -reae) *V* (*s. m2* corporis) corporeas *T* (*corr.* -reae) 5 adpetentiam *A* (*s. m2* ł ad penitentiam) ad penitentiam 𝔄 (ni *del.*) *T* (*s.* appetentiam)   passionis *T* (is *ex* es)   qui ea que *A* (*s. m2* ł qui et que) *T* (*ex* qui et que) 6 qui *A* (que *m2*) *T* (*ex* que) 7 his *P et* (h *eras.*) 𝔄   8 ut uult *scripsi* uult *A m1 P* uiuit ut uult *A m2 VN et* (uiuit ut *del.*) *T*   10 probosa *P* probrosa *ex* proposa 𝔄′   inspientia *P* (*corr. m2*)   domos *A* (*corr. m2*)   dominū (ū *m2 ex* us) stultū (ū *m2 et m3 ex* os) 𝔄   11 proprii *AV*𝔄𝔄′ *et* (*s.* periti) *P m2 T m1* probi 𝔄″*E*   fęnerabunt *V*𝔄′*D* fenerabunt *cet.*   12 fęnerabunt *D* fenerabunt *cet.*   13 ditcit *A* (*corr. m2*)   fęnerabis *V*𝔄′ *et* (*m3 ex* fęnerabilis) 𝔄 fenerabis*** *A* fenerabis *cet.*   autem *s. ras. unius litt. A* 14 faenerauit 𝔄 fenerauit *A* (ł b *s.* u *m2*) *P* fęnerabit *V* (v *s.* b *m2*) fenerabit *N′T*   enim *om. VNT*   prosilico 𝔄 *m1* prosilito 𝔄′ *m1* proselito 𝔄 *m2* 𝔄′ *m2 cet.*   15 misteria *AP*𝔄   16 fęnerabat *V*𝔄*D* fenerabat *cet.*

gentibus nunc ab his spiritalis doctrinae gratiam mutuatur
meritoque subiectus est seruituti, quoniam qui mutuatur
seruus est quasi addictus faenori creditoris, qui autem piae
doctrinae faenus inpertit, is est princeps, sicut lex dicit:
princeps eris gentium multarum, tibi autem prin-
cipes ex ipsis non erunt. princeps enim est qui regit
et qui habet sapientiae principatum. quem habuit populus
Iudaeorum, sed quoniam quod docebat seruare non potuit,
13 debet discere quod docere nesciuit. hoc est igitur quod ait
patriarcha Isaac: seruies fratri tuo. erit autem cum
deposueris et solueris iugum illius a collo tuo,
significans duos futuros populos, unum ancillae filium, alterum
liberae — seruit enim littera, libera est gratia — eumque
populum, qui litterae intendit, tamdiu seruum fore, quamdiu
spiritalis doctrinae sequatur interpretem. tunc quoque illud
futurum quod apostolus dicit: ut reliquiae saluae fiant
secundum electionem gratiae. seruies ergo fratri tuo, sed tunc
senties seruitutis profectum, cum uoluntarius potius quam
coactus oboedire coeperis fratri.

4, 14 Hinc orta est inuidia et minitabat Esau quod post obitum
patris fratrem occideret. sed si id acciderit, discamus a Rebecca
quemadmodum prouidendum sit, ne inuidia iracundiam excitet,

2 Prouerb. 22, 7 5 Deut. 15, 6 10 Gen. 27, 40 12 Galat. 4, 22 13 II Cor. 3, 6 16 Rom. 9, 27, cf. Esai. 10, 22 20 Gen. 27, 41 21 Gen. 27, 42 sqq.

1 nunc *P* (c *s. u. m2*) 3 est 𝔄' *s. u. m2* fẹnori *A* 4 fenus *AP* est (*s. u. m2*) inpertitis (v *s.* i *ult. m2*) est *P* inpertitus est 𝔄 (*corr. m2*) 5 princeps ex i. non erit *N'* 7 et qui *A m2 T* qui et *A m1 PVN* 12 futurossẹ *A* (se *eras.*) 13 enim *AP* autem *VNT* gratia *P* (a *alt. ex* ā) 16 dicit *A* (*s. m2* ł ait) ait *cet.* salujae *P* 18 potius *om. P* 19 ceperis *A* cẹperis *V*𝔄' 20 minitabat *scripsi* minitabas *A* (*s. m2* ł minabatur) *P* (t̄ *s.* s) minabatur *T* minitabatur *VN* quod *A* (*s. m2* ł quoniam) quoniam *T* 21 ouideret *P* (*corr. m2*) si id *A m1* (id *s. u.*) ne id *A m2 T* ne si id 𝔄 *m3* si (*om.* id) *P'* acciderit *A* (-et *m2*) *et* (i *pr. ex* e) 𝔄*m3* 𝔄'*m2* accideret *T* 22 in inuidia *A* (in *del. m2*) *P* (in *eras.*)

iracundia in parricidium proruat. ueniat Rebecca, hoc est induatur patientia, bona custos innocentiae, suadeat ut irae locum demus. concedamus aliquo longius, donec tempore indignatio molliatur, offensionis obrepat obliuio. itaque patientia nec exilium reformidat, sed inpigre suscipit, non tam ut periculum salutis quam ut incentiuum sceleris declinetur. mater quoque pia abesse sibi dilectissimum filium tolerat plus ei B conlatura quem laesit, utrique tamen consulens, ut alterum inmunem a parricidio, alterum integrum praestaret a crimine.

15 audiuimus quid corporeis ebria cupiditatibus intemperantia locuta sit, consideremus quid uera uirtus agat. nihil requirit nisi dei gratiam, solum illud et summum bonum sequitur, solo eo contenta est, a quo accipimus omnia, ipsi autem nihil illi conferimus, quia nullo indiget, sicut ait Dauid: d i x i C d o m i n o m e o : d o m i n u s m e u s e s t u, q u o n i a m b o n o r u m m e o r u m n o n i n d i g e s. quo enim indiget qui abundat omnibus et nobis largitur uniuersa, omnia sine defectu ministrat?

16 Et profectus est Iacob et dormiuit, quod est quieti animi indicium, et uidit angelos dei ascendentes et descendentes. hoc est Christum praeuidit in terris, ad quem angelorum caterua descendit atque ascendit obsequium proprio domino

2 Philo de plant. Noe 40 (I 354, 48) Origenes in Gen XII 117 *M.* 14 Psalm. XV 2 19 Gen. 28, 12 21 Ioh. 1, 51

1 iracundiā *A* proruat *A* 2 inducatur *A m2* 𝔄 induat paciencia *V* 4 offensionis (is *ex* es) *V*𝔄 offensione 𝔄′ offensioni 𝔄″*E* obrepat *P* (*corr.* et) subrepat *N* 5 exi•lium *A* reformidat• *P* sed *A* (d *s. u.*) inprigre *A* 9 parricidio *A* (*s. m2* ł periculo, r *ex* l) *P* periculo *cet.* 12 illud 𝔄″*E et* (d *ex* m) 𝔄′*T* illum *cet.* 13 contempta *A* accipimus *A m1 P et* 𝔄′ *m2* accepimus *A m2* 𝔄′ *m1 cet.* 14 illi *scripsi* ipsi *APV*𝔄 *et* 𝔄′ (*eras.*), *om.* 𝔄″*ET* ait *s. u. m2 A*, *om. P* dixit *P* (t *exp. m2*) 15 meo *A* (*exp. m2*) 𝔄′ (*exp. m1 ut uidetur*) *PV*𝔄, *om. cet.* dominus *A m1 PV*𝔄 deus *A m2 cet.* 16 *post* abundat *add. P* omni bundat 19 qui&ænimi *A primitus ut uidetur* (*corr. m1, deinde s. u. m2*) 21 ad quem *VN* atque *AP et* (quem *m2 s.* que) *T*

17 pio praebitura seruitio. et uenit ad puteum, ut biberet de suis D
uasis et de puteorum suorum fontibus et superfluerent ei
18 aquae de suo fonte; fons enim uitae est in manibus iusti. et
uenit ad Laban et oues eius pauit. iniquitas incomitata residet,
sapientia regendi officium non omittit. nescit uel in alienis
uacare, nescit exul esse in peregrinis. quomodo enim exul,
quae ubique suum ius seruat et in se habet quod possidet?
19 quasi mercennarius ingreditur iustus et rector est, qui sibi E
gregem multarum praestantiumque uirtutum splendore fulgentem euangelicae praedicationis ministerio colligebat, ut potaturis ouibus uirgam storacinam et nucinam et de platano proponeret in uenis, quo concupiscentes beatissimae trinitatis praefigurata mysteria hautquaquam decoloros fetus piae mentis conceptione formarent. bonae oues, quae bonorum partus operum fidei sacrae non degeneres ediderunt. per storacem F significatur incensum et sacrificium uespertinum, quod deo patri defertur in psalmo. per nucinam uirgam sacerdotale Christo munus offertur; haec enim uirga Aaron, quae reposita floruit, qua sacerdotalis gratia sanctificationis emicuit. per platanum spiritalis fructus significatur ubertas, quia arbori huic uitis adnectitur, ut eius laeta consortio in partus sese

1 Gen. 29, 2, cf. Prouerb. 5, 15 sq. 3 Prouerb. 14, 27 4 Gen. 30, 29 et 31 (36) 8 Gen. 30, 32 et 35 (40) 10 Gen. 30, 37 sqq. 16 Psalm. CXXXX 2 18 Num. 17, 6 sqq.

1 uasis suis *D* 3 uita *AP𝔄 et* (*corr. m2*) *V𝔄'* 4 iniquitatis (*corr. m2*) *A* residet *A* (*s. m2* ł resedit) resedit (*s.* ł residet) *T* 5 in *AP*, *om. cet.* 6 ex•il·esse *A* 7 ubique suum ius *P m2 V𝔄 et* (ius *om. N'*) aliique (-quē *A*) suum *A* (*s. m2* ł ubique ius suum) *P m1* ubique ius suum *T* seruabat *A* (*s. m2* seruat) seruabat *P* (ba *exp. m2*) 10 magisterio *A* (*s. m2* ł mini) *P et* (ag *in ras.*) *D* 12 in uenis *Maurini* inuentis *libri* concupiscentes *A* (*s. m2* ł centie) 13 misteria *PV𝔄* hautquaquam *A* (o *ex* t *m. ant.*) *P* (h *add. m2*) decolores *𝔄''E* fetos *A* (v *s.* o *m2*) foetos *P* (v *s.* o) 18 **** xpo *A* est enim *T et* (est *s. u. m2*) *PV* 19 sanctificationis *A* (*s. m2* ł significationis) significationis *T* (*s.* sanctificationis) 21 consortio *A* (o *tert. ex* a; *s. m2* ł tia) *𝔄'* (o *tert. in ras. m2*) consortia *𝔄''E* in *V𝔄* (*ins. m2*) *T*, *om. cet.*

uberes fundat, siquidem dominicae munera passionis remissio- 465 A
nemque omnium peccatorum adiuncta spiritus gratia fouere
consueuit.

20 His itaque, ut scriptura dicit, diues factus est ualde bonum B
gregem nutriens Christo, quem fidei titulo et uarietate uirtutum
gloriosi nominis nobilitauit insignibus. itaque nec sibi uidebatur
angustus censu fidei opimus et Laban filiis ut opulentissimus
in inuidiam uocabatur, qui suum gregem alieni gregis acces-
sione cumulasset. et dixit ei deus: reuertere in terram
patris tui et in gentem tuam, et ego ero tecum,
ostendens nihil ei deesse, cui adesset omnium plenitudo; hoc C
solum abundare perfecto, in hoc constare omnia et omnia ad
ipsum referri, nihil ei nouum, nihil superfluum necessarium,
cui pax fida suppeteret, per quam reconciliaret quae primo
fuerant discrepantia. nec mirum si pacem haberet qui columnam
statuerat et uncxerat deo, quae est ecclesia. columna enim
et firmamentum dicta est ueritatis. eam unguit qui in
Christum fidei, in pauperes misericordiae fundit unguentum.
nunc consideremus qualis uir iustus esse debeat, si inuidia D
fuerit exorta. primum ut declinet eam; melius est enim sine
lite abire quam desidere cum iurgio. deinde ut talia possideat,
quae secum auferre possit, ut in nullo teneri ab aduersario

4 Gen. 30, 43   7 Gen. 31, 1   9 Gen. 31, 3   15 Gen. 31, 15
16 I Tim. 3, 15

1 fundant 𝔄″*E*   2 fouere *AP* fundere *V* (*s. u. m2*) *om.* 𝔄 *et m1* 𝔄′ dare 𝔄′ (*s. u. m2*) *cet.*   7 censu *A* (*s. m2* ł sus) censum 𝔄′ (m *eras.*) fidei *A* (*s. m2* ł de) fide *V*   lab*e *A* (e *m2 in ras.*) laban 𝔄 (an *m3 ex* e) *D* labae *cet.*   12 abundaret *A* (*s. m2* ł re) *abundaret *P* (h *eras.*, re *ex* ret *m2*)   13 nouum *A* (*s. m2* ł nociuum) nocjuum *T*   aut necessarium *A* (aut *s. u. m2*) *D* (aut *in mg.*) aut non necessarium *T*   14 fide *A* (*s. m2* ł fida) fidae *P* summa *T*   16 uncxerat *AV* iunxerat 𝔄𝔄′ (*corr. m2*) unxerat *cet.*   17 ung*it *A* (*s. m2* uncxit) ungit *cet.*   18 fungit *A* (*corr. m2*)   unguentum *A* (u *alt. s. u. m2*) ungentum *T*   19 iustus *P* (tus *s. u. m2*)   esse* *A* (t *eras.*)   21 desidere *A* residere *cet*   22 secum *P* (s *ex* r *m2*)   auferre *P* (-ri *corr.*, *deinde eras.*)

possit obnoxius, sed dicat: cognosce, si quid tuum est apud me. et quaesiuit Laban et nihil suum inuenit apud Iacob. magnus uir et uere beatus, qui nihil suum potuit amittere, nihil alienum habere, hoc est nihil minus habere, nihil superfluum. itaque ille perfectus est, cui nihil deest, E iustus, cui nihil supra est; hoc enim est iustitiae tenere mensuram. quanta uirtus, cuius societas lucrum dabat, non inrogabat dispendium! hoc est perfectum esse, adhaerentibus sibi conmodi plurimum dare, nihil adferre inconmodi.

22 Denique is qui nocere cupiebat inanem eum non potuit dimittere. sapiens enim numquam inanis est, semper in se habens amictum prudentiae, qui potest dicere: iustitiam F induebam et uestiebar iudicium, sicut dixit Iob. namque haec mentis sunt interna uelamina, quae nemo alius possit auferre, nisi cum aliquem sua culpa dispoliat. denique sic dispoliatus Adam nudus inuentus est, at uero Ioseph etiam uestimento exteriore reiecto nudus non erat, qui salua habebat 466 indumenta uirtutis. numquam ergo inanis sapiens. nam quomodo inanis, qui de plenitudine Christi accepit et seruat acceptum? quomodo inanis, cuius repleta est anima, quae acceptae gratiae uestimenta custodit? illud metuendum est, ne quis innocentiae uelamen amittat, ne impii sacrilegae persecutionis inpressione terminos iustitiae supergressi uestimentum animae ac mentis eripiant. quod non facile accidit, nisi prius aliquem uox suae B iniquitatis exuerit. unde et Dauid dicit: si est iniquitas in manibus meis, decidam merito ab inimicis meis

1 Gen. 31, 32 2 Gen. 31, 32 12 Iob 29, 14 15 Gen. 3, 10 sq. 16 Gen. 39, 12 25 Psalm. VII 4—6

2 apud me *A* (m *in ras.*) suum repperit *P, cf. p. 45, u. 7* 3 potuit suum 𝔄'' 10 his *APV*𝔄 14 uelaminea *A* (*corr. m. ant.*) 15 despoliat *P et* (e *ex* i) 𝔄 *m3* 𝔄' *m2* *uersum ultimum in fol. 78ª libri A, quo continentur uerba* denique ... at, *fere totum abscissum suppleuit s. u. m2* 16 dispoliatus *A m1 T* despoliatus *A m2 cet.* ad uero *P* iosehp *A* 17 reiecto 𝔄 (r *in ras.*) relicto *N'* 19 accipit *N'* (i *pr. in ras. m2* 𝔄') 21 illud *P* (d *extra u. m. ant.*) 22 uelamen *A* (n *s. u.*) sacrilegem *A* (m *eras.*) 26 merito *P* (o *ex* e)

inanis: persequatur inimicus animam meam et
3 conprehendat. nemo ergo ex inimicis potest tuam animam conprehendere, nisi prius inanis fuerit effecta. noli igitur metuere eos qui possunt auri argentique conpilare thensauros. isti nihil tibi auferunt. hoc enim auferunt quod non habebas, C
hoc auferunt quod possidere non poteras, hoc auferunt quod non ornabat animam tuam, sed onerabat, hoc auferunt quod non locupletabat cor tuum, sed potius deprimebat; ubi enim fuerit thensaurus tuus, ibi erit et cor tuum, sicut audisti legi hodie. multi seris portarum suarum includunt aurum suum, sed hi nec uectibus et claustris suis credunt: multi uigiles adhibent, sed ipsi quoque plus ipsos solent timere custodes: multi defosso auro incubant; aurum eorum sub terra et cor eorum sub terra. caue ergo ne et tu cor tuum D
terrae uiuus infodias. non ergo auri istius metuendi fures, ille tibi cauendus est faenerator, qui substantiam animae tuae scrutatur, si qua peccati grauioris aera contraxeris, qui cor tuum includit solo, qui animam tuam eo caespite obruit, quo aurum texeris, qui mentem tuam centesimarum incuruat usuris et graui condit sepulchro, de quo nullus resurgit. sequere sanctum Iacob, qui neque de alienis uitiis quicquam habebat E
neque suarum uirtutum erat inanis et uacuus, qui erat iustitiae fructu repletus.

4 Sed haec moralia, illud mysticum quod uenit ad eum Laban,

8 Matth. 6, 21 24 Gen. 31, 25 et 33 Philo de agri cult. Noe 10 (I 306, 42)

3 æffecta *A* (æ *ex* a *m. ant.*) affecta *P* 4 thesauros *libri* 5 tibi *A* (bi *s. u.*) habebis *A* (-bas *corr. m. ant., s. m2* ł bis) *P* 7 honerabat *AP* 9 thesaurus *libri* 10 multis *APV et* (s *eras.*) 𝔄′ seris *P* (s *pr. s. u. m2*) serris *V* (r *pr. exp.*) 𝔄 includunt aurum suum *A m1 et s. u. T* muniunt fortunae accessus *A m2* (*s. u.*) *T* 14 tu & cor *A* 15 istius sunt (sunt *s. u.*) *P m2 T* 16 fęnerator *VDE* fenerator *cet.* 18 cespite *libri* 19 centensimarum 𝔄 incuruat usuris *APT* incuruat tesauris *V* (te *s. u. m2*) incuruatis auris 𝔄 (incuruas tesauris *m3*) 𝔄′ (*m2* incuruat tesauris) incuruat thesauris 𝔄″*E* 20 condet *A* (*s. m2* ł it) *P* (-it *m2*) seque••re (re *eras.*) *A* 24 labanț *A*

hoc est dealbatus, quia et Satanas transfigurat se in angelum lucis, et coepit ab eo sua requirere. respondit ei Iacob: cognosce si quid est tuum apud me, hoc est: nihil tuorum habeo. quaere, si quid agnoscis uitiorum tuorum et criminum. nihil mecum abstuli fraudum tuarum dolique consortia ulla non F habeo, omnia tua tamquam contagium refugi. et quaesiuit Laban et nihil suum repperit. quam beatus uir, in quo inimicus nihil inuenit quod suum posset dicere, in quo diabolus nihil offendit quod suum agnosceret. inpossibile uidebatur istud in homine, sed typum gerebat eius, qui dixit in euangelio: ueniet huius 467 mundi princeps et in me inueniet nihil. nihil est enim quicquid est diaboli, quod nullam potest habere perpetuitatem atque substantiam. 25 ipse autem est qui praefigurabatur in Iacob dominus Iesus, duorum uir coniugiorum, hoc est consors quidam legis et gratiae, qui uirginem Rachel ante dilexit et praedestinatam sibi in coniugium pio amabat affectu. sed quoniam Lia tamquam lex subintrauit et oculis infirmior obrepsit tamquam synagoga, quae mentis caecitate Christum B uidere non potuit, superabundauit gratia sanctae Rachel, quae supra primum illud est expetita coniugium, quae ecclesiae principatum futurum iam tunc nominis sui interpretatione signabat, beata Rachel, quae abstulit obprobrium suo partu: beata Rachel, quae abscondit cultus erroresque gentilium, quae simulacra eorum plena esse inmunditiae declarauit. nemo C credat paternae pietatis laesam esse reuerentiam, quod stante

1 Philo de profugis 8 (I 552, 31) II Cor. 11, 14 3 Gen. 31, 32 7 Gen. 31, 33 10 Ioh. 14, 30 15 Gen. 29, 18 et 30 17 Gen. 29, 25 et 17 20 Gen. 29, 27 sqq. 21 Philo de congr. erud. grat. 6 (I 523, 7) 22 Gen. 30, 23 23 Gen. 31, 34 25 Gen. 31, 35

1 dealbatus *A* (us *ex* is) 3 est tuorum 𝔄''*E* 5 fraudum *A*𝔄' *m1* 𝔄 fraudium *A*𝔄' *m2* *V* (i *s. u.*) *cet.* dolique *AV*𝔄*T* delique *P* (-eliqui *m2*) dereliqui *N'* (*ex* deliqui *m. ant.* 𝔄') ulla *A* (a *m2 ex* i) illa *N'* 10 dicit *P'* 11 inueniet in me 𝔄'' nichil inueniet *T* nihil est *om. PT*, est *om. A* 12 enim quidquid *P* („ *m2*) 13 prefygurabatur *A* 17 alia *libri*; a *pr. eras. V* 18 sinagoga *APV*𝔄 19 que (*ex* qui *m2*) *A* 22 beata . . . partu *in mg. inf. A* 24 simulachra *A*𝔄'

patre sedit, quoniam scriptum est: qui plus fecerit patrem aut matrem quam me non est me dignus. ubi causa agebatur religionis, fides debuit sedem habere iudicii et quasi rea stare perfidia.

26 Haec eo usque probata sunt, ut proficiscenti Iacob sancto D
angeli dei occurrerent. denique uidit castra dei adplicantia et ait: castra dei haec sunt; perfectis enim et fidelibus diuina solent adesse praesidia. perfectus autem cogitabat de reconciliatione fraterna, ita ut humilitate eum inuitaret, officiis adquireret, muneribus quoque emendum putaret. occurrit itaque fratri cum uxoribus et pignoribus suis, ut, etiamsi ipsi indi- E
27 gnaretur, necessitudinis obsequiis inflecteretur. et adorauit septies in terra. quid sibi istud uult esse? lex dicit: dominum deum tuum adorabis et ipsi soli seruies, et hic adorat intemperantem, iracundum, minantem parricidale flagitium. an terram adorauit illam humano cruore concretam, serpentum infusam uenenis aut ieiuna infelicem glarea aut duris atque asperis inhorrentem cautibus? quid sibi etiam uult quod septies adorauit? haereret absolutio, nisi illud F
occurreret, quod Petro in euangelio interroganti: si frater meus in me peccauerit, quotiens remittam ei? usque septies? respondit dominus Iesus: non solum septies, sed etiam septuagies septies. hoc igitur prophetico spiritu sanctus patriarcha significat in aduenientem

1 Matth. 10, 37 5 Gen. 32, 1 7 Gen. 32, 2 8 Gen. 32, 3 sqq.; 33, 3 sqq. 12 Gen. 33, 3 14 Deut. 6, 13 20 Matth. 18, 21 sq.

5 proficiscente *P et* (-te *ex* -ti) *T* 8 autem qui *VNT* 9 humilitatis *P* eam 𝔄''*E et* (*m2 ex* eum) *P*𝔄' officiis. *A* 10 adquirere *A* (-e^t *m2*) *P* emendum *A m. ant. V m2* mendam *m1 AP* emendam *P m2 V m1 N* emendandum *A s. m2 add.* ł *et T* 11 ipse *P*𝔄'' *et* (*m2 ex* ipsi) 𝔄' 16 illam (a *m2 ex* u) *AP* 17 serpentium 𝔄'' 18 sibi *A* (bi *s. u.*) 19 absolutionis illud *corr. m2 A et* (*in quo* ab *ex* ad *m2*) *P* 20 fr *ex* frt̄ *m2 A* 21 dimittam *N'* 23 sed usque *N et* (etiam *s.* usque) *T* hac *ex* hoc *P m2 T* 24 prophetiã *P m2 et* (co *ex* ã) *T* prophetico. 𝔄 sp̄s *A* (spū̃ *m2*) *P* sp̄m *ex* sp̄u *T* patriarchae *P* (ae *ex* a *m2*)

respiciens, qui non solum usque septies, sed etiam usque
septuagies septies ueniam fratri relaxari iuberet, ut eius
contemplatione conuentus Esau iniuriam, quam se accepisse
putabat, remitteret fratri et quamuis laesus rediret in gratiam, 468 A
quia propterea suscepturus erat carnem dominus Iesus et
uenturus in terras, ut multiplicatam nobis donaret ueniam
delictorum.

28 Denique petiturus a fratre concordiam dormiuit in castris.
perfecta uirtus habet tranquillitatem et stabilitatem quietis;
ideo dominus donum eius perfectioribus reseruauit dicens:
pacem meam relinquo uobis, pacem meam do uobis.
perfectorum est enim non facile mundanis moueri, non turbari B
metu, non exagitari suspicione, non terrore concuti, non dolore
uexari, sed quasi in litore tutissimo aduersum insurgentes
fluctus saecularium procellarum mentem inmobilem fida statione
placidare. hoc firmamentum Christianis mentibus Christus
inuexit, pacem internam inuehens animis probatorum, ut non
turbetur cor nostrum neque exagitetur animus. hanc pacem
super omnem mentem esse apostolus doctor asseruit dicens:
et pax dei, quae superat omnem mentem, custodiet C
corda uestra et sensus in Christo Iesu. fructus itaque
pacis est non perturbari in pectore. denique uita iusti quieta
est, iniustus autem inquietudinis et perturbationis plenus est.
itaque amplius suis suspicionibus adfligitur impius quam alienis
plerique uerberibus maioresque uibices uulnerum in eius animo

8 Gen. 32, 21 11 Ioh. 14, 27 19 Philipp. 4, 7

2 se laxari *A m2* laxari 𝔄' ut *m2 ex* et *P* 5 carnem suscepturus erat *VNT* 9 quietis *post* habet *transponunt N'* 11 relinquo ... do] do ... relinquo *VT* 12 profectorū *A* 13 suspitione *AP*𝔄'𝔄''*T* susceptione 𝔄 14 littore *A* 15 fida* (e *eras.*) *AP* fida *T* (a *ex* e) *E* (a *ex* ā) fidei, *V* 17 interram (*corr. m2*) *A* 19 mentem] pacem *A* (*corr. m2*) *P* 20 et *m2 in ras. P* exsuperat *V* (ex *s. u. m2*) *T* (s *s. u.*) exuperat 𝔄''*E* custodiet *A* (*s.* at *m2*) 𝔄' (*corr.* -at) custodiat *V*𝔄𝔄''*ET* 22 p*turbari (e *eras.*) *A* dinique *A* (*corr. m2*) 24 suis *A* (s *alt. s. u. m2*) 25 uiuices *V* (*corr. m2*) 𝔄 uiuicet *A et m1 P* uiae *P m2 T* uices *N'*

9 sunt quam in eorum corpore qui ab aliis uerberantur. grande est intra se aliquem tranquillum esse et sibi conuenire. foris pax aut inperatoris sollicita prouidentia aut manu militum D quaeritur aut bellorum prospero cedit euentu aut internicione aliqua barbarorum, si in se hostili motu sua arma conuertant. in ea pace nulla nostra uirtus, sed euentus est. certe gloria pacis illius ad inperatorem refertur, istius pacis fructus in nobis est, quae est in mentibus singulorumque tenetur affectibus. istius pacis maior est fructus, quo spiritalis nequitiae temptamenta quam quo arma hostilia repelluntur. ista pax sublimior, quae corporalium passionum excludit inlecebras E perturbationesque mitigat quam ea quae barbaricos sedat incursus; plus est enim clauso intra te hosti resistere quam remoto.

0 Itaque Iacob, qui cor suum ab omni simultate mundauerat F et pacificum affectum gerebat, postquam reiecit omnia sua, solus remansit et luctatus est cum deo. quicumque enim saecularia neglegit ad imaginem dei similitudinemque propius accedit. quid est enim luctari cum deo nisi uirtutis suscipere certamen et cum superiore congredi potioremque ceteris imitatorem fieri dei? et quia insuperabilis erat fides eius atque deuotio, secreta ei dominus mysteria reuelabat tangens latitudinem femoris eius, eo quod ex eius erat generatione dominus 469 A Iesus oriundus ex uirgine, qui deo nec inpar nec inaequalis esset. cuius crucem obstupescentis femoris latitudo signabat, eo quod diffusa per uniuersum mundum remissione peccati salutaris foret omnibus, qui stupore sui corporis ac sopore

15 Gen. 32, 24 22 Gen. 32, 25

1 cop›re *A* 4 internicione *P m2* 𝔄' *m2* *V* internitione *AP m1* 𝔄'' internecione *T et m1* 𝔄' internetione 𝔄*E* 5 sua *om.* *VN* 8 singulorumque *A* singulorumqu*e *P* (a *eras.*) singulorum quae *cet.* 16 regebat *A* (*s. m2* ł gerebat) rececit *P* (*m2 corr.* recepit) recedit 𝔄' *m1* praecedunt 𝔄' *m2* 𝔄''*E* 18 prop*ius *P* (r *eras.*) 24 Iesus *om.* *A* 26 difusa *A* 27 sal****** *P m1* (*fuisse uidetur* salutaris) salus *P m2* soporem *A* (m *exp. m2*) *P* (m *eras.*) sapore 𝔄 sudore 𝔄' (d *ex* p *m2*) 𝔄''*E*

resurrectionem tribueret defunctorum. unde non inmerito exortus est sol sancto Iacob, cuius generi crux domini salutaris inluxit, simul quia sol ei oriatur iustitiae qui deum cernit,
31 quia ipse est lumen aeternum. claudicauit autem Iacob a femore suo. *propter hoc non manducant hodieque filii Istrahel neruum.* utinam manducassent et credidissent! B sed quia non erant facturi uoluntatem dei, ideo non manducauerunt. sunt et qui ita accipiant, eo quod ideo claudicauerit ab uno femore Iacob, quia duobus populis ex eius generatione manantibus unius stupor iam mox circa fidei gratiam declarabatur futurus. ipse est ergo populus, qui stupore perfidiae claudicauit. C

32 Denique non multo post reuelationem istiusmodi cum esset ab alienigenae filio Dina, Iacob filia, deflorato uirginitatis pudore temerata, fratres eius, qui non intellexerunt mysterium, alienigenas, qui societatem fidei per coniunctionem generis offerebant, uindictae studio peremerunt, Iacob autem, qui morali mansuetudine clementiam diligebat uel mystico spiritu sacramentum congregandae ex gentibus praeuidebat ecclesiae, D inuitus et dolenter scaenam illam exactae ultionis accepit. unde prophetanti aduentum domini Iesu responsum diuinum est datum: *exsurgens ascende in locum Bethel*, hoc est in domum panis, ubi natus est Christus, sicut Michaeas

1 Gen. 32, 31 3 Malach. 4, 2 4 Gen. 32, 31 et 32 14 Gen. 34, 5 et 25 sqq. 20 Gen. 34 30 22 Gen. 35, 1

2 dni *ex* dns *m2 AP* saluatoris *N'* 3 oriatur *AP* oritur *cet.* 5 hodieque *P* (que *eras.*) 6 filiis *P* (s *eras.*) filii *E* (i *tert. postea add.*) israhel *P* isrł *cet.* 7 erant (n *s. u.*) *AV* 8 eo *del. m2 P, om. N* claudicaueri•t *A* (n *eras.*) 10 unius *𝔄''E et* (i *s. u. m2*) *V𝔄'* unus *cet.* stupor iam mox *scripsi* stuporiamons *m1 AP* stupor iam *P m2* stupor iam tunc *A m2 cet.* 11 est *s. u. m2 V𝔄', m1 T, om. 𝔄* 14 filia iacob *VNT* defloratu *A* (*corr. m. ant.*) *P* 15 misceri *A* (*s. m2* misterium) mysceri *P* 16 alienas *A* (*s. m2* alienigenas) 17 perhimerunt *A* (perhem. *m. ant.*) 20 scaenam *P𝔄'* scenam *cet.* 21 profetanti *PV𝔄* 22 ascende *A* (s *s. u.*) bethleem *P* 23 micheas *libri*

propheta testatur dicens: et tu, Bethleem, domus Ephratha, non es minima, ut sis inter principes Iuda. ex te enim exiet princeps in Istrahel, et egressus eius ab initio a diebus saeculi. uere domus panis, quae domus Christi est, qui nobis panis salutaris aduenit e caelo, E ut iam nullus esuriat cibum sibi inmortalitatis adquirens. ibi iubetur habitare patriarcha, ibi aram deo facere, qui apparuit ei. ibi deos accepit alienos et abscondit eos sub lentisco, ibi quoque sepulta est Rachel in uia inquit Ephratha; haec est Bethleem. ibi etiam columnam statuit Iacob supra monumentum eius.

3 Quanta mysteria, quia ibi est ecclesia dei, in qua apparet deus et loquitur cum seruulis suis! ibi eripiuntur et absconduntur simulacra gentium; fides enim ecclesiae omnem obseruantiam gentilitatis aboleuit. sed cur sub lentisco absconderit quaero. certe genus istud infructuosum est. ibi ergo sunt dii 470 A gentium, ubi nullus est fructus. ibi inaures gentilium infodiuntur, quas dederunt Iacob, ut iam nouam linguam audire adsuescant, ueterem perfidiae somnum nesciant, obsurdescant aures eorum sacrilegio, emundentur ad gratiam. non inmerito sanctus ibi Danihel falsum aduersum Susannam testimonium deprehendit. ibi enim uolebat adhuc radices suas locare perfidia, sed latere non potuit, quia prophetico spiritu deprehensa est. B congruus autem error presbyteri uerae confessioni, ut ibi

1 Mich. 5, 2 5 Ioh. 6, 51 7 Gen. 35, 1 8 Gen. 35, 4 9 Gen. 35, 19 10 Gen. 35, 20 17 Gen. 35, 4 21 Sus. (Dan. 13) 54 24 Act. 15, 20

1 testatus est *N'D* b&hem *A* bethlem 𝔄𝔄' bethlehem 𝔄''*E* effrata *A*𝔄''*E* effratha *P* efrata *V* 2 ut sis *del. m2 A, s. u. T* 3 in *APV*𝔄, *om. cet.* israhel *P* isrł *cet.* 4 die *VN* diebus (bus *s. u.*) *T* 5 nobis (s *s. u.*) *A* 6 atquirens *A* 8 abscondit *A* (n *s. u.*) 9 efratha *AP*𝔄' efrata *V*𝔄 haec *PV*𝔄*T* hoc *cet.* 14 simulachra *A*𝔄''*ET* obseruantium (*corr. m2*) *AP* 15 absconderit *om. VN, s. u. T* 19 ueterem *A* (*s. m2* ł ris) somnum *A* (m *pr. exp. m2*) *P* sonum *cet.* 21 aduersus *VNP'T* sușsannam *P* 23 profetico *AV* profe•tico *P* (c *eras.*) 24 presbiterii *A* (i *tert. s. u. m2*) presbiteri *PV*

contaminatam diceret castitatem, ubi gentium defossa simulacra sunt, sed ueritas ecclesiae non texit perfidiam, sed
34 abscondit et aures gentilitatis obstruxit. conuenienter quoque ibi sepulta est sancta Rachel, quia omnes qui baptizantur in Christo consepeliuntur cum eo. sic enim docemur dicente apostolo: consepulti enim sumus cum illo per bapti- C
smum in mortem, ut quemadmodum ille surrexit a morte per uirtutem propriam suscitatus, ita et nos eius gratia resurgamus. tunc igitur uere absconditur omnis error gentilium, cum quis fuerit ablutus a uitiis, quia confixus cruci uetus homo noster nescit iam ueteri seruire peccato. conpetenter etiam columna statuitur supra monumentum Rachel, quia ecclesia est columna et firmamentum ueritatis.
8, 35 Senuit autem Iacob et ante iam senuerat moribus, sed D
certabant in eo inpigra uiuacitas iuuentutis et tranquillitas senectutis. est enim et senectus uirens gratia et iuuentus cana consiliis, de qua dicit scriptura: senectus enim uenerabilis et aetas senectutis uita inmaculata.
ex hac uita fuit Iacob, qui bonis operibus praeuenit tempus E
longaeuae senectutis, ut et fructum eius ante tempus carperet et postrema eius in tempore non timeret. beatus quidem et iuuenis, qui bene uiuit, sed beatus et senex, qui bene uixit. quod enim iuuenis sperat adeptus est senior, quod senex fuit optat hoc esse qui iuuenis est. certe hic inquieti maris longiore sibi adhuc cursu manente iactatur fluctibus, senex uero sicut in portu ita in statione est senectutis. erat itaque huiusmodi Iacob, qui uix speranda iuuenibus bona incolomi et tuta

6 Rom. 6, 4 13 I Tim. 3, 15 17 Sap. 4, 9 18 Sap. 4, 8

1 simulachra *AP* 3 aures** *A* obstruxit *P* (r *s. u. m2*) 7 mortem *V𝔄''E* morte *cet.* ad *P* 8 mortuis *𝔄''E* propria uirtute (*om.* per) *𝔄''E* suscitatur (s *s.* r) *P* 9 per eius gratiam *VNT* 13 columpna *A* 15 iuuentutis *𝔄* (tu *ex* ta *m3*) 16 iuuentus (tu *ex* ta *m2*) *V𝔄* 17 cana *AP* cana in *𝔄 m3 𝔄''* incana *𝔄 m1 T* (in *del.*) *cet.* 23 quod *A* (od *exp. et s. add.* i *m2*) 24 quod *A* 27 incolumi *P* (u *ex* o) *VDT* incolumni *𝔄* (n *exp. m2*) tota *A* (*corr. m. ant.*) *P*

gratiae claue iam clausa et obsignata retinebat. quod autem 471 A
possideas eo quod adhuc speres praestabilius est. erat ergo
senex Iacob, ad quem iuuenes aduersa temporis alicuius
tempestate perculsi tamquam in portum sese recipiebant, ipse
autem tamquam in specula uitae huius positus sollicito praeten-
debat adfectu et longe ante rebus dubiis praeuidebat remedia.
36 Denique fames erat in tota terra: senex depositus quae
alacres iuuenes ignorabant primus utrum audierit .... uidero. B
interim primus admonuit filios suos in Aegypto exuberare
frumenta. eo proficiscendum, ut emerent quae sibi ad usum
necessaria forent. libenter etiam ipse iuuenum consiliis adqui-
escebat, ut etiam filium iuniorem simul mitteret. et renun-
tiantibus illis quod Ioseph filius suus uiueret infracto licet
corpore, sed uiuida animi uirtute non expectauit ut filius ad
se ueniret, sed ipse magis perrexit ad filium; pietati enim
mensura ordinis non praeponderat. nulla itaque sensit inpedi- C
menta fessae senectutis, cum pergeret; pietas enim leuabat
laborem. uerum ubi recepti filii fructu potitus aliquanto exacto
tempore, septem decem uidelicet annorum, quod secundum
illam patriarchae longaeuitatem exiguae portionis tempus est,
finem uitae sibi adpropinquare cognouit, uocauit Ioseph filium
et per generationis suae futurum heredem constrincxit eum, ne
in Aegypto sepeliretur, acceptaque fide, cum paulo post D
infirmaretur et uenisset ad eum filius suus Ioseph, uelut

7 Gen. 41, 56 Uerg. Aen. XII 395 9 Gen. 42, 1 sq. 12 Gen. 43, 12; 45, 26 et 28 19 Gen. 47, 27 21 Gen. 47, 29 22 Gen. 47, 29 sq. 23 Gen. 47, 31 24 Gen. 48, 1—4

1 gratia *A* (*corr. m. ant.*) *P*𝔄 ęclaue *A et* (*corr. m2* et claue) *P* tenebat *N'* 2 abhuc *A* 4 sese* *A* 5 * sollicito *A* (p *eras.*) 7 et senex *N'* (et *add. m. ant.* 𝔄') 8 primūş *A* (*corr. m2*) utrum *et* uidero interim *exp.* 𝔄', *om.* 𝔄''*E* *post* audierit *lacunam significaui; excidit tale quid* an ipse spiritu diuinauerit 14 uiuidae *P* (e *eras.*) expectauit *P* (c *s. u. m2*) 19 septem decem *m1 AP*𝔄' *et* 𝔄 septem et decem (et *s. u.*) *m2 AP et VT* decem et septem 𝔄' *m2* 𝔄''*E et T corr.*, *fort.* septemdecim secundum (u *pr. ex* a) *AP* 22 constrincxit *A* constrinxit 𝔄 (x *in ras. ex* g) *cet.* 24 et uenisset ... suum et *om.* *VN'*

resumptis uiribus sedit supra lectum suum et benedixit patriarchas duodecim et prophetauit.

9, 37 Dicant nunc aliqui non beatum Iacob, cum in ipsis mortis E
esset diebus, qui paene plura cum deo quam cum hominibus
alloquia miscebat, non beatum, cum oculi eius grauarentur
in senectute et non posset uidere; uidetur enim quibusdam
caecitas esse grauis aerumna calamitatis. sed tunc quoque
beatus Iacob, quia discernebat spiritu quos oculis discernere
aspectuque non poterat. uidebat futura, qui aestimabatur non F
uidere praesentia. denique errauit et ipse Ioseph, ut, cum ad
dexteram eius adplicasset filium suum seniorem et ad sinistram
ipsius, hoc est Iacob, adplicasset filium iuniorem, ut aetatis
ordo benedictionis ordinem reseruaret, extenderet Iacob dexteram
super nepotem iuniorem et sinistram super seniorem nepotem
et uolenti filio patriam dexteram supra Manassen seniorem
conuertere responderet: scio, fili, scio: et hic erit in
populum et hic exaltabitur; sed frater eius iunior 47?
maior illo erit. et causam praelationis adiuncxit dicens:
semen eius erit multitudo gentium. adeo melius
inpedito licet corporis aspectu uidebat, ut uidentem doceret
errasse. quis enim melius uidet quam qui uidet Christum?
aut quis potest dicere oculis inpeditum eum qui uidebat in
Christo ecclesiam refulgentem? nonne igitur clarum est quod
debilitas beatitudinem impedire non possit? ille oculorum
impeditus munere, ille defatigatis corporis uiribus in lecto B

5 Gen. 48, 10 10 Gen. 48, 17 sq. 16 Gen. 48, 19 19 Gen. 48, 19

3 dicat ... aliquis *VN et* (*corr.* dicant ... aliqui) *T* 8 quos *AP* quod *cet.* discere *A* (*s. m2* discernere) 13 iacob *om. N'* dexteram *A m1 P* dexteram suam *A m2 cet.* 15 supra *AP* super *cet.* manassem *AT* 16 responderet *VN et* (-rit *corr.*) *T* responderit *cet.* fili mi scio *P* (mi scio *in ras. ex* scio *m2*) 18 adiuncxit *AV* adiunxit *cet.* 19 melius *post* aspectu *transponunt* 𝔄''*E* 20 inpeditu *A* (*corr. m. ant.*) *P* (*corr. m2*) doceret *A* (*s. m2* ł diceret) *V* (*ex* docentem) *T* (*ex* diceret) 23 refulgentem ecclesiam 𝔄''*E* 25 defatigatus *P* (us *s. u. m2*) defatigatis 𝔄 (a *pr. m3 ex* e)

tamquam in sepulchro corpus relinquens adsurrexit in se et longe ab aliis atque intra semet ipsum sese colligens praesentibus se rebus subduxerat et nouissimorum dierum futurae miscebatur aetati. sic enim scriptum est: adnuntiabo inquit uobis quae occursura sunt uobis in nouissimis diebus.

3 Quid igitur ei deerat, cui deus aderat, qui ei profecturo dixerat: descendam tecum in Aegyptum, et ego deducam te in perpetuum? nec defuit, quando in eo sanctus C spiritūs loquebatur. quis tam potens in suo domicilio quam iste in alieno? quis tam abundans in ubertate quam iste in fame? quis tam fortis in iuuentute quam iste in senectute? quis tam actuosus in negotio quam iste in otio? quis tam uelox in curriculo quam iste in lectulo? quis tam laetus in flore adulescentiae quam iste in mortis confinio? quis tam diues in regno quam iste in peregrino loco? denique reges benedicebat. nec inmerito pauper non erat, qui nullo indigebat. pauper non erat, qui se pauperem non putabat. et quis pau- D perem dicat, cuius conuersatione dignus orbis terrarum non fuit, et ideo conuersatio eius erat in caelo? hic uero praediues in diuitiis simplicitatis et sinceritatis, decorus maiore animae quam corporis pulchritudine, quae marcescere non nouit, aetate inpiger, cui liceret, cum uellet, corporeo isto exire gurgustio et superna paradisi mentis uigore penetrare, exultans spiritu, cum sepulchri extrema mandaret. non enim terreno se tumulo E claudendum, sed superno recipiendum domicilio praesumebat. et ideo tamquam alteri mandabat sepulchrum, sui autem securus mortem illam inmortalitatem putabat. uidebatur corporis inplicatus impedimento et uigilanti in futura tempora

4 Gen. 49, 1 7 Gen. 46, 4 16 Gen. 47, 7 20 Philipp. 3, 20 27 Gen. 49, 29

4 aetatis *AP𝔄 et* (s *eras.*) 𝔄' 5 occursura *A* (*s. m2* ł occursui) 10 spiritus sanctus *VN'* qui•stam *P* 11 uebertate *A* 15 adulescentiae 𝔄𝔄' adolescentiae *cet.* 18 quis eum pauperem *A* (eum *s. u. m2*) *T* 23 gurgurtio *A* (*corr. m2*) 24 paradysi *A* (ra *s. u.*)

praecurrebat affectu dicens de persecutoribus domini, qui de tribu Symeon et Leui auctores erant nequitiae processuri: in consilium eorum non ueniat anima mea et in occursum F eorum non contendant uiscera mea. quis autem tam ualidus in uirtute quam iste fortis in infirmitate, qui dicebat: maledictus furor eorum, quia superbus et temerarius, et ira illorum, quia indurata est. diuidam illos in Iacob et dispergam illos in Istrahel?

39 Quis uero tam canorus cantibus quam iste uocibus, qui toto auditus est mundo, qui per omnes populos, per omnes auditur aetates? quis tam suauis numeris septem uocum differentias oblocutus quam iste septemplici spiritus sancti gratia resultauit? qui licet membra resolutus tamen adtollens 473 se animo et erigens spiritu corporis sui tamquam citharae harmoniam dissoluta membrorum conpage destructam alta mente despiciens non requirebat, sed otiosam iacere humi patiebatur, ipse autem cantu se mulcebat interno et prophetico se modulamine delectabat dicens: Iuda, te conlaudent fratres tui. manus tuae super dorsum inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui. catulus leonis Iuda: ex germine mihi ascendisti: recumbens dormisti B ut leo et tamquam catulus leonis. quis excitabit

1 Gen. 49, 5 sq. 6 Gen. 49, 7 12 Uerg. Aen. VI 646 19 Gen. 49, 8 et 9

5 fortis iste 𝔄''*E* 6 eorum *A*𝔄'' illorum *cet.* 9 israhel *P*𝔄'' isrł *cet.* 10 canor**us *A* (ib *eras.*) 11 totos *A m2* (*ex* totus) populos super *A* (su *exp. m2*) *P* 12 suauis *P* (suaue *m2*) suauiter 𝔄' (*m1 ex* suauis) 𝔄''*E* numeris *ed. Rom.* nomen eius *A* (nom̃) *P* numeius 𝔄 *m1 V* (numerus 𝔄 *m3 V m2*) *T et del. m. ant.* 𝔄', *om.* 𝔄''*E* uocum ē (ē *s. u. m2*) 𝔄' 13 differentia *A* (-ias *m2*) *P* ablocutus *A* (ob *s.* ab *m2*) *P* 14 membra *A* (*s. m2* ris) *PV*𝔄 membris 𝔄' (is *ex* a *m2*) *cet.* 15 cytharae *AP* 16 armoniam *libri* (armo*niã *A*, e *eras.*) 18 cantus emulcebat *P*𝔄 *et* (*corr. m2*) *A*𝔄' 19 modolamine *A* conlaudent *AP* laudabunt *VN et* (*m2* collaudant) *T* 23 excitabit *V* (ex *in ras. m2*) excitauit 𝔄 *et* (*corr. m2*) 𝔄' suscitabit 𝔄''

illum? et infra: lauabit in uino stolam suam et in
sanguine uuae anaboladium suum. hilares oculi eius
a uino et dentes candidiores lacte. qui cantus dulcior,
qui sonus suauior quam remissio peccatorum et resurrectio
mortuorum? hunc cantum sanctus Dauid ille, diuinae organum
uocis et dominici sermonis interpres, cithara cecinit spiritali.
his modulis gratiae sublimem illum animum mentemque
mulcebat. hoc cantu mundi istius aspera mitigauit, hoc sonitu C
saeculi dura molliuit, hoc psalterio terrorem mortis infregit,
40 hac suauitate cordarum inferna calcauit. sed audiamus etiam
alia quae sanctus patriarcha Iacob admirabili illo suae organo
mentis increpauit: Nephthalim uitis remissa, porrigens
in germine suo decorem. filius meus ampliatus Ioseph,
filius meus ampliatus, zelo adpetitus filius meus,
filius meus adulescentior, ad me reuertere et infra:
praeualuit super benedictiones montium manentium D
et desideria aeternorum collium. quid dulcius benedictione, quid gratius aeternitate? et ipsa uerba sunt cantus et
in uerbis magna uotorum sunt praemia, meritorum fastigia.
41 Quid suauius sancto Ioseph, qui nos liberauit ab obprobrio
crucis dominicae sacramento? sicut enim maledictum factus
est Christus, ut maledictum solueret legis, et peccatum factus
est, ut mundi peccatum tolleret, ita obprobrium factus est, E
ut gentilitatis auferret obprobrium, sed illud obprobrium

1 Gen. 49, 11 et 12 12 Gen. 49, 21 et 22 16 Gen. 49, 26 21 Galat. 3, 13 22 II Cor. 5, 21 23 Ioh. 1, 29

2 naboladium (*corr. m2*) *AP* anaboladium (o *ex* u) *T* 3 dentes eius 𝔄 quis (s *s. u. m2*) 𝔄' 4 quis (s *s. u. m2*) *A*𝔄' 5 hunc *ex* hinc *m2 AP* 6 cythará *P*𝔄 *et* (ra *s. u. m2*) 𝔄' 7 sublimen *AP* 8 *uerba* hoc cantu *usque ad* cla]mans *p. 60 u. 10 desunt in V; excidit folium* 10 cordarum *AP*𝔄𝔄'*T* chordarum *cet.* 11 suo *A* 12 increpauit *A m1* increpuit *A m2 cet.* nepthalim *P* neptalim *cet.* 13 adampliatus 𝔄' (ad *s. u.*) 𝔄''*E* 15 adolescentior *AP*𝔄''*T et m2* 𝔄' 16 manentium *om. N, s. u. T* 20 opprobrio *P* 24 obprobrium auferret 𝔄''

Christi thensauris Aegypti pretiosius aestimatum est. et ideo
Moyses Pharao regis aulam reliquit et fidei elegit obprobrium,
cui se obprobrio maria diuidebant ipse ergo Nephthalim uitis
totum remissa per mundum, ut omnibus populis ubertatem
poculi spiritalis infunderet, ipse est ampliatus, habens nomen
super omne nomen, qui quoniam se pro omnibus obtulit morti,
ideo audit a patre: *ad me reuertere*. loquebatur Iacob et F
deus audiebatur. ille benedicebat et dominus personabat
dicens filio: *ad me reuertere*, hoc est post passionem reuertere.
reuertere ad sedem tuam, reuertere cum tropaeo, reuertere ad
me, ut te resurgentem defuncti sequantur et tua potestate
pariter atque exemplo resurgant, ut fias primogenitus ex
mortuis, ut ad dexteram sedeas patris. unde et filius dixit:
amodo uidebitis filium hominis sedentem ad dex-
42 *teram uirtutis*. neget quis beatum Iacob in ipso mortis
supremo, qui diuina fundebat oracula? neget beatum Ioseph 47
in carcere, ubi sapientiae spiritu interpretabatur somniorum
quae audierat ueritatem et futurorum seriem reuelabat? neget
beatum Esaiam, cum medius secaretur, Hieremiam, cum
mergeretur, Danihel sanctum, cum inter leones staret intrepidus et prandium ei raptus ab angelo propheta deferret?
non utique ideo beatus, quia alienum prandebat prandium,
sed quia meritis suis inpasta leonum ora claudebat. quis
autem non beatam dixerit matrem Machabaeorum, quae septem B
filiorum funeribus octauam se addidit ad laudem caelestis
triumphi?

2 Exod. 2, 15 5 Philipp. 2, 9 14 Matth. 26, 64 16 Gen. 40, 3 sqq. 19 Hebr. 11, 37 20 Dan. 6, 18 21 uet. Test. ed. Tischendorf et Nestle ed. VII uol. II p. 615 (Dan. 14), 35 sq.

1 thensauris 𝔄 thesauris 𝔄′ (is *ex* um) *cet.* egyti *A* (egipti *m2*) 2 farao *AP*𝔄 pharaonis *DT* 3 cuius *A m2 et* (us *del.*) *T* diuidebant *P* (i *pr. in ras.*) *et* (i *pr. ex* e *m3*) 𝔄 nepthalim 𝔄′ neptalim *cet.* 6 optulit 𝔄′ 8 dns *AP*𝔄𝔄′ ds 𝔄″*ET* 10 tropęo *P* (h *s.* pę *eras.*) 𝔄 (h *s.* p *m3*) tropheo *cet.* 17 interpr&aba̅t *A* (ʾ *add. m. alia ut uidetur*) 24 beatam *P* (am *ex* um) machabeorum *libri*

43 Nec te Eleazare, praetermittam, utpote sacerdotem sacerdos, C sed tuis iuuandus oratis, qui genus sacerdos, peritus in lege, maturus aeui, cum oblatus esses Antiocho persecutori, nec temptamentis potuisti capi nec praemiis inflecti nec suppliciorum acerbitatibus frangi. denique a blandimentis coepit, quia iudicabat tormenta sua posse superari. ‘erubesco’ inquit ‘canitiem tuam, reuereor senectutem, miror prudentiam: cur abstinendum bonis epulis putas, quas natura largitur? relaxa istiusmodi peruicaciam, expergiscere aliquando, dum adhuc D malo tibi persuadere quam extorquere, ne uictus suppliciis facias quod refutas ratione inuitatus.’ ad haec respondit senex: ‘nos, Antioche, non intentione ducimur, sed reuerentia legis tenemur, quae a suilla carne abstinendum praecepit. pulcherrimam creaturam iudicas, negare tamen non potes quod potior sit temperantia quam uoluptas, potior legis oboedientia quam praeuaricatio. quodsi hoc leue putas, ut carne uescamur E suilla, qui in minimis legem contempserit quomodo in magnis tenebit? aut si pretiosa est creatura istiusmodi, uindicaris, cum eo quod sit pulcherrimum defraudamur. abstinentia autem nostra disciplina est castimoniae. discimus enim resecare luxuriam, cupiditates uincere, excludere concupiscentiam, delectationibus corporis obuiare. fortitudinis quoque exercitium est poenis pro lege non cedere, iustitiae quoque insigne atque prudentiae, ut quod sequendum elegimus timore dei morte F

1 de Macc. 396, 51 6 de Macc. 397, 3 9 de Macc. 397, 12 12 de Macc. 397, 23 16 de Macc. 397, 30

1 sacerdotum *P et* (*corr. m1*) *T* 2 iuuandus *A* (us *ex* is) genus *A* (*m2* genere) *P* (*m2* gentis) 𝔄′ *m1* gens 𝔄 genere 𝔄′ *m2* 𝔄″*ET* 3 anthiocho *P* anthioco 𝔄′ 5 cępit *A* 8 aepulis *P* putas *scripsi* putes *libri* 10 tibi *ex* cibi *A m2* neç *A* ne• 𝔄′ 12 anthioche (h *alt. s. u*) *A* 13 a suiila *ex* usu illa *m2 A* praecipit 𝔄′ (i *pr. ex* e *m2*) 𝔄″*ET* 15 uoluntas *A* (*corr. m2*) *P* 16 putes *A* (a *s.* ę) 18 huius modi 𝔄″*E* uindicaris *P* (u *et* n *in ras.*) 19 eo• quid sit (it *in ras.*) *P* defraudamus *A et* (*corr. m2*) *P* (a *pr. s. u. m2*) 𝔄 21 concupiscentiam *A* concupiscentias *cet.* 22 exercituum *A* (*corr. m2*)

proposita reseruemus. quis escam imperet liberis? quis autem se ridendum praebeat, ut in hoc seruiat? sed non ridebis. non sum ita senex, ut mihi non iuuenescat animi fortitudo.'

44 Suspensus itaque cum hinc atque inde grauiter uerberaretur nec iam ferrent senilia membra uerberum poenas, lassatis carnificibus atque extensoribus in terram deflexus inflexibilem mentem gerebat. et quidam seu longaeuam miseratus aetatem seu temptamentis circumuenire desiderans 'responde' inquit tantummodo te manducaturum: nos te escae eius inmunem 475 praestabimus'. at ille clamans: 'nequaquam contingat mihi, ut fiam senex incentiuum iuuenilis erroris, qui huc usque eram salutaris forma instituti. his ergo ludibriis, ut paululum uiuam, lucrabor et totius uitae labores addicam breuis uiatico senectutis? senectus portus debet esse, non naufragium uitae superioris. non te negabo, lex patria, non abiurabo uos, sancta instituta maiorum, non decolorabo uos, infulae sacerdotales, non te perfidiae puluere turpabo palam, canities'. quid multa? B inmoriendo tormentis factus est ceteris magisterium perseuerantiae, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. beatus igitur, in quo non potuerunt tormenta rationem uincere. an non beatus qui potuit uirtute animi uictor esse poenarum

2 de Macc. 397, 47 3 de Macc. 397, 50 4 de Macc. 398, 15 5 de Macc. 398, 23 et 29 7 de Macc. 398, 32 8 de Macc. 398, 37 10 Macc. II 6, 24 sq. et 28 de Macc. 398, 39 12 Macc. II 6, 25 de Macc. 398, 47 15 de Macc. 398, 1 sqq. 16 Macc. II 6, 23 18 Macc. II 6, 28 et 31 19 de Macc. 400, 2 20 de Macc. 399, 13 et 17

1 escam *A* (s *in ras.*) 2 ut *AP*, *s. u. T*, *om. N* ridebis *scripsi, cf. de Macc. 397, 47* ἀλλ' οὐ γελάσεις; ridebit *D* (*m2* ridebitur) *cet.* 5 sanilia *A* (li *s. u.*) 6 deflexus *A* (is *m2 s.* us) deflexis (us *s.* is) *T* 7 quidem *A* quidam *T* (a *ex* e) 9 esce *m2 ex* ecce *A* 10 nequaquam inquit *T* contingat inquit *P'* 12 forma salutaris 𝔄''*E* 13 breuiș 𝔄 (s *exp. m3*) breui *DT* 15 superiori *VN* 16 decolorabo *A* (lo *s. u. m2*) *T* (*ex* declarabo) sacerdotales *A* (ales *ex* es) 17 turbauo *A* turbabo *P*𝔄*D* palam *P et s. u. T*, *om. cet.*

pietatisque remigio seruare integram in tantis fluctibus passionem?

Post ipsum statuti sunt septem pueri cum matre. insultare C licet tyranno, qui dum callide a sene incipiendum putat, magistrum elegit, qui discipulos faceret fortiores, quorum uelut puerilem aetatem praemiis prouocabat ad culpam, urgebat D terroribus ad formidinem. at illi non degeneres tanto duce respondent: 'quid contemnis ‹nos› uel circumscribis ut pueros? sed fides cana est, sed ualida disciplina. experire certe, subice quibus placet poenis puerilia uiscera, non inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt tormentorum machinae quam legitimae obseruationis excubiae. quem uicit senectus superabit aemula senectutis pueritia. sequimur patrem filii, disci- E puli doctorem. collige suppliciorum instrumenta proposita: meditationem patientiae, non terrorem inscitiae adferunt, dum uidentur'. iussit maximum natu eligi. at ille ridens: 'recte naturae ordinem seruas. sed cur dei legem temerandam putas? et pro pietate quidem omnes maximi sumus: sed tamen a me inchoatum gaudeo. quid quaeris, tyranne? confiteor nos summo deo seruire. et doces quid agere debeamus. si tanta F pertinacia uis extorquere ueritatem, cur non omni uirtute nos eam tenendam putemus?' quid plura? adhibentur uariarum

1 de Macc. 399, 24 3 de Macc. 400, 26 5 de Macc. 401, 49 8 de Macc. 401, 36 13 de Macc. 40!, 49, cf. 399, 24

1 remigiu̥m (o s. u) *P* (m *pr. in ras.*) *T* remedium *V* remigium *cet.* 3 pueri septem 𝔄''*E* 4 sene *A* (ne *s. u. m. ant.*) 5 eligit *N* qui *PD* quid *A* (id *exp. et s. m2* ł o) quo *T* (*s.* ł qui) *cet.* 6 urgebat *APT* urguebat *V et* (u *alt. exp. m2*) 𝔄 arguebat *cet.* 7 terroribus *P m2* 𝔄' *m2* *T corr.* 𝔄''*E* se erroribus *A*𝔄*T et m1 P*𝔄' se terroribus *V* (t *s. u.*) at *A m2* (ad *m1*) 8 nos *addidi, ante* contemnis *s. u. T* 11 erant *A* (u *s.* ạ *m2*) 12 uincit *A* (n *del. m2*) superabit (b *ex* u) *A m2* 𝔄 15 inscientiae *V*𝔄' infantiae *D* 16 recte *A m1 P* recte inquit *A m2 cet.* 18 et proprietate *A* maximi *A* (i *alt. ex* e *m2*) temen *A* (*corr. m2*) 19 quid *T* (*ex* quod) 𝔄' *m2* quod 𝔄' *m1 cet.* tyrannę *AP* 20 si *A m1 P* si tu *A m2 cet.* 21 pertinacia (ert *in ras. m2*) *P*

genera poenarum. sed uicit pietas inmanitatis furorem: exclusa est anima, non religio.

47 Secundus accessit nec degener fratris munia piae confessionis inpleuit. et cum detraheretur membrana capitis, respondit: 'aufertis quidem membranam, sed habeo galeam spiritalem, quam non potestis auferre'. et uere nemo auferre hanc galeam 47 potest, sicut postea apostolus docuit in ecclesia domini: quia caput uiri Christus est et eius sumus membra. recte puer istam diuino spiritu doctrinam apostolicam praeuidebat. exuebant inmanes bestiae corium capitis et pardalicis feritatibus saeuiebant. at ille deficiens 'quam dulce est' inquit 'mori pro religione, quam suauis omnis acerbitas mortis pro pietate, quia manet horum remuneratio laborum! tua sunt, rex, grauiora tormenta, tu <ta>citis uehementius torqueris sup- B pliciis, quia uides te uinci in potestate.'

48 Et hoc defuncto tertium statui sibi iussit. et cum eum partim temptaret insidiis, partim cuperet terrore percellere, respondit ad eum: 'non faciam uoluntatem tuam nec succumbam imperio tuo. per beatam illam fratrum passionem et nobilitatem non negabo piam germanitatem. quaeuis adhibeto supplicia, quibus magis urguens hoc proficies asperitate poenarum, ut maiora testimonia nostrae germanitatis accipias'. C iussit itaque ei linguam amputari. at ille clamans 'uictus es' inquit, 'Antioche, qui organum uocis abscidi iubes. confessus

3 de Macc. 402, 20 8 I Cor. 11, 3 Ephes. 5, 30 10 de Macc. 402, 43 sq. 11 de Macc. 402, 46 13 de Macc. 402, 51, cf. 403, 18 16 de Macc. 403, 1 19 de Macc. 403, 5 et 24 23 Macc. II 7, 10 de Macc. 403, 30 24 de Macc. 403, 31

3 ne *A* 6 hanc galeam nemo auferre potest 𝔄''*E* 10 par******** *A* (*s. m2* ricidalib;) parridalicis (is *ex* iis) *T* 12 religioni *A* (*corr. m2*) 14 <ta>citis *scripsi* citius *A m1 P* tuis *A m2 cet.* ue(m)hentius *A* 19 fratrum meorum *A* (meorum *s. u. m2*) *T* 20 nobilitatem *A m1 P* nobilem uitam *A m2* (*s. u., add. l*) *cet.* 21 urguens *A m1* urgens *P* urguas *Am2* urgeas *cet.* proficias *P* nra *A* (*corr. m. ant.*) 23 clamans *A m1 P* exclamans *A m2 cet.* 24 anthioche *P* et (h *alt. s. u. m. ant.*) 𝔄' anthioce 𝔄

es te respondere non posse rationi maioraque probas linguae nostrae flagella quam tua uerbera. nos enim tua uerbera non timemus, tu nostrae uocis flagella non potes sustinere. sed haec flagella pietatis sunt, tua flagella perfidiae. sed etiam lingua sublata grauius te suo cadens murmure flagellabit. euadere D te putas, Antioche, si uocem eripias? et tacentes deus audit et magis audit. ecce aperui os meum, laxaui linguam meam. abscide linguam, sed non abscides constantiam, non uirtutem auferes, non rationem obliterabis, non eripies testimonium ueritatis, non eripies cordis clamorem. si lingua amputetur, sanguis clamabit et dicetur tibi: uox sanguinis fratris tui clamat ad me. audit enim sanguinis uocem, qui audit internas cogitationes — 'tenebrae licet operiant et parietum E saepta circumdent' dicat inpius, quia nullus sibi testis adsistat — explorat uniuersa, uidet omnia deus, nec est aliquod facinus quod possit latere omnium iudicem, qui cognoscit uniuersa, antequam fiant. quid uerba damus? loquaciora sunt uulnera: etsi uulnera tegantur, etsi abscondatur cicatrix, non absconditur fides. nec tamen plaudas quod auferendo linguam confessionem laudis eripias. satis iam deum sermone laudauimus, nunc passione laudemus'. F

49 Et hoc perempto iussit quartum uinciri ad rotam, ut eius uertigine membris omnibus solueretur. at ille cum torqueretur inmaniter 'dissoluis' inquit 'corporis membra, sed adiungis gratiam passioni nec eripis solacium morti.' est enim uox tonitrui in rota, quia in bono et inoffenso uitae istius cursu caeleste resultat oraculum, sicut in Iohanne et in Iacobo tonitrui

6 de Macc. 403, 32 7 Iob 33, 2 de Macc. 403, 32 11 Gen. 4, 10 13 Sir. 23, 18 (26) 22 de Macc. 403, 13 27 Marc. 3, 17

4 pietatis flagella 𝔄″*E* 6 putes *A* anthioce *A*𝔄 anthioche *P et* (h *alt. s. u. m. ant.*) 𝔄′ 7 aperuiṭ *A* laxauit *A* (t *exp.*) *P* 9 oblitterabis *V*𝔄″*ET* 15 exploret *AN et* (*corr. m1*) *T* explorat *D* (at *in ras.*) 16 iudicem *A* (u *s. u.*) 19 plaudes (es *ex* as) *A m. ant. T* 20 iam *A* (*s. m2* ł enim) enim *T* (*s.* iam) laudaui *VN* 23 ait *A* (i *exp. m2*) *P* (it *in ras.*) 25 solacium 𝔄𝔄′*E* solatium *cet.* 26 et 27 tonitrui *A* (r *s. u.*) 26 inṭRota *A* 27 in *alt. A, om. cet.* filiis tonitrui *N′T*

filiis resultabat. itaque illud quod legi nunc manifestius recognosco, quia rota intra rotam currit nec impeditur. teres 47 enim uita sine ulla offensione in quauis passione uersatur et intra haec quoque rota currit. currit lex intra gratiam et obseruantia legis intra diuinae curriculum misericordiae est; nam quo magis uoluitur, plus probatur. 'potius est hic ab impiis aduersa tolerare, ut ibi a domino consolationem inuenire possimus'. et iste consummans cursum suum abrupit spiritum animamque uictor effudit.

50 Quintus cum sisteretur, caeso prius eidem ignes iussit B admoueri, subici incendia. manabat e uulneribus cruor et effossis ulceribus sanguis effusus ipsos flammarum extinguebat globos, at ille inter ignium crepitus audiebatur dicens: 'gratias tibi, domine, quod dedisti nobis dicere: transiuimus per ignem, sicut alibi idem dicit tuus propheta: igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum. adstabo tibi sicut aurum purgatus incendio, et si quid fuit culpae, ignis exussit'. itaque et iste transfiguratus a corruptela ad incorruptionem uitam exalauit. C

51 Sexto quoque admota tormenta sunt. at ille 'noli' inquit frustra errare et tuae hoc adscribere potestati, quod ista aduersum nos exerceas. nostrorum hoc delictorum est pretium, ut peccantes puniamur, et gratias domino, quod hic a nobis duplicia peccata exiguntur, ut ibi nobis consolatio deferatur. gratias autem et tibi, quod tam durus et inmitis es, ut talibus nostris suppliciis dominus, in quem peccauimus, genti nostrae D propitius fiat. nos quoque ableuamus aerumnam, dum fidei passionibus delectamur'. et iste duris atque asperis dilaceratus suppliciis adpositus est ad fratres suos.

2 Ezech. 1, 16 sq. 8 de Macc. 402, 36 9 Uerg. Aen. I 98 11 de Macc. 402, 8 et 22 sqq. 14 I salm. LXV 12 15 Psalm. LXV 10 18 de Macc. 402, 29, cf. I Cor. 15, 42 22 Macc. II 7, 18

4 rotam (m *exp. m2*) *AP* rotā (ā *ex* a *m2*) 𝔄' 6 ab impiis *P* (b *ex corr. m1*, i *pr. in ras. m2*) 10 iussit ignes 𝔄''*P'* ignes *V* (e *ex* i) 13 audiebatur *A* (u *pr. s. u.*) 15 et sicut *A* (et *s. u.*) *cet.* 17 incendio *A* (i *alt. s. u.*) 19 exhalauit *P*𝔄

52 Supererat iunior ex fratribus, et iam pudebat Antiochum inmaturae aetati ita se fuisse ludibrio. itaque dolis eum desiderans circumscribere pollicebatur honores, diuitias, amicitiam suam, consortium secretorum. at uero pia mater monebat filium dicens et huic sicut ceteris: 'nescio quemadmodum in E uterum meum introistis, neque ego spiritum donaui uobis neque membra formaui, sed haec omnipotentis dei munera sunt'. putauit Antiochus uidens matrem sollicitam quod saluti eius timeret et ipsi quoque suadere coepit, ut filium ab intentione reuocaret. at illa uoce patria dicebat filio: 'tu solus, fili, superes, summa uotorum meorum; tu postremus clausisti partus meos, tu postremus conclude gaudia mea. miserere mei, quae te in utero tot mensuum curricula portaui, ne uno F momento confundas senectutem meam, ne decolores tot fratrum tuorum tropaea, ne sacrum eorum comitatum relinquas, ne consortium deseras. te adhuc isti expectant triumphi. aspice in caelum, unde hausisti spiritum, ad patrem omnium, aspice in terram, quae tibi ante alimoniam ministrauit, aspice ad fratres, qui collegam requirunt, aspice ad matrem, quae tibi lac dedi. redde mercedem pii sanguinis: noli a fratribus, noli a matre diuelli. temporales opes sunt, quas promittit Antiochus, temporales honores: perpetua corona, quae a deo omnipotente 478 A defertur. uos mihi septem dierum dominus lumina dedit, sextum iam diem clausi et omnium opera bona ualde. debes

3 Macc. II 7, 24 de Macc. 404, 38 5 Macc. II 7, 21 sq. 8 Macc. II 7, 25 10 Macc. II 7, 27 12 Macc. II 7, 27 16 Macc. II 7, 28 18 Macc. II 7, 29 (27) 23 Gen. 2, 2; 1, 31 de Macc. 406, 33

1 anthiocum *AP𝔄* anthiochum 𝔄' (h *alt. s. u. m. ant.*) 4 at *A m2* (ad *m1*) 5 filium suum *N'* 8 anthiocus *AP𝔄* anthiochus 𝔄' (h *alt. s. u. m. ant.*) 9 et *AP*, *s. u. T*, *om. cet.* 10 intentione sua 𝔄''*E* 11 superes fili 𝔄'' 13 mensuum *A𝔄* mensium 𝔄' (i *ex* u) *cet.* 15 trophea *P* (h *del. m2*) 𝔄 (h *s. u. m2*) *cet.* 16 triumfi *P* 17 hausisti (h *s. u.*) *A m2* 𝔄' *m2* 𝔄 *m3*, *ex* auxisti *m2 V* ausisti *P* 18 ante *s. u. A* 20 dedi *AP* dedit *cet.* 21 diuelli *A* (i *pr. ex* e *m2*) anthiochus *A et* (h *alt. s. u. m. ant.*) 𝔄' anthiocus *P𝔄* 23 lumina dominus dedit *V𝔄𝔄'* lumina dedit dominus 𝔄''*E*

mihi, fili, ut quae in illis sex laboraui, in te requiescam septimo, tamquam a saeculi iam operibus feriata. itaque proripiens se iuuenis ait: quid sustinetis? et multa uociferans, quod nequaquam diuelli posset a fratrum consortiis, quorum multo beatiora essent funera quam regis imperia, cum urgeret conuiciis regem, et ipse acerbis excruciatus tormentorum B generibus uitae huius munus absoluit.

53 Nouissima mater oblata est neci. quis hanc beatam neget, quae quasi septem uallata moenibus <stetit> inter corpora filiorum nullum sentiens mortis incursum? quis inquam de eius dubitet beatitudine, quae septem turribus circumdata in paradisi sedem caput extulit, quae septem filiis cincta sacratissimum deo chorum non solis canorum uocibus, sed etiam passionibus ad concinendas domini laudes caelestibus C inuexit altaribus? quam bonus fidei partus, quam tutus portus iste pietatis, quam splendida lucerna ecclesiae septeno fulgens lumine et octauo utero cunctis oleum luminibus subministrans! de quibus pulchre dicitur: date partem illis septem et illis quidem octo, eo quod in utroque numero consortium gratiae consequantur in lege nutriti, per gratiam coronati, septem tamquam in sabbato, octo tamquam in euangelio, pia matre supplemento passionis adiuncta, quae in talibus D filiis integram pietatis formam et parturiuit et peperit.

1 Gen. 2, 3 3 Macc. II 7, 30 4 Macc. II 7, 37 5 Macc. II 7, 34 sqq., 39 sq. 8 Macc. II 7, 41 9 de Macc. 405, 24 15 de Macc. 405, 25 16 Exod. 25, 37 18 Eccl. 11, 2 21 de Macc. 406, 33 22 de Macc. 407, 49

2 a *s. u. m2 A, om. P* operibus iam 𝔄''*E* 4 possit *AP* 5 fuenera A urgeret *APT et V m1* urgueret *V m2* et (t *s. u. add. m3*) 𝔄 argueret *N'* (t *add. s. u. m. ant.* 𝔄') 6 conuitiis *AP*𝔄'' 8 quis *AP* qui *cet.* 9 moenibus *scripsi* (ἑπτάπυργος *de Macc: 405, 24*) muneribus 𝔄 (funeribus *m3*) *cet.* stetit *addidi* 10 sentiens *A m1 P* sentit *A m2 T* sensit *cet.* 11 dubitet de eius 𝔄'' 13 solis *AP* solum *cet.* 14 caelesti**bus *P* (bus *in ras.*) 17 luminibus oleum 𝔄'' sumministrans *P* 19 numeri *A* (o *s.* i *m. ant.*) 22 matre *AP* mater *T* (*corr.* matre) *cet.*.

54 Recurrunt in memoriam sermones sanctae feminae dicentis
ad filios: 'ego uos genui, ego uobis sucum lactis infudi: nolite
uestram nobilitatem perdere'. sic aliae matres reuocare a E
martyrio solent filios, non uocare. at ista in hoc maternum
ponebat affectum, si filiis uitam magis perpetuam quam
temporalem suaderet. spectabat itaque pia mater filiorum
certamina et, quamuis maternorum uiscerum conpassione
quateretur, pietatis studio premebat dolorem et offerente
Antiocho, cum posset salutem eligere filiorum, malebat peri-
culum conpressisque naturae gemitibus poenam filiis optabat
augeri, ut mors citius adpropinquaret. uidemus conuersa F
uota matris in filios, ne quem superstitem derelinqueret,
sed omnes piae coheredes mortis adquireret. sed nec filii
55 minores tali parente, qui se inuicem cohortabantur, qui
dicebant uno studio et quadam animorum acie: 'mortis
aduersae impetum proteramus. tunc enim uiuemus, cum
fuerimus mortui. nemo pietatis ordinem derelinquat, nemo
se subtrahat proelio triumphali. non homini, sed omni-
potenti deo nostras animas deuouimus, non homini, sed
auctori omnium militamus. talis haec pugna est, ut ille
gloriosius uicerit, qui crudelius fuerit occisus'. itaque nemo 479 A
timuit, nemo trepidauit, nullus ex tot fratribus ad mortem
pigrior fuit, sed omnes tamquam ad inmortalitatis uiam ita

2 Macc. II 7, 27, cf. de Macc. 406, 3 5 de Macc. 407, 17 7 de Macc. 406, 49 et 407, 15 14 de Macc. 405, 27 15 de Macc. 401, 33 16 de Macc. 405, 28 sqq. 18 de Macc. 405, 37 21 de Macc, 406, 25

3 nobilitatem uestram 𝔄''*E* 4 martyrio *P* (y *ex* i) martirio *V* filios suos *V* ad (*corr. m2*) *A*𝔄' maternum in hoc 𝔄''*E* 8 tamen pietatis 𝔄' (tamen *extra u. m. ant.*) 𝔄''*E* 9 anthioco *A* (-co•) *P*𝔄 *et* (h *s. u.*) 𝔄' 10 poenam *P* poenas *A* (s *s. u. m2*) *V* (as *m2 ex* is) *cet.* 16 proteramus *P et* (r *pr. s. u. m3*) 𝔄 proterimus *V* poteramus *A* (*s. m2* ł portamus) petamus 𝔄' (*m3 in ras.*) *T* (*s.* proteramus) 𝔄''*E* 18 triumfali *P* omnipotenti *om. VNT* 21 uinceret *A* (n *s. u. m2*) *P et* (*m3 ex* uicerit) 𝔄 uincat *D* (*in ras. m2*) occisus fuerit 𝔄''*E* 22 ad mortem ex tot fr. 𝔄''*E*

ad mortem per acerba supplicia cucurrerunt. et mater consona cernens filiorum agmina tamquam pia anima sui membra corporis in filiis offerebat et per artus proprios uidebatur sibi uotiua subire tormenta.

56 Cadebant filii tormentis exulcerati, mortui super mortuos aduoluebantur, B corpora super corpora uolutabantur, capita super capita exsecabantur, refertus locus erat cadaueribus filiorum: non fleuit mater, non lamentata est, non oculos cuiusquam pressit aut ora morientis, non lauit uulnera sciens gloriosiores esse, si euiscerati et concreti pariter puluere et sanguine uiderentur, quales solent de bello redire uictores, quales solent tropaea ex hostibus reportare. non superiacienda uelamina, non prosequendas exsequias nisi suae quoque comitatu mortis arbitrata C est. quae cithara dulciores ederet cantus quam morientes filii in tam grauibus suppliciis ediderant? erumpebat enim naturae gemitus et inuitis. spectares per ordinem peremptorum cadauera sicut fila cordarum. audires eptachordum psalterium triumphalibus gemitibus resultare. non sic inlecebrosi illi, ut aiunt, cantus Sireuum traherent audientem; illi enim ad naufragium trahebant, isti ad sacrificii uictoriam. nec sic cycnea carmina aures animumque mulcerent; cycni enim 480

1 de Macc. 408, 9 5 de Macc. 408, 4 8 de Macc. 409, 4 Ue g. Aen. VIIII 487 17 de Macc. 406, 24 18 de Macc. 408, 6 21 de Macc. 408, 6

1 ut *T* (et *corr.*) *cet.* 2 cernens *A* (s *s. u.*) 4 uotiua *om.* *VN*, *s. u.* *T* 7 erat locus 𝔄″*E* 9 morientis clausit (clausit *s. u.*) *T* 11 uictores qualia *VN* *et* (*in quo* quị alia) *T* tropea 𝔄 trophea *P* (h *exp.*) *cet.* 12 superiacienda *A* (i *alt. s. u. m2*) 14 cythara *P* citara 𝔄 ederet *P m1 in ras.* 15 ediderunt *V* (unt *ex* ant *m2*) 16 inuitus *P m2* 𝔄 *m3* *T* (inuit'**) 17 chordarum *A* (h *s. u.*) *P*𝔄 audires (s *s. u.*) *m2 AP m3* 𝔄 eptachordum *VN*· septachordum *A*𝔄 septichordum *P* septicordum *T* (*ex* eptacordum) 18 triumfalibus *P* 19 sirenarum *P et* (ar *s. u.*) *A m2* 𝔄 *m3* attraherent 𝔄″*E* 21 cycnea *A m1* 𝔄𝔄′ cignea *P* cygnea *A m2* 𝔄′ *m. ant.*, *cet.* cycni *A m1* 𝔄 (c *alt. in ras.*) 𝔄′ cigni·*P* cygni *A m2* 𝔄′ *m. ant.*, *cet.*

naturae sorte moriuntur, isti moriebantur amore pietatis. non sic rauca resonant secreto in nemore columbarum murmura, ut ultima uerba morientum cum summa suauitate resonabant. nec sic luna inter stellas refulget, ut inter filios mater et cum eos ad martyrium inluminatura deduceret refulgebat et cum amplexa uictores iaceret in medio filiorum.

57 O uere mater adamante fortior, melle dulcior, flore fraglan- B
tior! o indissolubile pietatis uinculum! o uere ualida caritas sicut mors, durus sicut inferi zelus deuotionis ac fidei! nulla tantarum diluuia passionum tuam potuerunt caritatem excludere, nulla undare eam flumina tantarum acerbitatum. sicut arca in illo mundi diluuio totius orbis spatiis innocua ferebatur, ita et tu aduersus fluctum tam grauium passionum pietate immobilis restitisti et, cum posses salutem
58 filiorum eligere, noluisti. quo affectu prosequar uos, sanctae C
matris pia pignora? quo penicillo sermonis mei describam formae uestrae et animarum similitudinem? stetistis inter exercitus regios, quibus totus fuit orbis terrarum subactus, quos India quoque in extremi maris secreta refugiens declinauit, et soli de rege superbo sine bellico conflictu uictoriam repor-

1 de Macc. 410, 1 2 Uerg. Ecl. I 57 sq. 4 de Macc. 409, 48 7 de Macc. 409, 7 et 10 8 Cant. 8, 6 10 Cant. 8, 7 12 de Macc. 408, 26 18 de Macc. 410, 30

1 isti enim *P* (enim *exp. m2*) 2 im nemore *AP* 6 amplexata 𝔄′ (ta *s. u. m. ant.*) 𝔄″*ET* in medio fil. iaceret 𝔄″*E* 7 uere *T* uera *cet.* flagrantior *A* (*corr. m2*) *V*𝔄𝔄′ 9 durus (us *ex* a *m2*) *T* dura *cet.*, *cf. serm. in Psalm. CXVIII 18, 13* 11 inundare 𝔄′ (in *s. u. m. ant.*) 𝔄″*E* 12 archa *A*𝔄″*ET* 13 fluctum *scripsi* fluctuum *AP* fructum *V*𝔄 et *m1* 𝔄′ fluctus 𝔄′ *m2* 𝔄″*EDT* 15 uos prosequar 𝔄″*E* prosequatur *A* (tu *eras.*) 16 pignora *A* pinicillo *A*𝔄 *et* (*corr. m2*) 𝔄′, *ex* pimicillo *m2* *V* pincillo *P* pinicello *D* penicello 𝔄″*E* 18 subiactus 𝔄 (i *eras.*) subiectus *V* (ie *ex* a *m2*) 19 non declinauit *T* 20 reportastis *A* (s *pr. s. u. m2*)

tastis. uicerunt in uobis sola arma pietatis; dedit poenas tyrannus et quia uos non potuit uincere et quia atroci peremptus est morte.

1 de Macc. 410, 15; 409, 10   2 de Macc. 400, 21; 411, 29: 410, 46

1 uicerunt . . . pietatis *in mg. m2 A*   2 et quia (*alt.*) *V* (et *s. u. m2*) 𝔄𝔄'𝔄''*D* et qui *A, om. PET*   truci *D*   EXPLC DE IACOB ET UITA BEATA LIB. II. *A* EXPLIC DE IACOB ET UITA BEATA *P* EXPLICIT TRACTATUS SANCTI AMBROSII DE MACHABEIS (MACHABEIS *in ras.*) *P'* EXPLICIT LIBER SECUNDUS SANCTI AMBROSII DE IACOB ET UITA BEATA *D* FINIT (LIB. II *add. T*) DE IACOB ET UITA BEATA (LIBER II *add.* 𝔄, SCI AMBROSII *T*) 𝔄*T* EXPLICIT DE IACOB ET VITA BEATA. LIB. II. AMEN 𝔄' EXPL L VI. DE IACOB ET VITA BEATA 𝔄'' EXPLICIT *E. in V non est subscriptio*

DE IOSEPH.

B = liber bybliothecae quae est Bononiae in Galliae oppido ad mare sito (nunc Boulogne sur mer) 32 saec. VII f. 25^{u}

P = Parisiacus lat. 12137 saec. VIIII f. 75^{u}

P' = Parisiacus lat. 11624 saec. XI f. 126^{r}

P'' = Parisiacus bybliothecae quae uocatur armarii (d'Arsenal) 840 (T. L 371) saec. XI f. 1^{r}

D = Duacensis 227 saec. XII f. 2^{r}

O = Oxoniensis bybliothecae Bodleianae 137 saec. XII f. 19^{u}

𝔄' = Augiensis, nunc Caroliruhensis CCXIII saec. X f. 126^{r}

𝔄'' = Augiensis, nunc Caroliruhensis CLVI saec. XI f. 100^{r}

E = Einsidlensis 164 saec. XII p. 166

T = liber s. Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352 saec. XII f. 90^{u}

V = Vindobonensis 1080, saec. X f. 81^{u}

Π = *BPP'P''*

N = 𝔄'𝔄''*ET*

N' = 𝔄'𝔄''*E*

α = editio Amerbachiana

Librorum *BP* scripturas omnes enotaui, ex *P'P''N'V* potiores, codices *DOT* rarius commemoraui.

1 Sanctorum uita ceteris norma uiuendi est, ideoque digestam I 483 AB plenius accipimus seriem scripturarum, ut dum Abraham, Isaac et Iacob ceterosque iustos legendo cognoscimus, uelut quendam nobis innocentiae tramitem eorum uirtute reseratum enitentibus uestigiis persequamur. de quibus mihi cum frequens tractatus fuerit, hodie sancti Ioseph historia occurrit. in quo cum plurima fuerint genera uirtutum, tum praecipue insigne effulsit castimoniae. iustum est igitur ut, cum in Abraham C didiceritis inpigram fidei deuotionem, in Isaac sincerae mentis puritatem, in Iacob singularem animi laborumque patientiam, ex illa generalitate uirtutum in ipsas species disciplinarum intendatis animum. nam licet illa diffusiora, tamen ista expressiora sunt eoque facilius mentem penetrant quo magis circumscripta ac determinata sunt.

INC. DE IOSEPH LIBER ·I· LEGE FILIX IN XPO IHU DNO NOSTRO *B* INCIPIT LIBER PRIMUS BEATI AMB̄ DE IOSEPH *P* INCIPIT EIUSDĒ LIB̄ PRIM' DE IOSEPH *P'* INCIPIT LIB̄ PRIMUS SCI AMBROSII DE PATRIARCHIS *P''* INCIPIT LIBER PRIMUS DE IOSEPH *O* INCIPIT (Ł. VII *add.* 𝔄'', TRACTATUS SCI AMBROSII EPISCOPI *D*, LIBER EIUSDEM *T*, LIBER *E*) DE SCO IOSEPH PATRIARCHA (PATRIARCHA *om.* *D*) *ND* INCIPT BEATI AMBROSII EPI MEDIOLANENSIS DE IOSEPH *V*   2 accepimus *N* (accepimus 𝔄') *V*   series 𝔄' (s *alt. eras*) serie 𝔄''*E*   2 *et* 9 isac *B*   4 uirtute eorum *N*   reseratum *P* (re *s. u. m2*)   5 imitantibus *NV*   prosequamur 𝔄''*E*   com *P*   6 ioseph mihi *T*   historia *P* (h *postea add.*)   7 fuerint *B* (n *s. u.*)   tum *om.* *N*   8 iustum estụm ẹşţ *B*   9 didiceritis *B* (di *pr. ex* de) *P* (di *pr. ex* du)   fidei *om.* *P m1* (*in mg. add. m2*)   12 illa sint 𝔄' (sint *s. u. m. ant.*) 𝔄''*E*   in (*eras.*) ista *P*   13 eoque *NV* et quae *BP'O* et quae eo *P* (eo *s. u. m2*) *D* et *P''*   penetrent *P* (ent *ex* ant *m2*) *P'D*   14 sint *BP''O*

2 Sit igitur nobis propositus sanctus Ioseph tamquam speculum
castitatis. in eius enim moribus, in eius actibus lucet pudi-
citia et quidam splendet castimoniae comes nitor gratiae.
unde etiam a parentibus plus quam ceteri filii diligebatur.
sed ea res inuidiae fuit, quod silentio praetereundum non
3 fuit. hinc ergo argumentum totius historiae processit, simul 4
ut cognoscamus perfectum uirum non moueri ulciscendi
doloris iniuria nec malorum rependere uicem. unde et Dauid
ait: si reddidi retribuentibus mihi mala. quid autem
esset quo praeferri Ioseph mereretur ceteris, si aut laedentes
laesisset aut diligentes dilexisset? hoc enim plerique faciunt.
sed illud mirabile, si diligas inimicum tuum. quod saluator
docet. iure ergo mirandus qui hoc fecit ante euangelium, ut
laesus parceret, adpetitus ignosceret, uenditus non referret
iniuriam, sed gratiam pro contumelia solueret, quod post
4 euangelium omnes didicimus et seruare non possumus. disca-
mus ergo et sanctorum inuidiam, ut imitemur patientiam, et
cognoscamus illos non naturae praestantioris fuisse, sed
obseruationis nec uitia nescisse, sed emendasse. quodsi inuidia
etiam sanctos adussit, quanto magis cauendum est ne inflam-
met peccatores?
2, 5 Instruimur igitur qualis esse debeat affectus parentum
filiorumque gratia. amare liberos dulce et inpensius amare
praedulce, sed frequenter amor ipse patrius, nisi moderationem
teneat, nocet liberis, si aut nimia indulgentia dilectum resoluat

9 Psalm. VII 5 12 Matth. 5, 44

1 iosep *B* (*saepe*) 2 pudicitiae *PD* 4 filii *P* (i *tert. s. u.*) 5 set *P* (*m2* sed) praetereundem *P* 6 ergo *in ras. P* enim *NV* prae-cessit ΠO 7 ulciscendae dolore inuidiae *N* ulciscendi dolore iniuriae *V*, *fort.* ulciscendae dolore iniuriae 9 dicit *T* reddiderim *V* 11 dili-xisset *B* 13 ergo *om. P'* facit *BP* fecit *O* (e *m2 ex* a) 15 con-tumilia *B* (*corr. m1*) 16 sed seruare *V* discamus *P* (s *pr. s. u.*) 17 imitemur *B* (ur *s. u. m2*) 18 praestantiores *B* (*corr. m3*) *P* (*corr. m1*) set *P* (sed *m2*) 19 scisse *BPP''D* nescisse *O* (ne *m2 s. u.*) 22 instruimur *P* (instru *ex* initu) 25 autem *P* (em *eras.*) dilectum *VP''𝔄''O* delictum *cet.*

aut praelatione unius ceteros ab adfectu germanitatis auertat. plus adquiritur filio, cui fratrum adquiritur amor. haec praeclarior 485 A munificentia patrum, haec ditior hereditas filiorum. iungat liberos aequalis gratia, quos iuncxit aequalis natura. lucrum pietas nescit pecuniae, in quo pietatis dispendium est. quid miraris si propter fundum aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit inuidia? quid ergo? reprehendendus Iacob, quia praeferebat unum ceteris? sed nec libertatem possumus auferre parentibus, ne eos plus diligant quos plus credant mereri. B nec filiis resecare debemus studium plus placendi. denique et Iacob illum plus amabat, in quo maiora uirtutum insignia praeuidebat, ut non tam filium pater praetulisse uideatur quam propheta mysterium, meritoque uariam tunicam fecit ei, quo significaret eum diuersarum uirtutum amictu fratribus praeferendum.

Denique in puero adhuc refulsit diuina gratia, siquidem somniauit quod, cum alligasset, ut sibi uidebatur per uisum, C manipulos cum fratribus suis, surrexerit manipulus eius et steterit erectus, conuersi autem fratrum manipuli adorauerint manipulum suum. in quo utique futura domini Iesu resurrectio reuelata est. quem et Hierosolymis cum uidissent, undecim adorauere discipuli et omnes sancti, cum resurrexerint, adorabunt fructus bonorum operum praeferentes, sicut scriptum est: uenientes autem uenient cum exultatione tollentes manipulos suos. unde fratres, licet somnii fidem per inui- D diam derogarent, interpretationem tamen eius propriis sermo-

17 Gen. 37, 6 sqq. 22 Matth. 28, 16 sq. 25 Psalm. CXXV 6

1 aduertat *P* (d *eras.*) 2 amor acquiritur 𝔄''*E* 3 hereditas *B* (re *s. u. m2*) 4 iuncxit *B* iunxit *cet.* 6 auriuntur *B* (*corr. m2*) hauriuntur *P* (*corr. m2*) 10 credunt 𝔄' (u *m2 ex* a) 𝔄''*E* 14 profaeta *B* 16 praeferendum . . . gratia *in mg. inf. P* 18 alligasset *B* (i *ex* e *m3*) 19 surrexit *et* 20 stetit *PV* 20 adorauerint *N'* adorauerunt *cet.* 21 dni ihu futura resurrectio *N* 22 hierosolymis *V* hierusolimis *B* hierosolimis *P* (v *s.* o *pr. m2*) *cet.* uidissent *B* (n *s. u*) 24 fructum (*om.* operum) *P''* proferentes 𝔄' (ro *m2 in ras.*) 𝔄''*E* 25 portantes *NO*

nibus exprimentes responderunt ei: numquid regnando
regnaturus es nobis aut dominando dominaturus
es nobis? regem enim uenturum uisio illa significabat, quem
8 omnis caro generis humani inflexo adoraret genu. uidit autem
aliud somnium et narrauit illud patri suo et fratribus, eo
quod sol et luna et undecim stellae adorarent eum. unde
obiurgauit illum pater eius dicens: quid ergo erit E
hoc uisum, quod somniasti? numquid uenientes
ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super
terram? quis est ille quem parentes et fratres adorauerunt
super terram nisi Christus Iesus, quando eum Ioseph et mater
cum discipulis adorabant, deum uerum in illo corpore confi-
tentes, de quo solo dictum est: laudate eum, sol et luna;
laudate eum, omnes stellae et lumen? obiurgatio
autem patris quid significat nisi duritiam populi Istrahel, ex F
quibus Christus secundum carnem, quem hodieque deum esse
non credunt nec uolunt adorare quasi dominum, quia ex se
natum esse cognoscunt? audiunt itaque responsa eius, et non
intellegunt: legunt ipsi quod eum sol et luna laudant, sed
nolunt credere dictum esse de Christo. itaque Iacob typo
fallitur alieno, sed suo amore non fallitur. pietas in eo paterna
non deerrat, sed erraturae plebis adfectus exprimitur.

3, 9 Non ergo tanto somnio patriarcha non credidit, qui utrumque 48(
pariter gemino prophetabat oraculo, ut et personam iusti
repraesentaret et populi, quod dei filius uenturus esset in

1 Gen. 37, 8 4 Philipp. 2, 10 5 Gen. 37, 9 7 Gen. 37, 10 11 Matth. 14, 33 13 Psalm. CXXXXVIII 3

3 signabat *N'V* 4 omnis *B* (i *ex* e) inflexo *P* (o *ex* u) 5 alium *B* aliut *P* (aliud *corr. m1*) fratribus suis *NVD* 10 quis ex quid *P* adorauerint *B𝔄''* et *m1 𝔄'* (adorauerunt *m2*) 11 xpm ihm *B* xps et (et *eras.*) ihs *𝔄'* ihs xps *O* ioseph et maria *𝔄'TV* maria et ioseph *𝔄''E* 12 adorauerunt *N'* uerum esse *𝔄'* (esse *s. u. m2*) *𝔄''E* confidentes *𝔄'* (*corr. m2*) *𝔄''E* 14 stellae *B* (e *pr. ex* i) 15 israhel *BP''* isrl *cet.* 17 dm̄ *P* 18 et Π*DO* sed *NV* 19 laudent *NV* 21 amare *B* (*corr. m3*) 22 deerrat *scripsi* deerat Π*O* errat *NVD* 24 profetabat *B*

terras, qui et diligeretur a iustis et negaretur a perfidis. uidebat igitur futurae incarnationis mysteria, qui filium mittebat ad fratres, ut uideret si recte sunt oues. quas oues deus in illo iam tunc patriarchae studio requirebat nisi eas, de quibus ipse dominus Iesus in euangelio dixit: non ueni nisi ad C oues perditas domus Istrahel? et misit inquit in Sychem, quod interpretatione dicitur umerus siue dorsum, hoc est ad eos qui non conuerterentur ad dominum, sed fugientes a facie eius se auerterent, quod est proprie peccatoris; exiit enim Cain a facie dei, et propheta dicit: pones eos dorsum. iustus autem non se auertit a domino, sed occurrit dicens: oculi mei semper ad dominum. et Esaias dicenti domino: quem mittam? sponte se obtulit dicens: ecce ego. et Symeon expectauit, ut uideret Christum D dominum, et, posteaquam uidit, quoniam remissorem peccatorum et totius mundi uiderat redemptorem, quasi leuatus a peccato poposcit usu carnis huius absolui dicens: nunc dimitte, domine, seruum tuum, quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. et Zacchaeus hinc primum suae praerogatiuam commendationis inuenit, quod in arborem, ut Christum uideret, ascendit. ergo Ioseph a patre est missus ad

3 Gen. 37, 14 5 Matth. 15, 24 6 Gen. 37, 14 7 Philo quod det. pot. insid. 4 (I 193, 17 *M.*) 10 Gen. 4, 16 Psalm. XX 13 12 Psalm. XXIIII 15 13 Esai. 6, 8 sq. 14 Luc. 2, 25 et 29 sq 19 Luc. 19, 4

1 non negaretur *B* (non *exp. m3*) *P* (non *exp.*) *P''* (non *eras.*) necaretur *N* perfidis iudeis *P* 3 rectae *BP* deus *om. ND* 4 iam tunc *ante* in illo *transponunt* 𝔄''*ET* patriarcae *B* 5 Iesus *om.* 𝔄''*E* 6 istrahel *B* israhel *V* israel *P* isrł *cet.* 7 umeris *P* (v *s.* i *m2*) 9 se *P s. u. m2, ante* a facie *transponunt* 𝔄''*E* proprium *P* (um *m2 ex* e) *DO* 10 d̅n̅i̅ 𝔄'' (n *exp.*) *P''O* profeta *B* 12 ad (d *s. u. m2*) *P* 13 eseias *B* (*corr. m3*) dicente *V*𝔄''*E* mittam *P* (am *ex* as) 14 simeon *BPP''*𝔄'' expectabit *B* (*corr. m3*) 15 domini *ed. Rom.* (τὸν Χριστὸν κυρίου), *recte puto; cf. de bono mortis 2, 5* 17 absoluit *P* (t *eras.*) dimittis *N et* (*in quo om.* domine) *V* 18 tuum in pace 𝔄''*ED* quia *D* 19 zacceus *B* zacheus *cet.* 20 in *B* (n *s. u.*) 21 missus est 𝔄''

fratres, ab illo magis patre, qui filio proprio non pepercit, sed E
pro nobis omnibus tradidit eum, ab illo patre, de quo scriptum
est: deus filium suum mittens in similitudinem
carnis peccati.

10 Et errabat, inquit, Ioseph, quia fratres suos inuenire non
poterat. non inmerito errabat, qui quaerebat errantes; eos
enim agnoscit dominus qui sunt ipsius. denique et
Iesus fatigatus ex itenere sedebat super puteum. fatigabatur,
qui non inueniebat dei populum, quem quaerebat; exierat F
enim a facie domini. qui enim culpam sequitur exit a Christo.
peccator exit, iustus intrat. denique Adam se peccator abscondit,
iustus autem dicit: intret oratio mea in conspectu tuo.

11 inuenit autem fratres suos Ioseph in Dothaim, quod significat
defectionem. ubi est enim nisi in defectione qui deum deserit?
nec mirum si deficiebant qui non audiebant dicentem: uenite
ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego
uos reficiam. uenit igitur Ioseph in Dothaim, et praeuiderunt
illum de longe uenientem, antequam adpropiaret
ad illos, et insaeuiebant, ut occiderent eum.
merito longe erant qui erant in defectione et ideo insaeuiebant,
quia iis non adpropiauerat Christus. nam si adpropiasset iis
typus Christi, fratrem utique dilexissent; sed prope esse non 48
poterant qui parricidium cogitabant. ecce inquit somniator

1 Rom. 8, 32 3 Rom. 8, 3 5 Gen. 37, 15 sq. 6 II Tim. 2, 19 8 Ioh. 4, 6 10 Gen. 4, 16 11 Gen. 3, 8 12 Psalm. LXXXVII 3 13 Gen. 37, 17 Philo quod det. pot. ins. 9 (196, 37) 15 Matth. 11, 28 17 Gen. 37, 18 23 Gen. 37, 19 sq.

1 proprio filio *ND* 2 nibis *B* (*corr. m3*) eum] illum *P'P''𝔄''T* 5 et ... poterat *om. P'* inquit ioseph quia fra *P in ras.* 8 itenere *B* itinere *cet.* supra *NVP''* 9 quia *NVD et* (a *postea add.*) *O* 13 ioseph fratres suos *VP'𝔄''E* dotain *B* dothain *P' et* (h *s. u.*) *P''* quod ... 17 dothaim *infra in mg. m2 P* quod *B* (d *s. u.*) 17 dotaim *B* dothain *P''* 18 eum *N* adpropriaret *B* (r *alt. exp.*) *P'* adpropinquaret *T* 20 insaeuiebant *P* (in *s. u. m2*) 21 his *libri* si hi *P* (hi *eras.*) adpropriasset *B* et his *IIO* 23 inquiunt *P''DT*

ille uenit. nunc ergo uenite occidamus illum. nonne
haec uerba dicebant qui de parricidiali sacrilegio cogitabant,
sicut Solomon de ipsis ait: tollamus iustum, quia inu-
2 tilis est nobis? et addiderunt in Genesi: et uidebimus
quid erunt somnia eius. hoc scriptum est de Ioseph,
conpletum est de Christo, quando Iudaei in eius passione B
dixerunt: si rex Istrahel est, descendat nunc de cruce,
et credimus ei. confidit in deum: liberet nunc eum,
si uult eum. numquid et ipsi fratres tam impii, ut fratrem occi-
derent? et unde tantorum merita patriarcharum, ut lex tribus
totius plebis eorum uocabulis designaret? quomodo conueniunt
pietatis nomina et sceleris insignia? sic etiam isti typo populi,
non animi sui uitio laborabant. inde omnis inuidia, inde par-
ricidii meditatio: inuidia per figuram, pietas per adfectum.
3 Denique Ruben et Iudas germanitatis pia iura seruantes C
de manibus eorum liberare eum cupiebant, meritoque Iudas
paterna benedictione praefertur, cum dicitur ei: adorabunt
te filii patris tui. catulus leonis Iuda et ipse
expectatio gentium. quod utique soli conuenit Christo,

3 Sap. 2, 12 4 Gen. 37, 20 7 Matth. 27, 42 sq. 15 Gen. 37, 21 et 26 17 Gen. 49, 8—10

1 uenite et 𝔄'' *et* (*m2 ex* uenit &) *E* eum *NVD* 2 parricidiali *B* parricidali *cet.* 3 de ipsis salomon 𝔄'' solomon *B* salemon *E* esaias *V* salomon *cet.* 5 proderunt 𝔄' *m2 s. u.* (*m1* ert, *eras.*) 𝔄''*E* illius *N* 7 dicebant *NV* ·istrahel *B* (d *ut uidetur eras.*) isrl *cet.* 8 credamus *V* confidit *B* (i *pr. ex* e) deo *P'ET* dno *V* nunc *om. P'* eum nunc *DE* 9 eum *B* (*exp. m2*) *V* (*del. m2*), *om. cet.* 10 patriarcarum *B* patriarcharum . . . plebis *om. V* tribus *om. ND* 11 designaretur *N* 12 sed etiam iusti *NVD* 13 omnis *B* (i *ex* e) *P* (i *ex* e *m2*) 15 roben *B* (v *s.* o) 16 eorum *s. u. m2 P* ceterorum *NVP''D* eum liberare *ND* eum eripere *V* 17 ei dicitur 𝔄''*E* 18 *post* Iuda *haec sequuntur in V*: ex germin̄ filius ascendisti. re cubans dormisti sicut leo et sicut catulus leonis. quis excitabit illum. alligans ad uitem pullum et ad palmitem pullum asinae sue. lauauit in uino stolam suam et in sanguine uuae amictum suum. & post aliquanta non deficiet princeps ex iuda nec dux de femoribus eius donec ueniat cui repositū ē ipse erit *V*𝔄''

cui repositum fuit ut adoraretur a fratribus et expectaretur a gentibus, lauaret in uino stolam suam proprii corporis passione, quia carnem suam nulla peccati labe maculauit. Aser quoque non utique sibi conuenire credebat A s e r, p i n g u i s e i u s p a n i s e t i p s e A s e r c u m p r i n c i p i b u s. quid uero ipse Ioseph, cui dictum est: f i l i u s a m p l i a n d u s m e u s I o s e p h, f i l i u s a m p l i a n d u s m e u s, z e l a t u s f i l i u s m e u s, f i l i u s m e u s a d u l e s c e n t i o r, a d m e r e u e r t e r e, in quem consilium conferentes maledicebant, in quo benedictio p r a e u a l u i t s u p e r b e n e d i c t i o n e s m o n t i u m m a n e n t i u m e t d e s i d e r i i s c o l l i u m a e t e r n o r u m, quem significari in se intellegebat nisi illum qui omnium merita supereminens supra omnium desideria sanctorum inmensae teneret apicem potestatis, quem uoto nullus aequaret? conpensatur ergo in patriarchis inuidia per gratiam, qui et excusantur a culpa et reuelationis munere consecrantur. non enim tam culpabile est dixisse quae plebis sunt quam beatum uidisse quae Christi sunt. subierunt personam peccatoris populi, ut acciperent gratiam domini redemptoris. certe culpam aboleuit
14 gratia, gratiam culpa non minuit. et ut agnoscamus omne hoc de populo et de domino Iesu esse mysterium, u e n i t e

4 Gen. 49, 20 6 Gen. 49, 22 10 Gen. 49, 26 21 Gen. 37, 27

1 adoraretur *B* (ra *ex* re) adoretur *P* ipse adoraretur *P'* 2 lauaret *B* (u *ex* b) 3 passioneṁ *B* passione *O* (e *ex* ē) 4 pinguis *B* (n *s. u.*) 5 panis eius *N'V* 6 meus ampliandus *𝔄''E* meus ampliandus *P'* ampliatus *V* (*om.* meus . . . ampliandus meus) 8 aduliscentior *B* adolescentior *P* (v *s.* o *pr. m2*) 10 benedictionis *B* (*corr. m3*) *E* (*corr. m1*) benedictionibus *P* (ibus *m2 ex* es) *DO* manentium et *om. P'* manentium *om. T* 11 desideria *N* 12 intellegebant *PVP'DOT* 14 conpensantur *B* (n *tert. del.*) *P* (n *tert. eras.*) 15 patriarcis *B et* (chis *m2*) *P* excussantur *P* (s *pr. eras.*) a *s. u. B* 17 plebis *P* (s *s. u. m2*) beatum *P m2 NVD* beata *P m1 cet.* 18 subierint *B* (-unt *corr.*) *P''𝔄'* 19 aboleuit *P* (a *m2 ex* o) 20 cognoscamus *𝔄''T* 21 de *alt. om. NV* mysterium esse *𝔄''E* misterium *PP'𝔄'*

inquit *uendamus Ioseph Ismahelitis*. quid interpretationis habet nomen Ioseph nisi quod diuinam gratiam signi- 488 A ficet et expressionem dei summi? quis igitur uenditur nisi ille *qui, cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens*? neque enim nos eum emissemus, nisi uendidissent eum sui. male uendiderunt, peius emerunt. uendiderunt negotiatoribus, bonum odorem emerunt a proditoribus; uendidit enim Iudas, emerunt Ismahelitae, qui significantur Latina interpretatione odio habentes deum suum. ideo alibi uiginti, alibi uiginti et quinque aureis, B alibi triginta inuenimus emptum Ioseph, quia non omnibus unius aestimatione pretii ualet Christus. aliis minus, aliis amplius. fides ementis incrementum est mercis. religiosiori pretiosior deus, peccatori pretiosior est redemptor. pluris et illi ualet qui plus habet gratiae. sed etiam cui multa donata sunt pluris ualet, quia cui plus remissum est plus diligit, sicut ipse dominus in euangelio pronuntiauit de illa muliere, quae super eius pedes effudit unguentum et lacrimis lauit et C capillis suis tersit et osculis siccauit, de qua ait ad Simonem: *propter quod dico tibi: remissa sunt ei peccata eius multa, quoniam dilexit multum. cui autem minus dimittitur minus diligit*. interdum diuersitates

1 Philo de Iosepho 6 (II 46, 7) 4 Philipp. 2, 6 sq. 9 Gen. 37, 25; cf. Matth. 26, 14; 27, 5 11 Gen. 37, 28 12 Matth. 26, 15 20 Luc. 7, 47

1 ismahelitis *B* (he *ex* hi) 2 significet et *om.* *P'* 3 et *om.* *BP''O* 4 formam *B* rapina *P* 7 eum *alt. om.* *NV* eum (*add. m2*) c̆um (*in mg. m2* ·· ł quem) sui *P* eum quem sui *O* sui quem sui *D* 8 alieni peius *O* boni odoris *NV* 9 enim] eum *P𝔄''D* emerunt eum *D* ismahilitae *B* 10 latine (*om.* interpretatione) *P'* 11 XX. *P* XX. et .V. *P* et *om.* *V* 12 XXX. *BP𝔄'* 15 pretiosior (*pr.*) est *P''T* pluris *NV* plus ΠDO 16 cui *m2 in spatio uacuo P* 17 plures *B et* (*corr. m2*) *P* cui *s. u. m2 P* 18 illa (a *ex* e) *P* 19 lauit] rigauit *P* 20 qua (a *ex* o) *P m2 𝔄' m. ant.* 22 eius *add. m2 P, om.* *N'VP'* 23 diuersitatis *B* (*corr. m3*) *P* (*corr. m2*)

pretii non solum quantitatis habent, sed etiam numeri expressionem, sicut habes de unguento, quod ad sepeliendum se dominus fusum esse memorauit, ⟨ut⟩ scriptum dicente Iuda: p o t u i t h o c u e n i r i d e n a r i i s t r e c e n t i s, quo numero D non quantitatis, sed significatio crucis uidetur expressa. ita hic quoque diuersitas uel uiginti uel triginta aureorum uel argenteorum habet uel geminatae uel trinitae perfectionis indicium. nam uiginti quinque aurei iubelaei, qui est remissionis numerus, significant pretiosissimam portionem. hic quoque, ut dominicae figuram passionis aduertas, ait Iudas patriarcha: t r a d a m u s I o s e p h I s m a h e l i t i s; m a n u s a u t e m n o s t r a e n o n s i n t i n i e c t a e s u p e r e u m. et bene superius dixerat: m a n u s a u t e m n o l i t e i n f e r r e e i, quod E Iudaei in domini passione dixerunt: n o b i s n o n l i c e t i n t e r f i c e r e q u e m q u a m, ut sermo Iesu inpleretur significans

15 qua morte moriturus esset. iam tunc ergo crucis futurae figurabatur insigne, simul et quod exutus est tunica, id est carne, quam adsumpsit, exutus est decora diuersitate uirtutum. ergo tunica eius, id est caro, non diuinitas cruentata est et indumentum ei carnis, non inmortalitatem uitae auferre potuerunt. hanc tunicam Iudaeicae bestiae cruentauerunt, illae de F

2 Matth. 26, 12 6 Marc. 14, 5 Ioh. 12, 5 8 Leuit. 25, 10 11 Gen. 37, 27 13 Gen. 37, 22 14 Ioh. 18, 31 17 Gen. 37, 23 Ioh. 19, 23

2 habis *B* (*corr. m3*) scriptum habes *P'* ungento *P* (*corr. m2*) *P''* 3 ut *suppleui*, sicut *T* scriptum *BPVP''DO* scriptum est *T* scriptura *N'* *om. P'* 4 ueniri *BVOT* uenire *P* (re *ex* ri *m2*) *N'* uenundari *P'P''D* CCC *BP* 5 quantitas *N'V* 6 XX uel XXX *BP𝔄'P'D* 7 trinitae *B* trinitate *P et* (-tę) *V* trinitate *O* (*in mg. m2* triplicate) de trinitate 𝔄' (*del. et s. scr. m2* triplicate; *in mg. m. ant.* ł triplicatę) *T* (*in quo antea* de geminitate) triplicatae *cet.*; *intactum reliqui* trinitae, *nam alienum non est a uero uerbum* trinire *extitisse* 8 iobelei *B* (v *s.* o) iubilei 𝔄''*E* iubelei *cet.* 10 passionis figuram *P'* 11 Ioseph] eum *V* ismaelitis *B* (e *ex* i *m3*) 12 non sint nostrae intintinctae *V* 13 illi *NVD* 17 praefigurabatur *ND* tunicā *VET* 18 carnē *NV* decoraın *B* decorā *NVP''* 19 tunicaçą *B* 21 hanc (*m2 ex* hoc) *P* iudaeicae *B* (e *pr. del.*) iudaicae 𝔄' (a *pr. m2 in ras.*) *O* (a *pr. ex* e) *cet.*

quibus dicit: ecce ego mitto uos sicut agnos inter
16 lupos. quod autem lacus siccus erat, quid mirum si Iudaeorum lacus aquam non habet, qui dereliquerunt fontem aquae 489 A
uiuae et fecerunt sibi contritos lacus? et ut scias uerum hoc esse mysterium, ipse de se dominus ait: posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris et in umbra mortis.

17 Illi igitur emunt Christum, qui bonos odores deferunt, thymiama, quo adolent altaria piae mentis, unde et Dauid graece ait: κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, resinam quoque, qua marmora confracta sociantur. est resina spiritalis, quae fracturam animae tuae solidet et diuulsa B
conectat, resoluta constringat. haec enim spiritalis resina conroborat et quaedam conminuta animae membra conponit, ut sine offensione socientur. denique Hieremias hanc quaerit, ut Babyloniam curet sanare, si possit, dicens: accipite resinam conruptioni eius, si quo modo sanabitur. curauimus Babyloniam, nec sanata est. non est sanata synagoga, quia resina ista migrauit ad ecclesiam. ideo ex Galaad ueniebant negotiatores, hoc est de possessione uel C

1 Luc. 10, 3 2 Gen. 37, 24 3 Hier. 2, 13 5 Psalm. LXXXVII 7 7 II Cor. 2, 15 8 Gen. 37, 25 9 Psalm. CXXXX 2 10 Gen. 37, 25 15 Hier. 28 (51), 8 sq. 19 Gen. 37, 25 Philo Legg. alleg. III 6 (I 91, 13)

3 quo (*m2 ex* qui) *P* 4 lacus contritos *NVD* 6 tenebrosis *VP''E* 7 bonos odores *P* (*s. ras.*) boni odoris 𝔄'*m2* 𝔄''*ET* 8 tymiama *BP'P''OT et m1 P* tymiamatis *P m2 D* timiama 𝔄' thimiama 𝔄'' quo (*m2 ex* quod) *P* quod *P'* piae *B* (a *s. u.*) dauit *B* dauit *ex* diuid *m2 in spatio uacuo P* 9 KATЄYЄYN *BP'' et m1 P* catei. ein *P in mg. m2 D* katЄYN *P'* KaΘeNωNHΓaNΠPωCeΥXHMωΥωCTHMIAMANeNaΠHOCωΥ 𝔄' *et* (*in quibus* — eNANHOCωΥ) 𝔄''*E* KΘЄNONHTAΠΠPOCeYXHMOYOCTHMIAMANЄNAΠNHCOY *T* KaTeYΘΥNΘhTωHΠpOCeΥXHMOΥωЄΘΥ\aıaЄNωΠIOHCOΥ. quod latiñ dicitur dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo *V* 11 *sqq.* risina *B* (*corr. m3*) fracturam *BPP''O* fracturas *D* (as *ex* am) *NVP'* deuulsa *BP'' et* (di *ex* de) *P* 12 et soluta *N'D* 14 quaerit resinam *NVD* 15 babilloniam *BP''O* et sanare *P* (*s.* sanare *ras.*) *D* 17 babylloniam *B et* (l *pr. exp.*) *P* et sanata est *N'* et sanata non est *T*

incolatu testimonii merces suas ad ecclesiam transferentes,
ut gentium peccata resina ista curaret. de quibus dicitur:
conualescite, manus dimissae et genua dissoluta.
fides sincera resina est. hanc adhibebat Petrus, cum diceret
clodo: in nomine Iesu Christi Nazaraei surge et
ambula. meritoque surrexit et ambulauit. hanc habebat,
cum diceret paralytico: Aeneas, sanat te dominus
Iesus: surge et sterne tibi. et surrexit et strauit
sibi. hanc habebat, cum diceret mortuae: surge in nomine D
domini nostri Iesu Christi. et defuncta surrexit. huius
resinae temperamento lapides illi, de quibus potens est deus
resuscitare filios Abrahae, conpaginantur. huius resinae medi
camento claudus erigitur, paralyticus reformatur, mortua
18 resuscitatur. illud quoque quod haedi sanguine resperserunt
tunicam eius uidetur significare, quoniam falsis testimoniis
adpetentes in inuidiam deduxere peccati omnium peccata
donantem. nobis agnus est, illis haedus. nobis agnus dei E
occisus est, quibus abstulit peccata mundi: illis haedus,
quorum aceruauit errores, delicta cumulauit. ideoque ait:
inplete mensuram patruum uestrorum. meritoque Iacob
posteritatis suae deplorans dispendia quasi pater filium flebat

3 Esai. 35, 3 5 Act. 3, 6 sq. 7 Act. 9, 34 9 Act. 9, 40 11 Matth. 3, 9 14 Gen. 37, 31 15 Matth. 26, 60 sq. 17 Ioh. 1, 29 Exod. 12, 4 sq. 20 Matth. 23, 32 21 Gen. 37, 34

3 demissae *P''DO* discussae *N* resolutae *V* 5 clodo *BO* claudo *cet.* ihu *m2 ex* ihm *B* Christi *om. NV* nazarei *B et m1 P* nazorei *V* nazareni *P m2 cet.* 7 paralytico *BVEO* paralitico *cet.* aeneas *BV et m1 P* aenea *P m2 cet.* sanat *BPVP''* sanet *𝔄'* (e *ex* a *m2*) *cet.* 8 ihs xps *P'DT* 9 mortuae thabitha *V* 10 nostri *om. N'DO* Christi *om. ND* 11 dns *N'O* 12 abraae *B* medicamento *B* (i *ex* e) 13 paralyticus *BVEO* paraliticus *cet.* 14 aedi *BP'𝔄''* 16 in *s. u. m2 P m1 T, eras. 𝔄', om. V𝔄''E* 17 aedus *BP'* edus *P''𝔄''* nobis . . . edus *infra in mg. m2 P* agnus *B* (n *s. u.*) 18 peccatum *T* aedus *P'* edus *P𝔄''* 19 acerbauit *B* (*corr. m1*) *𝔄'* (*corr. m2*) *𝔄''E* aceruabit *P* (*corr. m2*) 20 patruum *B* patrum *cet.* 21 suae *om. 𝔄''E* dispendia (di *ex* de) *P*

amissum, quasi propheta lugebat interitum Iudaeorum. denique scidit etiam uestimentum suum, quod in passione domini Iesu factum legimus a principe sacerdotum, in quo esset non priuata persona, sed publici munus officii. et uelum templi scissum est, ut profanata mysteria, nudatum populum salutaribus indumentis, diuisum regnum talibus manifestaretur insignibus destruendum, quia omne regnum diuisum facile destruetur. et uere diuisum, quando id quod erat Christi coepit esse iam diaboli. neque enim poterant indiuisi manere qui a patre filium separabant.

19 Uenditus est ergo Ioseph, ductus in Aegyptum, emptus a 490 A
praeposito coquorum. non otiosa persona, quae cruda ciborum B
coqueret, ut epularentur animi fidei suauitate; nullus enim cibus scientia et doctrina dulcior. erat ante in Aegypto cruda perfidia, quam nullus diuinae cognitionis ardor et uerae scientiae cupiditas nulla mollitierat, non eloquia domini ignita decocserant. uenditus est autem Ioseph in Aegypto, quia Christus uenturus erat ad eos quibus dictum est: peccatis uestris uenditi estis et ideo suo sanguine redemit quos propria peccata uendiderant. sed uenditus Christus condicionis C
susceptione, non culpae peccati pretio non tenetur, quia peccatum ipse non fecit. pretio igitur nostrum debitum, non sua aera contraxit, chirographum sustulit, faeneratorem remouit,

2 Gen. 37, 34 Matth. 26, 65 4 Matth. 27, 51 7 Matth. 12, 25 11 Gen. 37, 36; 39, 1 16 Psalm. XVII 31 CXVIII 140 18 Esai. 50. 1 22 II Cor. 5, 21 23 Coloss. 2, 14

1 profeta *B* 3 Iesu *om.* *N'P'O* 5 ut] et *N'* mysteria ut esse 𝔄' (ut esse *extra u. add. m. ant.*) 𝔄''*E* 7 distruendum *B et (corr. m2) P* 8 distruetur *B et (corr. m2) P* id Π*VDOT* hoc *N'* 9 iam̄ Π*VO* etiam *D* (s. ł iam) *N* 11 et ductus *ND et (in quo om. est) V* 12 cocorum *PN'VD* quoquorum *T'* 13 suauitate (u *pr. s. u.*) *B* 15 perfidia *P* (i *alt. s. u.*) 16 nulla *P* (n *postea add.*) *P''DO* ulla *cet.*, *fort.* nec ... ulla 17 decocxerant *B* (x *ex* s) decoxerant *cet.* 21 non *alt. eras.* 𝔄', *om.* 𝔄''*E* 22 debitum *B* (i *ex* e) 23 chirografum *B* cyrographum *P* cyrografum *N'* feneratorem *libri*

exuit debitorem: unus exoluit quod ab omnibus debebatur. non licebat nobis exire seruitio. suscepit hoc ille pro nobis, ut seruitutem mundi repelleret, libertatem paradisi restitueret, gratiam nouam consortii sui honore donaret. hoc de mysterio. D ceterum quod ad moralem pertinet locum, quia omnes saluos uult fieri dominus deus noster, dedit etiam per Ioseph his qui sunt in seruitute solacium, adtribuit magisterium, ut discerent etiam in ultima condicione posse mores esse superiores nec ullum statum inmunem esse uirtutis, si animus se uniuscuiusque cognoscat, carnem seruituti subditam esse, non mentem multosque seruulos esse dominis liberiores, si in seruitute E positi a seruilibus putent operibus abstinendum. seruile est omne peccatum, libera est innocentia. unde et dominus ait: omnis qui facit peccatum seruus est peccati. quomodo enim non seruus auarus omnis, qui pro exiguo pecuniae lucello se ipsum auctionatur? timet omnia ne congesta amittat qui non utenda congessit, maiore periculo seruaturus quo maiora quaesiuit. quomodo non mendicus cui sunt parua quae possidet? nam etsi mihi diues uideatur, sibi eget, nec F testimoniis sua uota solatur qui quod optat nescit credere. quomodo autem non et ille seruus qui subditus libidini est? primum suis ardet incendiis et pectoris sui facibus exuritur. quibus recte dicit propheta: ambulate in lumine ignis uestri et in flamma, quam accendistis. suscipit omnes

2 Uerg. Ecl. I 40   5 I Tim. 2, 4   13 Ioh. 8, 34   22 Esai. 50, 11

1 et exuit *P* texuit *P'*   debitorem *B* (i *ex* e)   munus *BPP'D* unū *T*   exsoluit *B* (s *s. u.*) *PV𝔄'*   4 hoc *B* (c *s. u. m2*)   mystyrio *B*   5 uult saluos *NVP'P''D*   6 per ioseph etiam *N'VD*   7 solacium *B* (la *s. u.*)   discederent *P* (de *eras.*)   10 non mentem ... seruitute *infra in mg. m2 P*   14 *et* 15 omnis *B* (i *ex* e)   15 omnis auarus *𝔄''ET*   16 locello *BP'P''D et 𝔄' m2* locello *P*   auctionatur *BO et (corr. m2) P* cautionatur *P''*   omnia II *VDOT* enim *N'*   18 quomodo enim non *P'*   pauca *P''*   19 aeget *B et* (a *eras.*) *P*   20 necscit *P* (c *pr. eras.*)   21 est libidini *𝔄''E*   22 pectoris *P* (s *s. u. m2*) *𝔄'* (*s.* o *ras.*) peccati *𝔄''E*   23 profeta *B*   24 flamam̄ *B*   suscepit *P* (*corr. m2*) *VP'*

metus, insidiatur somno singulorum, ut unius cupiditate
potiatur, fit seruus omnium. seruit igitur ac miseram quidem
seruitutem qui ipse sibi dominos facit, ipse uult habere quos 491 A
timeat; nihil enim tam speciale seruitutis est quam semper
timere. ille uero in quauis condicione seruitii semper liber
qui amore non capitur, auaritiae uinculis non tenetur, metu
criminis non alligatur, qui securus spectat praesentia, quem
futura non terrent. nonne tibi uidetur iste in seruitute domi-
nari, ille autem in libertate seruire? seruiebat Ioseph, regnabat
Pharao: beatior huius seruitus quam regnum illius. denique
tota Aegyptus conlapsa esset fame, nisi regnum suum consilio B
21 seruuli subdidisset. habent igitur unde glorientur originis
seruuli; seruiuit et Ioseph. habent unde se consolentur qui
ex libertate in seruitutem aliqua necessitate uenerunt. habent
quod imitentur, ut discant condicionem se mutare posse, non
mores, esse et in uernaculis libertatem et in seruitute con-
stantiam. habent etiam domini quod per seruulos bonos sperent.
Abraham filio per uernaculum inuenit uxorem. benedixit C
dominus domum Aegyptii propter Ioseph, et facta benedictio
domini in toto censu eius et in domo et in agris. et conuertit
inquit [ei] omnia quaecumque erant illi in manus
Ioseph. aduertimus quod ea quae domini gubernare non
poterant seruuli gubernauerunt.

22 Sed quid de priuata domo dispositiones eius seruuli adstruam, D
qui rexit imperium? plus tamen est quod ipse ante se rexit

11 Gen. 41, 55 sq. 18 Gen. 24, 4 sqq. 19 Gen. 39, 5 20 Gen. 39, 5

2 ac *NV* hanc *BPP'DO* per hanc *P''* 6 mundi amore *ed. Rom.*, inlucido *post* amore *add. O m2*, transeuntium *P''* 7 expectat *BP'P''O* expectant *P* (n *eras.*) 12 origine seruili *P'* originales seruuli *N* (serui *E*) *V* 13 se *om. DOT*, *ante* unde *ponit V*, *post* consolentur 𝔄'' consulentur *B*˙ 14 seruitutē *B* (ē *m3 ex* e) seruitute *P''E* 16 uernulis *N* 19 facta *BP''* facta est *cet.* 20 agris *B* (s *s. u.*) agro *O* 21 ei *eras.* 𝔄', *om.* *V*𝔄''*E* omnia *B* (i *s. u.*) 23 gubernarunt *NV* 24 dispositiones *N' et* (es *ex* is) *O* dispositionis *cet.*

et, cum esset decorus aspectu et speciosus facie ualde, uenu-
statem sui uultus non ad alienam diriuauit iniuriam, sed ad
suam seruauit gratiam, hoc se pulchriorem ratus, si non
dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur.
illum esse uerum decorem, qui non alienos oculos caperet
nec fragiles mentes uulneraret, sed iudicia adquireret uniuer-
sorum fraudi nullis futurus, laudi sibi. iam si qua petulan-
tibus aspexit oculis, crimen est solius quae male uidit, non
huius qui male nollet uideri, nec in eo quod uisus est culpa I
est. non erat in potestate seruuli ut non uideretur: maritus
debuit cauere uxoris oculos. si ille nihil timebat de coniuge,
arbitrabatur iste testimonium esse castimoniae, non remissio-
nem incuriae. discant tamen etiam uiri cauere oculos femi-
narum; adamantur et qui nolunt amari. denique adamatus est
Ioseph, qui amantem contemneret. et bene excusauit eum
scriptura dicens: inmisit oculos uxor domini eius in
Ioseph, hoc est: non ipse se ostentauit nec cepit incautam, 49
sed illa retia sua misit et indagine sui capta est, laqueos
23 suos sparsit et suis haesit uinculis. dixit autem illi: dormi
mecum. prima adulterae oculorum tela sunt, secunda uerborum,
sed qui non capitur oculis potest uerbo resistere. suppetit
defensio, ubi adhuc liber affectus est. ideo scriptum est quia
ille noluit. primum igitur mentis congressione superauit
tamquam scuto animi inruentem repellens, deinde sermonem
tamquam hastam uibrauit, ut se illa reuocaret. et dixit B

1 Gen. 39, 6 16 Gen. 39. 7 19 Gen. 39, 7 22 Gen. 39, 8
25 Gen. 39, 8

1 decorus esset *P* speciosa *N'V* 2 ad *s. u. P* deriuauit *V*
3 pulchriorem *P* (m *s. u.*) 7 nulli *NP'* nullus *O* 8 illius crimen
solius (*ex* solus 𝔄' *m2,* solum 𝔄''*E*) est *NV* 9 maleˌ se 𝔄'𝔄'' se male
ET nollit *B et* (*corr. m1*) *P* nolit *V* 11 oculos uxoris 𝔄''*E*
13 uiri cauere etiam *NV* 14 adamantur enim et 𝔄'' 16 eius dni 𝔄''
17 iste *NV* cepit *VEO* cępit 𝔄''*DP* coepit *cet.* 18 indagine *P*
20 secunda *P* (a *m2 ex* um) 21 uerbo *P'* (o *in ras.*) uerbis *NV*
23 congressione mentis 𝔄''*E* 25 astam *P* hastam (h *s. u.*) *P''*

uxori domini sui. recte uxor domini, non ipsa domina dicitur, quae non potuit extorquere quod uoluit impetrare. nam quomodo domina, quae dominandi non habebat effectum, quae disciplinam dominae non tenebat, quae seruulis libidinis incentiua praestabat? ille dominus, qui amantis non excepit faces, qui lenocinantis uincula non sensit, quem nulla mortis formido perterruit, qui maluit liber criminis mori quam potentiae C criminosae eligere consortium. ille liber qui turpe credidit uicem gratiae non referre. denique non ut meticulosus excusat nec tamquam periculi timidus cauet, sed tamquam beneficii erilis et innocentiae suae debitor fugit crimen ingrati peccatique labem et culpae contagium quasi iustus horrescit. tertium spiculum adultera interpellandi adsiduitate uibrabat, sed Ioseph non audiebat eam. habes post prima uerba quid caueas. non solum lubrica, sed etiam procax inportuna petulans est D libido, nec habet quod uereatur adultera. quae dispendia pudoris prima non doluit insidiatur, ut capiat.

24 Denique officii sui et commissi muneris ingressum gratia remotis arbitris ac domesticis adprehendit eum dicens: dormi mecum. excusatur Ioseph scripturae testimonio, quia commissum a domino deserere nequibat obsequium. non enim satis est quod securus sui domus interiora quasi qui capi non posset ingressus est: iustus debuit prouidere, ne furenti copiam E daret et eius illa peccato periret. sed qui aduersari sibi domini sui uidebat uxorem neclecti officii etiam a domino cauere debebat offensam. simul adhuc sermonis, non conprehensionis
25 putabat audaciam. excusatur quod ingressus est, praedicatur

13 Gen. 39, 10   18 Gen. 39, 11 sq.

1 uxori (i *eras.*) *P* uxor *D*   2 impetrare *P''* imperare *cet.*   3 affectum 𝔄' (*corr. m2*) 𝔄''*ET*   6 lenocenantis *B*   uincla *PV*𝔄''*D*   10 cauit *B et* (*corr. m2*) *P*   12 horescit *B*   13 interpellandi *B* (i *alt. s. u.*) *P* (a *ex* e *m2*)   adsiduitate *P* (id *ex* ua)   15 petulans *B* (n *s. u.*)   18 sui *om. P*   muneris *m2 ex* numeris *P*   ingressum *B* (s *s.* m) ingressus *PP''D et* (ū *corr. m2*) *P'*   21 nequibat deserere 𝔄''*ET*   24 et *om. P* (nc *s. u. m2*), ne *D*   25 neglecti *B* (g *ex* c) *cet.*   26 sermonis *B* (i *ex* e)   27 praedicatur *B* (r *pr. s. u.*)

quod elapsus est nec pluris fecit uestimenta corporis quam
animi castimoniam. reliquit tamquam non sua quae adultera
suis manibus detinebat et aliena iudicauit quae tactu inpudicae
potuerant conprehendi. magnus tamen uir, qui uenditus seruile F
nesciuit ingenium, adamatus non redamauit, rogatus non
adquieuit, conprehensus aufugit, qui cum ab uxore domini
conueniretur, teneri ueste potuit, non potuit animo capi ac
ne ipsa uerba diu quidem passus contagium iudicauit, si
diutius moraretur, ne per manus adulterae libidinis incentiua
transirent. itaque uestem exuit, crimen excussit et relictis
quibus tenebatur exuuiis spoliatus quidem, sed non nudus
aufugit, quia erat tectior indumento pudoris; non est enim 49
nudus nisi quem culpa nudauerit. denique in superioribus
habemus quod Adam, posteaquam dei mandata praeuaricatione
deseruit et peccati grauis aera contracxit, nudus erat. unde
et ipse ait: *uocem tuam audiui in paradiso et
timui, quia nudus sum, et abscondi me.* intellexit enim
esse se nudum, qui infulas diuinae protectionis amiserat. et ideo
latebat, quia uestem fidei non habebat, quam utique praeuaricando deposuit. magnam rem uides. ille nudus erat, qui E
tunicam non amisit: iste nudus non erat, qui uestimentis se
exuit, quae in manibus adulterae dereliquit. eadem scriptura
illum nudum adseruit, hunc abnuit. et ideo expoliauit iste se potius quam nudauit, qui incorrupta uirtutum uestimenta seruabat,
expolians se ueterem hominem cum actibus eius, ut indueret
nouum, qui secundum imaginem creatoris in agnitione renouatur:
ille autem nudus remansit, qui se iterum uestire non potuit

10 Gen. 39, 12   15 Gen. 3, 7   16 Gen. 3, 10   25 Coloss. 3, 9 sq.

1 plures *B et (corr. m2) P*   4 tamen Π*DO* quippe *N'* plane *T* (a *ex* e) *V*   seruile tamen *NV*   7 animo capi non potuit 𝔄''*E*   ac ne ipsa . . . *p. 91 u. 3* nudauit *om. V*   8 quidem uerba diu *N'* uerba quid m diu *T*   10 ex•uit *P* (i *eras.*)   11 exubiis *B*   12 qui *N*   14 mandatū *N*   15 contracxit *B* contraxit *cet.*   18 se *om.* 𝔄', se esse 𝔄''*E*, esse *om. T*   20 uides *B* (es *ex* is)   23 hunc (n *s. u.*) *B m3 P m2*   25 eius Π*DOT* suis *N'*

singulari spolio uirtutis exutus. unde pelliciam accepit tunicam, C quia peccator habere non poterat spiritalem. reliquit igitur uestimenta Ioseph et nudauit adulterae inuerecundiam, quae postea latere non potuit.

26 Denique exiuit foras et ipsa adulterii sui temptamenta uulgauit exaltans uocem suam, eo quod relictis uestibus Hebraeus aufugerat. ipsa igitur quod debuerat celare prodebat, ut conposito crimine laederet innocentem. iustus autem accusare D non nouit et ideo inpune hoc inpudica faciebat. illam igitur uere exutam dixerim, etiam aliena uestimenta seruantem, quae omnia amiserat uelamina castitatis, illum satis ornatum, satis defensum, cuius uox non audiebatur et innocentia loquebatur. sic Susanna postea, dum tacet in iudicio, melius est locuta oraculo et ideo prophetae meruit defensionem, quae propriae uocis non quaesiuit auxilium. illum ergo beatiorem dixerim, cum in carcerem mitteretur, quia subibat pro castitate marty- E rium. bonum enim munus pudicitia, sed minoris meriti, cum periculum non habet; ubi uero etiam salutis periculo defenditur, ibi plenius coronatur. inaudita causa, inexplorata fide ueri tamquam reus criminis in carcerem Ioseph mittitur, sed eum dominus nec in carcere deserebat. non turbentur innocentes, cum falsis criminibus adpetuntur, cum oppressa iustitia truduntur in carcerem. uisitat deus et in carcere suos, et ideo F
27 ibi plus est auxilii, ubi plus periculi. sed quid mirum si uisitat Christus in carcere positos, qui ipsum se in suis in

1 Gen. 3, 21 5 Gen. 39, 12 sqq. 13 Sus. 35 (Dan. 13, 35) 19 Gen. 39, 20

5 ipsa *P* (a *ex* e) adulterii *P* (i *alt. postea add.*) 7 haebraeus *BP* celare debuerat 𝔄″*E* 9 no*uit *B* 13 locuta est 𝔄″*E* ẹṣṭ locuta est *T* 15 auxilium non quaesiuit *N'* 16 carcerem *B* (e *pr. ex* i) castitateṃ *B* 18 non habet Π*DO* ạbest *NV* 19 uere *B* (e *alt. ex* i) 21 carcerem *B* (m *exp.*) *PVP'DT* 23 truduntur *P* (ru *in ras.*) traduntur *V*𝔄″*E* carcere (*pr.*) *BP''* carcerem (*alt.*) *P' V et* (m *exp.*) *BP* 24 est plus *N'* ubi plus Π*DO* ubi plus est 𝔄'*T* ubi est plus 𝔄″*E* 25 ipsum[b] se[a] 𝔄' (b a *m2*) se ipsum 𝔄″*E*

carcere clausum esse memorauit, sicut habes scriptum: **in carcere eram, et non uenistis ad me?** quo non penetrat diuina misericordia? inuenit Ioseph huiusmodi gratiam, ut qui fuerat clausus in carcere ipse potius carceris claustra seruaret, 494 cederet munere clauicularius, inclusos omnes potestati eius committeret. itaque non solum Ioseph carcerem non sentiebat, sed etiam alios quoque carceris leuabat aerumna.

6, 28 Huius igitur iniuriae auctor mulier et spadones sunt: sed B mulier est Aegyptiarum, quae procaces cum uiris solent miscere C sermones, lacessere uerecundos, refugientes insequi, pudentes perurguere cum uitia sua non posset defendere, innoxios criminabatur perfidiam admiscens perfidiae, aliena tenens, alios ipsa condemnans, modum nullum ponens furori. quae enim causa crudelitatis nisi quod cupiditatibus suis obsisti uidebat et desideria sua uetita adsensione fraudari? en propter quod aperiatur carcer, ut suscipiat innocentes, soluantur catenae reis, ut inponantur fidelibus, dimittantur ueritatis adulteri, D

29 ut includatur qui adulterium fidei recusauit. de istis uero spadonibus quid dicam? qui exemplo debent esse spadonibus ceteris quod status eorum fragilis et tenuis et in uoluntate regia spes omnis quibus leuis offensa summum periculum

1 Matth. 25, 43 8 Gen. 40, 1 sqq.

1 inclusum 𝔄″ *hoc loco B in mg. m3 habet* sequitur, *quod post* memorauit *praebent P″* et *(del. m1) PO* 3 inuenit *P* (*ex* inuenti) gratia *B* ut *s. u. P* 5 cederet *NV* concederet *B* (con *in mg. m2*) *cet.* munere* 𝔄′ munera *P′* in potestatem *N* 6 ioseph non solum 𝔄″*E* 7 carceris (is *ex* e) *P* 8 mulier spadonis fuit *T et liber Clarae uallis, sed id quod adparet ex eis quae sequuntur u. 14 sqq. praepositi uini et pistorum significantur* 9 mulier est *scripsi* mulieres Π mulier *NV* Aegyptiarum *scripsi* aegyptiorum *libri* solent Π*DO* spoliata 𝔄′*T* solita 𝔄″*EV* 11 perurgere *PVP′P″DT* cum *O m2* con *O m1 P* ne *P* (*ex* non) *D* possit *BP′O et* (*corr. m1*) *P* innoxios *BVE et O m2* innoxiū *P′* innoxius *O m1 cet.* 12 miscens *N* 13 et alios *NV* 14 crudelitatis *s. u. m2 P* 16 aperiatur *P* (a *alt. eras.*) aperitur *DO* soluuntur *P* (*ex* -antur) *D* 18 fidei adulterium 𝔄″*E* 19 exemplū *N* debent *P* (n *s. u.*) 20 ac tenuis 𝔄″

sit, secundae autem res uile ministerium. gloriabatur alter quod esset uini praepositus, alter quod pistorum. uterque offendit missique in carcerem et conmendati sancto Ioseph E ab ipso carceris clauiculario, cum essent illic dies complures, uiderunt somnium. et cum reuiseret eos Ioseph, tristes turbatosque animi offendit, quia turbabantur somnio, cuius interpretem non inuenirent. n o n n e p e r d e u m i n q u i t i n t e r p r e t a t i o s o m n i i e s t? n a r r a t e e r g o m i h i. e t n a r r a u i t p r a e p o s i t u s u i n i s o m n i u m s u u m: e r a t u i t i s i n c o n s p e c t u m e o, i n u i t e a u t e m t r e s r a d i c e s e t i p s a f l o r e n s, f e r e n s g e r m i n a, m a t u r i e t b u t r o n e s u u a r u m e t c a l i x P h a r a o i n m a n u m e a. e t s u m p s i e a m e t F e x p r e s s i e a m i n c a l i c e m e t d e d i c a l i c e m i n m a n u s P h a r a o. e t d i x i t i l l i I o s e p h: t r e s r a d i c e s t r e s d i e s s u n t. a d h u c t r i d u u m, e t i n m e n t e m h a b e b i t P h a r a o p r i n c i p a t u m t u u m e t r e s t i t u e t t e s u p e r o f f i c i u m t u u m p r i s t i n u m e t d a b i s c a l i c e m i n m a n u s P h a r a o. s e d m e m o r e s t o p e r t e m e t i p s u m, c u m t i b i b e n e e r i t, e t f a c i e s i n m e m i s e r i c o r d i a m e t m e m o r e r i s 495 A m e i a d P h a r a o e t e d u c e s m e d e c a r c e r e i s t o, q u i a

2 Gen. 40, 3 sqq., cf. 39, 22   7 Gen. 40, 9 sqq.

1 uili *P''O*   ministerio *P* (*corr. m2*) *P''O*   gloriabatur *BNV* gloriabantur *cet.*   3 missique *P* (s *pr. s. u.*)   4 carceris *B* (i *ex* e)   5 turbatosque *B* (o *ex* u)   6 animo *P'V* animis 𝔄' (s *s. u. m2*) *P''T*   cuius *P* (us *add. m2 in mg.*)   10 conspetu *B*   radices *B* (e *ex* i *m3*)   11 florens *scripsi* flores *cet.*   germina *B m1 NV* germinauit *B m2* (uit *s. u.*) *cet.*   maturos *P* (os *ex* i) matura 𝔄''*E* maturę *O* et maturi *P'*   bytrones *B et m1 P* botrionis *V* botriones *P m2 cet.*   12 pharao *DO* farao *BPV* faraonis 𝔄'*T* pharaonis *cet.*   et sumpsi ... Pharao *om. P''*   *fort.* sumpsi uuam   13 eam *om.* 𝔄''*E*   calice *NV*   et dedi calicem *NV*, *om. BP'*, et dedi *P* (*in mg. m2*) *D* dedique *O*   in manu *N'V*, *om. T*   14 pharao *PDO* farao *BV* faraonis 𝔄' pharaonis *cet.*   15 triduo *PP'P''D*   in mentem (mente *P''V*, *fort. recte*) habebit Π*VDO* memorabitur *N*   farao *BV*𝔄'   17 tuum *om. O*   manu *N*   pharao *PP'DO* farao *BV* faraonis 𝔄' pharaonis *cet.*   18 bene tibi fuerit *N*   19 facias *P*   20 pharao *O* farao *BV* faraonem *cet.*

furto inuolatus sum de terra Hebraeorum et hic nihil mali feci, sed miserunt me in lacum carceris huius. alterius somnium non libet dicere. meministis certe uerborum meorum, quod etiam tunc refugerim eius interpretationem in eo, cuius exitum refugio, mortem horresco. de isto prius dicamus, qui sibi beatus uidebatur, cum esset uini praepositus, et hunc summum credebat apicem omnis potentiae, B
quod regi calicem dabat. haec gloria illius, haec magnificentia in hoc saeculo: hac defraudatus dolebat, huic redditus gratulabatur. sed hoc somnium est et omnis potentia saeculi somnium, non ueritas est. denique per somnium uidit reddi sibi principatum suum. et Esaias dicit ita esse huiusmodi homines, qui in hoc saeculo delectantur rebus secundis. sicut qui in somnis manducat et bibit uidetur sibi cibo aut potu, dum dormit, repleri, sed cum uigilauerit, incipit esurire C
amplius — tunc intellegit quam inanis ille cibus et potus fuerit somniantis —: sic qui in hoc dormit saeculo nec oculos aperit ad mysteria diuina, quamdiu somno grauatur corporis, putat alicuius momenti esse hanc saecularem potentiam — quasi in somnis eam uidet — ubi euigilauerit, deprehendit quam inanis huius uoluptas saeculi sit.

3 Gen. 40, 16 sqq., cf. 19 et 22   5 Calligonum Ualentiniani iunioris eunuchum significat; cf. Augustinus contra Iul. Pelag. VI 14, 41 et Ambrosii epistula ad Marcellinam sororem (XX), in qua (sect. 28) Calligoni mentionem facit   12 Esai. 29, 8

1 furto sublatus *P'* furtiue captus *N*   2 mali *in ras. 2 litt.* 𝔄'' male *PDO*   sed Π*VDO* et *N*   miserunt *B* (nt *m2 s. u.*)   lacum *P* (a *ex* o) 𝔄''*EDO* locum *cet.*   5 horresco *P* (h *s. u. m2*) perhorresco 𝔄''*E*   8 haec (*alt.*) *B* (c *s. u.*)   10 omnis *B* (i *ex* e)   12 suum *B* (u *alt. s. u*)   eseias *B* (a *s.* e *alt. m3*)   dicit *BPVP''DO*, *post* homines huiusmodi *transponit T*, ait *P'*, *om.* 𝔄' (*in quo s. u. m2 add.* astruit) 𝔄''*E*   13 secundis rebus *N'*   14 bibit (i *pr. ex* e) *B*   aut] et *N'*   potu *B* (u *ex* o *m3*)   15 uigilauerit *BP'' et m1 P* euigilauerit *P m2 cet.*   16 et tunc 𝔄' (et *s. u. m2*) 𝔄''*E*   inanis *B* (is *ex* es)   17 in hoc dormit *BVP'P''DOT* hoc indormit *P* indormit hoc 𝔄' indormit in hoc *E* dormit in hoc 𝔄''   20 eam *B m3 NVP''* ea *B m1 cet.*   21 saeculi uoluptas *P'*𝔄''

31 Considera nunc illum uerum Hebraeum, illum non somnii,
sed ueritatis et praeclarae uisionis interpretem, qui de illa D
diuinitatis plenitudine ac libertate caelestis gratiae in hunc
corporeum carcerem uenerit, quem non potuit saeculi huius
inlecebra mutare, non ulla corruptela mundanae uoluptatis
euertere, qui temptatus non decidit, adpetitus non adpetiuit,
postremo adulterina quadam synagogae manu ueste corporis
adprehensus carnem exuit, liber mortis ascendit. calumniata
est meretrix, ubi eum tenere non potuit, quem non carcer
terruit, non inferna tenuerunt. quin etiam quo ueluti puniendus E
descenderat, inde alios liberauit: ubi ipsi stringebantur mortis
32 uincula, ibi laxauit ipse uincula mortuorum. considera ergo
istum Hebraeum dicentem illi praeposito spadonum, qui
contraxerat offensam regiam, quem restituerat muneri suo:
memor esto per temet ipsum, cum tibi bene erit,
et facies in me misericordiam, et memor eris mei.
ideo secundo repetiuit, quia sciebat non recordaturum quid F
euasisset iniuriae, cum potentiam recepisset. ideo secundo
admonuit, quia secundo liberauit, ut si prioris beneficii eum
memoria non teneret, uel posterioris subiret, non despiceret
auctorem salutis suae, non perfida praeuaricatione uiolaret. sed
quod peius est, cito beneficii inrepit obliuio rebus secundis.
redditus officio suo non est memor factus interpretis, sed 496 A

1 Philo de Iosepho 6 (II 46, 7) 3 Coloss. 2, 9 15 Gen. 40, 14 23 Gen. 40, 23

1 uerum *NV* uirum П*D* uirum illum *O* 2 illa diuinitatis 𝔄'' (b a *add. m2*) 3 pulchritudine *PD* ac libertate *NV* ad libertatem (tem *m2 ex* te *P*) *cet.* 6 euertere *ND* euertere* (t *eras.*) *O* euertens *cet.* 7 sinagogae *PP'P''* 8 adpraehensus *B* (us *ex* is *m2*) 9 carcer non *N* 10 quod *B* (d *exp.*) *P* (d *eras.*) *P''* 11 discenderat *B et* (*corr. m2*) *P* 12 uinculo *DO* uinculis 𝔄' (is *ex* a *m2*) 𝔄''*EP'T* considera *P* (o *ex* u) 15 fuerit 𝔄''*ET* 16 facias *P* 18 recipisset *B et* (*corr. m2*) *P* 20 dispiceret (*corr. m1*) *B* (*corr. m2*) *P*𝔄' 21 auctorem *B* (c *s. u.*) perfida *NVD et* (a *ex* ia) *PO* perfidia *cet.* praeuaricationis *P'P''* 22 secundis rebus 𝔄''*E* in secundis rebus *V*

oblitus est eum. sed etsi ille obliuiscebatur, Christus non obliuiscebatur, sed loquebatur ei et per seruulum loquebatur dicens ad eum: memor esto per temet ipsum, hoc est uel officii tui contemplatione quid audieris recordare. sed etsi nunc oblitus es, memor eris mei, ut euadas periculum, qui oblitus es beneficium. tamen elatus potentia non recordabatur. et quanta haec potentia, ubi uini ministerium? en unde B omnis iactantia! quia erat spadonum praepositus, qui uinum poculis regiis ministrabant.

33 Et factum est inquit post biennium. mentior de hoc nostri spadonis tempore, nisi et dies conuenit, quia post biennium recepit officium nec recordatus est, sed admonitus. cognouit enim quod etiam regnum ipsum in hoc saeculo esset somnium qui suo somnio non credidit. didicit etiam regum .... esse somnia nec ipsorum potestates esse perpetuas. sed cito C hunc locum praetereat dolor, ne ipsa commemoratione crudescat; ne ipsius quidem sermonis mei meminisse delectat, quem tunc temporis uel effuderit dolor uel extorserit ecclesiae

34 contumelia. admonitus ergo sui per somnium regis ait: peccatum meum recordor. sera quidem ista est, sed D utinam uera confessio. post peccatum fateris quod ante peccatum cauere debueras. quam cito oblitus fueras memor esto mei. scis nempe tunc temporis hunc fuisse sermonem, sed obtunsas aures habebas fastu potentiae et uini ebrius non audiebas uerba sobrietatis. uel nunc memor esto mei, qui

10 Gen. 41, 1 11 cf. p. 94 u. 5 19 Gen. 41, 9 22 Gen. 40, 14

2 obliuiscibatur *B* loquebatur *B* (*bis* e *ex* i) 7 enunde *T* (n *pr. ex* m) *P''V* inundet 𝔄' (I *ex* •n *m2*) 𝔄''*E* et unde *cet.* 8 praepositus *P* (si *s. u.*) 12 recipit *B* 14 somnium *B* (u *s. u.*) didicit *NV et m2 O* discit *P* (s *s. u. m2*) *D* dicit *O m1 cet.* regnum *P* (n *in ras. ut uidetur ex* i) *O* (n *exp.*) *NVD* 15 lacunam *significaui; excidisse uidetur* dona *uel* beneficia perpetuas *P* (er *in ras.*) 17 mei m̨ęį *B* 18 temporis uel *N* temporis ut *B et m1 PO* temporis aut *PO m2 D* temporis ui *P'* temporis *P''* 19 contumilia *B* 22 ***memor *P* (mei *erasum esse uidetur*) 24 obtunsas 𝔄' (n *del. m2*) obtusas 𝔄''*ET* 25 memor esto Π*VDOT* memento *N'*

peccatum sero fateris. qui rogas serùulum cur dominum negas? inebriare iam non uino, sed sancto spiritu. recordare quid passus sit, cum quo dormisti somnum tuum et somniasti somnium. et ipse praepositus erat et praepositus epularum regis, quae ad opus pistorium pertinebant. sublimem se esse credebat, quia in potestate habebat panem regium: nesciebat E multos anfractus esse huius potentiae. minabatur aliis ipse mox supplicio dedendus extremo nec audiuit eum, qui licet seruulus domini tamen loquebatur oraculum, quod ipsius iussu regis, de quo sibi plurimum blandiebatur, caput amissurus esset, esca auibus derelinquendus. uel hoc te exemplum reuocare debebat, ut perfidiae non crederes. sunt et alia exempla de fastu et fragilitate ministrorum regalium, quae posterioris F temporis historia habet. et Doec praepositus erat et praepositus regis animalium ad disciplinam mulorum, hoc est spadonum animalium. hic quoque sacerdotem domini detulit et regem fraude conmouit in sacerdotis periculum et hic Syrus erat. 497 A. num mentior, quando et patria et facta conueniunt? Aman quoque a cubiculo regis et ipse praepositus, dum inuadere ecclesias domini inproba temeritate contendit populumque fidelem spoliare ac persequi, grauibus sacrilegia suppliciis expendit.

6 Sed reuertamur ad istum uini praepositum, qui quasi multo B ebrius mero beneficii auctorem oblitus est diu, aliquando

3 Psalm. LXXV 6 4 Gen. 40, 16, cf. 19 et 22 14 Reg. I 21, 7; 22, 18 17 cf. p. 94 u. 5 18 Esth. 3, 1. 8 et 9; 7, 10 23 Gen. 41, 9 sqq.

1 seruulum xpi cur *NV* dm̄ *N'* 2 spu sco *P'ET* 3 somnium *B𝔄'* 5 re|gis *B* (re *m3*) ex his *O* sublimen *P''* se *m2 ex* esse *P* 7 amfractus *DT* 9 ipsius *P* (i *alt. m2 ex* u) 10 caput (t *ex* d) *BO* 12 crederis *BV et* (*corr. m2*) *P𝔄'* 13 posterior hystoria (*om.* temporis) *P'* 14 temporis *in mg. m2 P* historiam *B et* (m *exp.*) *P* doec *T* doeţ (c *s.* ţ) *B* docet *PD* donec *𝔄'* doech *cet.* 15 ad disciplinam *ΠD* adicinam *O* adde si placet *NV* m·lorum *P* (u *m2*, a *eras.*) multorum *P'* 16 fraude regem *𝔄''* 18 num *NV* non *ΠDO* 19 a *om. PP'P''D, exp. m2 O* inuaderet *BP''* 21 spoliare *B* (s *s. u.*) 24 aliquando *P* (d *ex* t)

tamen, ut regi prouideret interpretem, non quasi gratus, sed quasi callidus intimauit seriem rei gestae. quo cognito rex quoque eum iussit arcessiri erutumque de carcere interrogauit, si posset interpretari sibi somnium. cuius explanatione delectatus remouit iniuriam, honorem detulit. itaque uidete si non praesentibus et ista conueniunt. iniuria inlata est prius quam cognosceretur a rege, gratia relata, ubi regi est cognitus. ita rex uacat culpa, quia et id quod excepit uir sanctus iniuriae alienum fuit et id quod recepit gratiae regis est proprium.
37 somnium autem et eius interpretatio huiusmodi est: quaecumque inquit facit deus ostendit Pharao. septem uaccae bonae septem anni sunt, et septem spicae bonae septem anni sunt. somnium Pharao unum est. et septem uaccae macrae, quae ascendebant post illas, septem anni sunt, et septem spicae macrae et a uento corruptae septem anni sunt. erit septem annis famis. uerbum autem quod dixi 'quaecumque deus facit ostendit Pharao', ecce septem anni ueniunt ubertatis magnae in totam terram Aegypti; uenient autem septem anni famis post haec et obliuiscentur ubertatem in tota Aegypto. et con-

2 Gen. 41, 14 sq. 10 Gen. 41, 25—32

2 regi *P* (g *del. m2*) 3 arcessiri *BO* arcessi *V* arcersiri *P m1* accersiri *P m2 cet.* erutų tumque *B* (t *pr. eras.*), erutumque *om. N* 4 possit *P* (*corr. m2*) *N'VO* 7 itaque *N'* 8 excepit *NP''* excipitur *V* excipit *cet.* 9 id *NVP'* ideo *cet.* recepit *NP''* requirit *V* recipit *cet.* regis gratiae est *N'* regis est gratiae *T* 10 eius *ex* ius *P* autem eius et 𝔄'' 11 faciet *P* (e *s. u. m2*) *D* pharao *PDO* farao *BV* faraoni 𝔄' pharaoni *cet.* 13 pharao *PP''DO* farao *BV* faraonis 𝔄' pharaonis *cet.* 16 erit enim *P'* 17 famis *B* fames *P''* (e *ex* i) *cet.* dixi *ed. Rom.* dixit 𝔄''*E* dixit farao *B*𝔄'*V* dixit pharao *cet.* 18 deus faciet *P* (e *s. u. m2*) *D* fecit deus *N'* facit deus *T* pharao *PDO* farao *BV* faraoni 𝔄' pharaoni *cet.* 20 uenient *B*𝔄'*VEOT* ueniunt 𝔄'' ueniet *cet.* anni *NV* annis *B* (s *eras.*) *cet.* famis *B*𝔄''*ET et* 𝔄'*m2* fames 𝔄' *m1 P''* (es *ex* is) *cet.* 21 čsumet *P* (č *s. u.*)

sumet famis totam terram et non agnoscetur ubertas terrae a fame, quae futura est post haec; ualida enim nimium. quod autem iterauit somnium Pharao bis, quia uerum erit uerbum a deo et festinabit deus facere illud.

38 Uetus somnium, res recentes. posterioribus priora consumpta sunt et ubi erat ante ubertatis copia, ibi rerum omnium facta est indigentia. quod si quis huiusmodi consilium regi dedisset,
ut aliquid de superiori ubertate posteriori principatus sui F
seruaret aetati, reliquo quoque tempori larga donandi affluentia redundasset. sed inmodica aeui superioris effusio etiam posteriora destituit et homines diripientes uniuersa aliquem Ioseph adhibere nolebant. etsi non ego Ioseph — quis enim istud? —, clamabam tamen uaccas illas pinguis non solum lasciuiam, sed etiam incuriam diuinae significare reuerentiae — de perfidis enim dictum est: tauri pingues obsederunt me et de
Iudaeorum populo scriptum est: inpinguatus et obesus 498 A
factus est et dilatatus est et dereliquit deum, qui fecit eum — et ideo somnium illud redundantiae saecularis perpetuum esse non posse: fore tempus, quo his famis dura
39 succederet. nec tamen hoc somnium uni aut duobus demon-

6 cf. Symmachus epist. X 3, 15 sqq. Ambrosii epist. XVIII 18 sqq. 16 Psalm. XXI 13 17 Deut. 32, 15

1 famis *B* fames *P''* (es *ex* is) *cet.* non *s. u. P* cognoscetur *N'* *et* (a *s.* co) *T* 2 quae *om. N* futura• post 𝔄' (p *m2 in ras.*) est *om.* 𝔄''*ET* ualida est enim *O* nimium ualida (*om.* enim) *P'* 3 pharao somnium *P'* farao *B*𝔄'*V* 4 a *om. V* festinauit *BN et* (*corr. m2*) *P* 5 deus *om. P'* ut faceret *N* 6 recentes *B* (es *ex* is) priora *P* (a *ex* is) 7 antea 𝔄'*ET* abunde *V* 8 regi consilium *N'* 10 tempore *PP'* afluentia *B* 12 distituit *B et* (*corr. m2*) *P* ioseph ei *N* 13 etsi (si *s. u. m2*) *P* quis (*m2* quiuis) enim (sim *s. u. add. m2*) *P* quiuis enim sum *D* istut *B* 14 pingues *B* (es *ex* is) *cet.* 16 pingues *B* (es *ex* is) 17 obesus factus (factus factus *B*) est Π*VDO* incrassatus *N* 18 dilatatus *B* (di *ex* de) deum *N* eum Π*VDO* qui fecit eum Π*VDO* qui fecit illum 𝔄'*T* factorem suum 𝔄''*E* 20 perpetuū *P* (ū *ex* e *m2*) sed fore 𝔄' (sed *s. u. m. ant.*, fore *m2 ex* foret) 𝔄''*E* famis *B* fames *P* (es *ex* is *m2*) *cet.*

stratum arbitror, sed omnibus propositum, eo quod septem anni istius mundi pingues et saeculari ubertate opimi absorbeantur ab illis saeculis, quae futura sunt, in quibus perpetua quies et legis obseruantia spiritalis, quam Ephraem illa tribus patrum deo fructuosa custodiat, bona uacca, non illa corporeo distenta ubere, sed abundans spiritalis lactis et gratiae, super cuius decorem ceruicis deus sedere se dicit, ut scriptum est: Ephraem uacca docta diligere uictoriam, ego autem transiui super decorem ceruicis eius. non ergo inpinguet caput nostrum oleum peccatoris nec falsi fructus delectare nos debent, ne dicatur et de nobis: seminastis inpietatem et iniquitates eius uindemiastis. manducasti fructum falsum, quia sperasti in curribus tuis. nec me mouet quod habet spicas macras et uento corruptas, quia et Dauid tum melior erat, quando sicut aranea tabescebat, et spiritus contribulatus sacrificium dei est et illi praestantiores euadunt quos in hoc saeculo grauibus iniuriis spiritus malignus exercuit.

40 unde magis mystica meruisse praemia Ioseph arbitror, quia de mysticis est locutus. quid enim sibi uult anulus digito eius insertus nisi ut intellegamus pontificatum ei fidei esse delatum, ut alios ipse signaret? quid stola, quae amictus est sapientiae, nisi tributum ei ab illo rege caelesti prudentiae principatum? torques aureus intellectum bonum uidetur expri-

6 Uerg. Ecl. IIII 21 8 Hos. 10, 11 10 Psalm. XXII 5 11 Hos. 10, 13 15 Psalm. XXXVIII 12 L 19 19 Gen. 41, 42 21 Gen. 41, 42 23 Gen. 41, 42

2 istius *B* (i *pr. s. u.*) pingues (es *ex* is) *BP''* 3 perpetua *P* (pe *alt. s. u. m2*) 4 *et* 8 efrem *BV* effrem *cet.* 5 custodit *NV* 8 trituram *E in ras. m2* (*in mg. m2* uictoriam) ego enim *N* 10 capud *P et* (*corr. m1*) *BP''* falsi *P* (fal *s. u. m2*) 11 semenastis *B* 12 iniquitates *B* (es *ex* is *m2*) uindemiastis *B* (e *ex* i) manducastis *P'* (s *alt. exp.*) *V* 13 sperastis *P* (s *tert. s. u. m2*) 𝔄'' (s *tert. exp.*) *V* curribus eius *V* 14 habebat *PDO* spicaṭ *P* (s *m2 s.* t) 15 tunc *NV* 16 praestantiores (es *ex* is) *B m2 P'' m1* 17 iniuriis (i *quart. s. u.*) *B* 18 meruisse *B* (i *s. u.*) 19 analus *P* 21 quid *ex* quod *P*, quid (id *in ras. m2*) 𝔄' 22 prodentiae *B* (v *s.* o)

mere; currus quoque significat fastigium sublime meritorum. quis autem est qui ex gentibus accepit uxorem nisi qui ecclesiam sibi ex nationibus congregauit et suscepit ex ea filium Manassem, per quem oblitus est omnes dolores suos, quos habuit de sacrilegiis Iudaeorum? suscepit alium quoque E
filium Ephraem, per cuius profectum claruit quod suscepta in carne humilitas et diuinitatem non humiliauit et cumulauit gloriam.

1 Denique quicumque famem patiebantur ad Ioseph mittebantur. qui sunt isti nisi de quibus dictum est: c o n u e r t e n t u r a d u e s p e r a m e t f a m e m p a t i e n t u r u t c a n e s? erat autem fames non unius loci, sed totius terrae, quia non erat qui faceret bonitatem. ideo dominus Iesus ieiunia mundana mise- F
ratus aperuit horrea sua et mysteriorum caelestium thensauros scientiae sapientiaeque patefecit absconditos, ut nulli alimenta deessent. dixit enim Sapientia: u e n i t e e d i t e p a n e s m e o s, et ideo ab illo solo dicitur: d o m i n u s p a s c i t m e, e t n i h i l m i h i d e e r i t qui saturatur a Christo. aperuit ergo horrea sua Christus et uendebat non aera pecuniae, sed fidei pretium et deuotionis stipendium quaerens. uendebat autem non paucis in Iudaea, sed uendebat omnibus, ut ab uniuersis nationibus
2 crederetur. e t o m n e s r e g i o n e s u e n e r u n t i n A e g y p t u m 499 A
a d I o s e p h e m e r e; optinuerat enim fames. omnes enim esuriunt quos non pauerit Christus. emamus ergo alimenta,

1 Gen. 41, 43 4 Gen. 41, 51 6 Gen. 41, 52 9 Gen. 41, 55 10 Psalm. LVIII 7 14 Gen. 41, 56 16 Prouerb. 9, 5 17 Psalm. XXII 1 22 Gen. 41, 57

2 accipit ПDO quiạ P (a *exp. m2*) 3 ex nationibus sibi 𝔄''E 4 manassen VP'𝔄''E 6 ephrem 𝔄'E efrem BV effrem *cet.* 7 humilitas P (as *m2 ex* atis) gloriam cumulauit 𝔄''E 10 istis P (s *alt. eras.*) conuertantur P' (e *s.* a) P'' 11 patientur P'' (a *s.*) patiebantur N' 13 faceret B (t *s. u.*) hiesus B 14 te*sauros B (n *eras.*) thesauros *cet.* 15 sapientiaequạe B (a *pr. s. u.*) alimenta B (i *ex* e) 19 uendebat B (e *pr. ex* i) aerę P (a *s.* ę *m2*) 22 regiones B (es *ex* is) 23 enim eos N omnes B (es *ex* is) 24 esurient N pauerit P (i *ex* a)

quibus famem possimus repellere. nemo paupertatis suae contemplatione reuocetur, nemo uereatur qui argentum non habet. non quaerit Christus argentum, sed fidem, quae argento pretiosior est. denique emit eum Petrus, qui non habebat argentum. argentum inquit et aurum non habeo, sed quod habeo do tibi. in nomine Christi Iesu surge et ambula. et propheta Esaias dicit: qui sititis ite ad aquam et quicumque non habetis argentum ite emite et bibite et manducate sine argento et pretio uini. neque enim pretium quaesiuit a nobis qui pro nobis sanguinis sui pretium soluit, quia non auro et argento, sed pretioso nos redemit sanguine. ergo id pretium debes, quo emptus es. etsi ille non semper exigat, tu tamen debes. eme igitur tibi Christum non eo quod pauci habent, sed eo quod omnes habent per naturam, pauci offerunt per timorem. suum est quod a te Christus reposcit. ipse uitam omnibus dedit, ipse pro omnibus mortem suam optulit. solue pro auctore quod soluturus es lege. non mediocris iste contractus est, non omnes eum facile uident. denique illae uirgines in euangelio, quas ueniens sponsus exclusit, ideo foris relictae sunt, quia uenale oleum non emerunt. unde dicitur his: ite potius ad uendentes et emite uobis. et negotiator non inmerito praedicatur, qui uendidit omnia sua et emit margaritam.

8, 43 Et Iacob dixit filiis suis: quare pigri estis? ecce

3 I Petr. 1, 7 5 Act. 3, 6 7 Esai. 55, 1 11 I Petr. 1, 18 sq. 19 Matth. 25, 10 21 Matth. 25, 9 22 Matth. 13, 46 24 Gen. 42, 1 sq.

2 quia *O* 3 quaeritur Chr. argento, sed fide *N* 4 eum *scripsi* eam *libri; cf. u. 13* 6 ihu xpi *N*, *quod praeferendum esse puto* (Ἰησοῦ Χριστοῦ) surge *B* (r *s. u.*) 7 profeta eseias *B* sititis *B* (is *ex* es) 8 habetis *B* (is *ex* es) 9 argento *B* (n *s. u.*) 12 *sq.* debes *B* (es *ex* is) 14 omnes habent. omnes habent *N* sed . . . habent *om. V* 15 offerant *PP'P''* *post* timorem *add.* enim *P* (*in mg. m2*) *T* (*s. u. m2*) *D* 17 obtulit *P* soluc *P* (e *ex* it) 18 legie *B* 19 euangelium *B* (-io *corr. m1*) *P''* 21 his ΠDO eis *NV* 23 margaritam *P* (i *ex* e *m2*) 24 dixit *Costerius* dicit *libri* suis filiis 𝔄'

audiui quia est frumentum in Aegypto. descendite E
illo et emite nobis escas. non semel hoc Iacob dixit,
cotidie omnibus filiis suis dicit, qui serius ueniunt ad gratiam
Christi: quare pigri estis? ecce audiui quia est frumen-
tum in Aegypto. ex hoc frumento granum est quod resurgit.
qui igitur famem sustinet suae segnitiae debet adscribere.
ecce inquit audiui quia est frumentum in Aegypto.
citius utique iuniores aliquid quam seniores audire consuerunt,
dum foris positi multi circumeunt. sed hanc negotiationem
prius senex audit, sed ille senex, in quo est fidei longaeua F
canities, prior senex intellegit, senex, in quo uenerabilis est
senectus et aetas senectutis uita inmaculata. nec omnes hanc
negotiationem suscipiunt nisi filii Iacob et ipsi prouectioris
aetatis. ideo decem pergunt, non pergit iunior. non misit eum
pater, ne contingat inquit eum infirmitas. adhuc obnoxius 500 A
erat infirmitati Beniamin iunior. patriarcha quidem legitur
Beniamin, sed ille ex tribu Beniamin Paulus praefigurabatur.
merito Iacob de eius infirmitate dubitabat. denique infirmatus
est, ut sanaretur: caecitatem passus est, sed haec infirmitas
45 ad salutem. denique illa caecitas lucem adtulit. accepimus
historiam, cognoscamus mysterium. sine Beniamin patriarchae
primo perrexerant, sine Paulo apostoli. uterque non primus

5 Ioh. 12, 24 10 Sap. 4, 8 sq. 13 Gen. 42, 3 sq. 15 Gen. 42, 4 17 Rom. 11, 1 19 Act. 9, 8 sq.

1 est *s. u.* *P* frumentum est 𝔄″ discendite *B* (*corr. m3*) *P* (*corr. m2*) 3 cotidiae *B* 6 segnitiae *B* (e *pr. ex* i) segnitiei 𝔄″*E* 7 audiui inquit 𝔄′, inquit *post* frumentum *transponit* *E* frumentum est 𝔄″ 8 aliqui|id *B*𝔄′ aliqui 𝔄″ *et* (*in quo repetitur* aliqui *post* seniores) *E* consuerunt audire *N′* 9 positis *P* (s *alt. eras.*) multi *BDO et* (*s.* ł multa) *P* multa *cet.* 10 audiuit *VP′E* 11 canitiens *B* (n *alt. eras.*) intellexit *V* *ante alt.* senex *add.* sed ille *NV* est uenerabilis 𝔄″*ET* 13 prouectiores *BP* 14 aetatis *P* (is *ex* es *m2*) decem *P* (em *m2 ex* im) 17 beniamin *pr.* *P* (a *s. u. m2*) praefigurabatur *BN* praefiguratur *cet.* 21 patriarcha 𝔄′𝔄″*P′T*, *om.* *E* 22 perrexerunt *N′* apostolo *P′N* primus *NV* prop ius *P′* (pro *eras.*; *om.* non) prius *cet.*

aduenit, sed arcessitus a primis uberiorem mercem priorum suo fecit aduentu. est inquit frumentum in Aegypto, hoc est: ubi maior fames, ibi maior ubertas est. magnum frumentum in Aegypto. denique et deus pater dicit: ex Aegypto uocaui filium meum. ex isto grano illa fecunditas; neque enim messis esse potuisset, nisi Aegyptii granum ante seuissent. est ergo frumentum, quod nemo ante esse credebat; in hoc frumento negotiantur patriarchae. et illi quidem argentum detulerant, sed bonus Ioseph frumentum dedit, argentum reddidit; non enim pecunia emitur Christus, sed gratia: pretium tuum fides est, hac emuntur diuina mysteria. portat autem frumentum hoc asinus ille ante inmundus in lege, sed iam mundus in gratia.

9, 46 Tenebatur tamen Beniamin iunior et patrio adhuc haerebat adfectu. tenebant eum legis uincula, mos paternus. fames inualescebat, quia sero ueniebat. intercedunt pro eo duo, Ruben et Iudas, hoc est humilitas atque confessio. his uadibus aput patrem utitur, his committitur, quorum unus primitiuus, alius resuscitatus. lex primitiui, euangelium resuscitati. his deducitur Beniamin iunior et bonis odoribus comitatus aduenit portans secum resinam, qua lapides marmorum conectuntur, eo quod praedicatione propria tamquam spiritali resina uiuos lapides etiam iste conecteret: portans etiam mel, quo noxia uulneris interius exeduntur sine acerbitate aliqua sectionis.

4 Matth. 2, 15 (Hos. 11, 1) 12 Gen. 44, 3 Ioh. 12, 14 sq., Zach. 9, 9 15 Galat. 1, 14 Gen. 43, 1 16 Gen. 43, 7 sq. 17 cf. Gen. 29, 32 Philo de somniis I 7 (I 626, 17) 21 Gen. 43, 10

1 arcessitus *BVO* a^{e}rcersitus *P* (c *s. u. m2*) accersitus *cet.* uberiorem *NV* superiorem *cet.* 5 uocaui *B* (i *ex* o) 6 seuissent *B* (i *in ras.*) 7 credebat esse *N* 9 detulerunt *NVP'* 11 fides *B* (es *ex* is) 12 ante *om. N'* 13 in gratiam *B* per gratiam *NV* 14 beniamen *B* adhaerebat *N* 16 roben *B* (v *s.* o *m2*) 17 aput *B* apud *cet.* 19 primitiui *O libri s. Ebulphri, s. Michaelis, s. Albini* primitiua *cet.* resuscitat *P'P''* resuscitatū 𝔄' (ū *m2 ex* i) 𝔄''*ET* diducitur *B et* (*corr. m2*) *P* 20 bonis (i *ex* u) *BP* 24 aliqua acerbitate *N'* (aliqua^{b} sine^{a} 𝔄', b a *m. ant.*) acerūitate *BV et* (*corr. m1*) *P* (*corr. m. ant.*) 𝔄'

talis enim Pauli praedicatio, ut putrem aboleret adfectum conruptumqne euacuaret umorem disputationis suae aculeo, urere magis aegra mentis uiscera cupiens quam secare. incensum orationis et casiam et guttam sepulturae insignia esse Dauid propheta nos docuit dicens: murra et gutta et casia a uestimentis tuis. uenit enim Paulus crucem domini prae- 501 A
dicare, ilicem semper uirentem et nuces, quarum testa durior, fructus tenerior — meritoque uirga sacerdotalis Aaron nucina et Hieremiae baculum huiusmodi —, argentum quoque duplex. non otiosa munera esse quis dubitet, cum et patriarchae uita et apostoli sermo semper uirescat in pectoribus singulorum et eloquium sanctorum sicut argentum igne examinatum praecepti salubris fulgore resplendeat? nec inmerito duplex argentum referunt, in quibus Pauli praefigurabatur aduentus, qui B
laborantes presbyteros in uerbo atque doctrina duplici honore donabat.

Uidit autem illos Ioseph et Beniamin fratrem suum ex eadem matre. iam uidentur Hebraei et uidentur a Christo, qui Ioseph uerus est, quando cum Pauli ueniunt typo, et loquitur illis mitia atque mansueta, ut pariter cibum sumant. supra autem, quia sine Beniamin uenerunt, agnoscebat quidem eos, sed ab his se auertebat, ut scriptum est: et C
loquebatur his dura, quia ipsi non agnoscebant eum a

5 Psalm. XXXXIIII 9 8 Num. 17, 8 Hier. 1, 11 sq. 9 Gen. 43, 11 et 14 12 Psalm. XI 7 15 I Tim. 5, 17 17 Gen. 43, 28 22 Gen. 42, 7

2 umorem *B* humorem *P* (h *s. u. m2*) *cet.* 3 aegrae *P'P''* 4 casiam *P'P''* cass:am *cet.* 5 profeta *B* murra *B* mirra *𝔄'VO* myrra *cet.* casia *P''* cassia *P'* (s *pr. eras.*) *cet.* 7 *fort.* <portans> semper, *cf. p. 104 u. 23* 8 et fructus *𝔄''E* aron *B* nocina *B* (v *s.* o) nucina *P* (*ex* nociua *m2*) nucinea *O* 9 ieremiae *B* baculum *BV* baculus (us *ex* ū *m2*) *P𝔄'* baculus *cet.* 12 eloquiorum *P* igni *P* (ni *ex* ne *m2*) *D* 15 praesbyteros *B* presbiteros *PV* pbros *𝔄'* 17 uidit (i *alt. s. u.*) autem (au *s. u.*) *B* in (*exp. m2*) fratrem *P* 18 uidentur (n *s. u.*) haebraei *B* 19 uerus ioseph *𝔄''* 23 loquebatur *B* (e *ex* i) ipse *P* (*corr. m1*)

quo agnoscebantur. Pauli igitur merito profecerunt, quem
dominus Iesus tamquam iuniorem fratrem ex eadem matre
generatum amplius ceteris fratribus diligebat. aduertant Iudaei
quem dominum negauerunt, qui etiam crucifixus ex synagoga
eorum tamen tamquam ex eadem ortos parente plus diligit,
si uel sero cognoscant suae salutis auctorem. sed propriorum
conscii delictorum non credunt tantam Christi esse miseri- D
cordiam, ut donet peccatum, remittat iniuriam. ideoque prae-
figurabantur in patriarchis quales essent futuri. inuitabantur
ad gratiam, ad salutaris mensae uocabantur conuiuium, et
48 calumniam sibi parari, insidias fieri suspicabantur. et coepe-
runt ad hominem, qui erat supra domum, in ianua domus
causam suam uelle agere. adhuc dubitant introire et ex ope-
ribus suis malunt iustificari qui causam uolunt adstruere
quam gratiam accipere et ideo in portis redarguuntur. qui E
autem fructum uteri uirginalis expectat et hereditatem domini,
filii mercem negotiatur non erubescit in porta, sed in
exitu uitae huius repellit inimicum, ne ad altiora properanti
49 conscius culpae grauioris obsistat. unde mystice illis respondit
maior domus. et is qui sit intellege, cum legeris Moysen
fidelem in tota domo eius. maiores enim domus Moyses Petrus F
Paulus et ceteri sancti sunt, Christus autem solus est dominus.
scriptum est quia Moyses fidelis in tota domo eius
tamquam famulus in testimonium eorum quae

11 Gen. 43, 18 sq. 13 Galat. 2, 16 23 Hebr. 3, 5 sq.

1 proficerunt *B* (*corr. m3*) 2 matrem *B* 5 eorum *om. N'* ex eadem ortos *N'* ex eadem ortus *P* (ex eadem *in ras. m2*) *T* (*s. ras.*) *V* ex adam mortuus *cet.* plus eos *P* (eos *s. u. m2*) *T* (eos *s. u. m1*) 6 priorum *N'* 7 esse *s. u. B* 8 praefigurabantur *B* (n *s. u.*) praefigurabatur *VP'* 9 quales *B* (es *ex* is) 13 suam *om. P'* agere uelle *N* adhuc *B* (h *s. u. m3*) 14 mallunt *B* (l *pr. eras.*) *P* (l *pr. exp.*) causam suam uolunt *N* 15 redarguntur *B et* (*corr. m1*) *O* 17 erubescit *NV* erubiscent *B* erubescent *P* erubescet *D* (-et *ex* -at) *cet.* 20 quis *P' et* (*m2 ex* qui) *P𝔄'* 21 tota (*m2 ex* toto) *P* moeses *B* 22 et paulus *𝔄''EO* 23 sicut scriptum *N'V*; *fort.* scriptum ⟨enim⟩ moises *B* (i *ex* e), *om. PD*

dicta essent, Christus uero tamquam filius in domo sua, quae domus nos sumus, si libertatem et gloriam spei tenuerimus.

50 Hic ergo maior domus respondit illis: propitius sit uobis, nolite timere. deus enim uester et deus patrum uestrorum dedit uobis thensauros in sacculis uestris: argentum uestrum probum acceptum 502 A
habeo. illi enim dixerant: argentum uniuscuiusque in sacculis nostris inuenimus. argentum nostrum ad pondus rettulimus. o magna mysteria et euidenter expressa! hoc est dicere: cur inflamini? argentum uos habere uestrum in sacculis saepius usurpatis? quid enim habetis quod non accepistis? si autem accepistis, quid gloriamini quasi non acceperitis? iam saturati estis, diuites facti estis, qui argentum habere uos creditis, sed argentum uobis deus B
patrum uestrorum dedit. ille deus uester, ille patrum uestrorum deus est, quem negastis. sed ignoscit, sed indulget, sed recipit, si reuertamini. ipse est, qui uestrum non quaerit argentum, suum donat. ipse uobis dedit argentum in sacculis uestris. iam sacculi uestri argentum habent, qui lutum habebant; et ideo uester est qui dicit: conscidisti saccum meum et induisti me laetitia. laetitiae munus est Christus. ipse est argentum uestrum, ipse est pretium uestrum. C
non exigit a uobis dominus Iesus frumenti sui pretium, non

4 Gen. 43, 22 8 Gen. 43, 20 12 I Cor. 4, 7 sq. 21 Psalm. XXVIIII 12

1 dicta (*s. m2* dicenda) essent 𝔄′ dicenda essent 𝔄″*E* dicebantur *T* uero Π*VDOT* autem *N′* 5 uobis Π*VO* uobis dn̄s *D* (dn̄s *s. u.*) uobis ds̄ 𝔄′ (ds̄ *s. u. m2*) 𝔄″*ET* 6 tensauros *B* (n *eras.*) thesauros *cet.* 7 probatum *P″* 8 dixerunt *N′V* uniuscuiusque *B* (us *alt. s. u.*) 9 et argentum *DO* ad pondus argentum nostrum 𝔄″ 10 rettulimus *D* retulimus *cet.* 11 cur argentum *Costerius* 13 accepistis (e *ex* i) *bis B* 14 acciperitis *B et* (*corr. m2*) *P* acciperetis *V* estes *B* 15 quia *NV* uos habere *P′D* creditis *B* (i *pr. ex* e) 17 indulgit *B et* (*corr. m2*) *P* 20 sacculis *B* 22 munus *ex* minus *m2 P* 23 est *alt. om. NVO*

quaerit uestri pondus argenti. argentum uestrum reprobum
51 est, argentum sacculi non est bonum. argentum uestrum
probum acceptum habeo, hoc est: non est illud mate-
riale argentum, sed spiritale argentum uestrum, hoc est
probum, quod fida deuotione quasi Iacob filii detulistis, quod
sine damno datur et sine ullo adnumeratur dispendio, quando-
quidem tali pretio detrimentum mortis excluditur, lucrum D
uitae adquiritur.
10, 52 Parauerunt autem munera, donec introiret Io- E
seph meridie. accelerauit meridiem fides Pauli. ante caecus
erat, postea coepit lumen uidere iustitiae, quoniam qui reuelat
ad dominum uiam suam et sperat in eum, dominus quoque
educet tamquam lumen iustitiam eius et iudicium eius sicut
meridiem. et Abrae quando deus apparuit ad ilicem Mambrae,
meridies erat, cui de praesentia domini lux aeterna fulgebat. F
meridies est, quando Ioseph uerus in domum suam intrat,
ut prandeat. tunc enim plus dies lucet, quando sacramenta
53 celebramus. et intulerunt inquit ei munera. nos munera
inferimus, ille instaurat conuiuium. ille dicit: adponite
panes, quos soli Hebraei sumunt, Aegyptii manducare non
possunt. sed ante conuiuium quanta dignatio! quam usus
istius et sedulitatis et gratiae morale magisterium! adhuc de 503
calumnia, quam sibi a Ioseph fieri putabant, fratres suspecti
erant. ille inuitabat ad prandium: horum nutabat adfectus,
illius perseuerat gratia. primus adpellat, primus interrogat:
54 quomodo habetis? et iterum ait: recte est pater

2 Gen. 43, 22 9 Gen. 43, 24 11 Psalm. XXXVI 5 sq., cf. Sap. 5, 6 14 Gen. 18, 1 18 Gen. 43, 25 19 Gen. 43, 30 20 Gen. 43, 31 sq. 26 Gen. 43, 26

2 saeculi *N* 5 probatum *T* 6 numeratur *N'* (dispendio numeratur 𝔄''*E*) dinumeratur *P'* 7 detrimentum *B* (de *ex* di) lucrum *B* (*s.* u *pr. ras.*) 8 adquiritur *B* (ri *ex* re) 10 meridiem *P* (m *s. u.*) *N* meridie *cet.* 11. uidere lumen *N'* 12 •uiam *P* (s *eras.*) 13 educit *N* 14 meridie *BV* et (t *s. u.*) *B* abrae *B* abrahae *cet.* mābre *P* 16 meridies (i *alt. s. u.*) est (*s. u. m2*) *P* in *eras. P, om. DT* 20 haebraei *P* ebraei 𝔄'

uester senior? superioris est inferiorem ad conloquium
prouocare, dare sermonis fiduciam, quaerere non solum de
55 ipsis, sed etiam de parentibus. respondent illi: recte est
puer tuus, pater noster. ille seniorem dixit, ut honoraret: B
isti puerum nominarunt, ut deferrent humilitatis obsequium,
quod senectus honoratae sit dignitatis, pueritia autem sub-
iecta uideatur et propior uerecundiae quam superbiae.
56 Respiciens autem oculis uidit Beniamin fratrem
suum ex eadem matre. morale est, ut quos diligimus
eos uideamus prae ceteris et quos animi intentio tenet priores
eos obtutus offendat oculorum, siquidem plerumque circa alia
mentis occupatione districti quos habemus ante oculos non C
uidemus. ita duce animo dirigitur noster aspectus. uidit
igitur Beniamin fratrem suum sanctus Ioseph, quem tenebat
animo, quem oculis requirebat, quo absente fratres paene
non uiderat, quia uidere nihil proderat. nec solum uidisse
contentus quasi nesciret interrogauit: hic frater uester
est adulescentior? consuetudo et gratia caritatis est, ut
dilectos nobis non solum oculis, sed etiam sermone teneamus.
agnouerat Ioseph dilectum suum, sed ideo interrogabat, ut D
57 quem tenebat animus uox sonaret. denique non expectauit
ut responderetur, sed continuo benedixit eum et turbatus est
desiderii sui fructu. torquebantur autem uiscera eius,
quia conplectendi eius quem desiderauerat libertas differebatur.
denique ingressus in promptuarium plorauit et lauit
faciem suam et continuit se. grandis amoris aculei cito
corda conpungunt, nisi desiderii frena laxentur. uincebatur E

3 Gen. 43, 27 8 Gen. 43, 28 17 Gen. 43, 28 23 Gen. 43, 29 25 Gen. 43, 29 sq.

4 pater $\overline{nr}$ ($\overline{nr}$ *ex* $\overline{ur}$ *m1* 𝔄′) puer tuus *N′* 5 illi 𝔄″*E* nominauerunt *N* 7 proprior *B et* (r *alt. exp. m2*) 𝔄′ propriȩ *PD* 10 tenet Π*VDOT* habet 𝔄′ (*ex* debet *m. ant.*) 𝔄″*E* 12 destricti *N′V et* (de *ex* di) *T* distracti *P* 13 uideamus *BO et* (a *eras.*) *P* 16 quia ... proderat *om. N′, s. u. T* prodȩerat *B* 21 animo *N* 24 deferebatur *B et* (*corr. m2*) *P* 25 prumptuarium *P* (*corr. m1*) *P″* promtuarium *VO* 26 continuerunt *BP″ et* (*corr. m2*) *P*

adfectu Ioseph, differebatur consilio: ratio cum amore certabat. fleuit, ut amoris pii aestus lacrimis temperaret.

58 Haec moraliter; mystice autem uidit dominus Iesus Paulum — oculi enim domini super iustos — et dixit: hic frater uester est adulescentior? adhuc adulescentior dicitur, qui nondum maturam canae fidei gerebat aetatem, nondum in uirum perfectum excreuerat, in illam, sicut ipse ait, mensuram aetatis plenitudinis Christi. denique adulescens legitur tantum ibi, ubi lapidantium Stephanum uestimenta seruabat. F
et ideo Philemonem non adulescentiae suae, sed senectutis similem esse cupiebat, ut scripsit: magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex. ideo adulescentiores uiduas praedicat declinandas, non propter aetatem, sed propter quandam pubiscentium delictorum lasciuiam inmaturitatemque uir- 504
tutis. ceterum maior in iuuene quam in sene laus castitatis est. puto autem quod a uero non sit alienum, si illud intellegamus, quia, cum hoc Paulus haberet et horreret correptus, quod caecitas accidisset ei, inciperet tamen adpropinquare dicendo: domine, quid me uis facere? ideo adulescentior dicebatur a Christo, ut qui uocabatur ad gratiam excusaretur a culpa, quod ea lubricae fuisset aetatis. denique uidit eum Christus, ubi lux circumfulsit eum, et quia adulescentes metu B
magis quam ratione reuocantur a uitio, adhibuit stimulum et

4 Psalm. XXXIII 16 Gen. 43, 28 6 Uerg. Aen. I 296 7 Ephes. 4, 13 8 Act. 7, 58 11 Philem. 9 12 I Tim. 5, 11 19 Act. 9, 6 22 Act. 9, 3

5 aduliscentior (*alt.*) *B* 6 incanitie *N* (-ię 𝔄'𝔄'') incanae *V* 9 stefanum *B* sthefanum *V* (h *eras.*) seruabat *B* (b *ex* u) 10 filimonem *B et m1* 𝔄' filemonem *P* (e *pr. ex* o *m2*) 𝔄' (*corr. m. ant.*) *OT* senectutis 𝔄' (s *alt. eras.*) 12 sut (s *eras.*) *P* 14 pubiscentium *BP* pubescentium *P corr. m1 cet.* delictorum *B* (de *ex* di) 16 autem] enim *N'* illud si *N'* 17 hic (adhuc *V*) paulus haereret et horrore *NV* 19 mi *B* aduliscentior *B* adolescentior *P* (v *s.* o *pr.*) 20 a gratia *PP'P''D* 22 adolescentes *P* (v *s.* o, te *eras.*) adolescens *D*, *om.* *P''* magis metu 𝔄' (*ex* metus, s *eras.*) 𝔄''*E* metu *om.* *V* 23 reuocatur *PD* reuocabitur *P''* (bi *in ras.*) uocantur *N'* adibuit *B*

59 miseratus admonuit, ne aduersus stimulum calcitraret. turbatus
est autem, sicut habes in euangelio quia turbauit se spiritu,
cum Lazarum suscitaret, et ibi fleuit, ut prius lacrimis suis
mortui delicta lauaret. sed intra fleuit et lauit faciem suam.
caecitas Pauli fletus est Christi: lauat faciem suam, ubi lumen
ei reparatur amissum. lauit faciem suam Christus, ubi bapti- C
zatus est Paulus, per quem dominus Iesus a pluribus uide-
retur. et ideo in conuiuio pars eius quinquipliciter maior effecta
est, quod haberet superioribus anteferri non solum mentis
prudentia, sed etiam militia corporis et gratia castitatis.

60 **Biberunt autem et inebriati sunt pariter cum eo.** D
a principio fidei maior Paulo praerogatiua defertur, de quo
dictum est ad Ananiam: **uade, quoniam uas electionis
est mihi ad sufferendum nomen meum coram gen-** E
tibus. a principio inebriatur ebrietate, sed sobria, ut et ipse
cum sanctis diceret: **et poculum tuum inebrians quam**
61 **praeclarum est!** et scyphus argenteus soli sacco eius in-
seritur. nesciebat hoc Beniamin: fallebatur Paulus, sed uoca-
batur. mittitur post eum mane; nox enim processerat caeci-
62 tatis, dies fidei adpropinquabat. per ordinem singulorum prius
inspiciuntur sacculi. docet te moralitatem scriptura diuina. F
per ordinem ante discubuerunt in conuiuio contra eum, primi-
tiuus secundum aetatem. uides quod seniori locus ille sit

1 Act. 9, 5 2 Ioh. 11, 33 3 Ioh. 11, 35 5 Act. 9, 18 8 Gen. 43, 33 11 Gen. 43, 33 13 Act. 9, 15 16 Psalm. XXII 5 17 Gen. 44, 2 19 Rom. 13, 12 20 Gen. 44, 12 22 Gen. 43, 32

2 habes *B* (e *ex* i) habes et *VT* uides et *N'* spus *P* (s *alt. eras.*) 3 resuscitaret *N'* 4 intra se 𝔄'𝔄''*VT et* (se *s. u. m2*) *E* intro *P''* 5 lauit *B m3* 𝔄''*E* lauat *B m1 cet.* 6 lauat *PP'P''D* 7 dominus Iesus *om. N'* 8 et *om. N'V* quinqu*pliciter *P* (i *eras.*) quincupliciter *P m2 in mg. D* 10 gratia *m2 ex* gaudea *P* 11 biberunt *P* (bi *ex* be) illo *P'* 13 annaniam *PD* 15 ebrietatae *P* (et *s. u.*) 16 di*ceret *B* (s *eras.*) et *om. PP'D* 17 praeclarū (ū *m2 ex* us) *PV* scyfus *B*𝔄' 18 infallebatur *PD* 19 praecesserat *P* (prae *ex* pro *m2*) *NVDO* 20 singulorum *B* (n *s. u.*) 23 uides *B* (es *ex* is) seniori *NV et* (i *postea add.*) *O* senior *cet.* illi *P* (i *alt. ex* e) *P'D*

deferendus. per ordinem iterum requiruntur sacculi singulorum, ut scias electum Paulum caelesti esse iudicio. discussit ceteros, hunc praetulit. in nullius alterius sacco scyphus inuentus est argenteus nisi istius. quid sibi uult quod insertus est sacculo? Ioseph quidem inebriauit ut falleret, scyphum 505
misit ut fratrem quem diligebat pia fraude reuocaret, sed refulgent mysteria diuina.

63 Hoc inuenit in nobis Christus argentum, quod ipse donauerit. habemus naturae argentum, habemus et gratiae. natura opus est creatoris, gratia munus est redemptoris. etsi non
possumus uidere dona Christi, ille tamen donat et operatur B
occulte et donat omnibus, sed seruare paucorum est et non amittere. non omnibus tamen donat omnia. triticum multis datur, scyphus uni, qui prophetico et sacerdotali donatur munere. non enim omnis, sed propheta dicit: calicem salu-
64 taris accipiam et nomen domini inuocabo. in corpore igitur Pauli iam doctrinae caelestis adloquium refulgebat, cum esset eruditus in lege. sed quia adhuc iustitiae dei sub-
iectus non erat, intra saccum erat scyphus, doctrina intra C
legem, lucerna intra modium. missus tamen Ananias, qui benedictionem daret, manum inponeret, saccum solueret. sacco soluto reluxit argentum et decidentibus squamis uelut quibusdam sacci uinculis statim uidit. uinculum eius perfidia erat, absolutio eius fides facta est. et ideo tamquam soluto sacco, hoc est deposito legis uelamine, quod supra cor est positum
Iudaeorum, conuersus ad dominum, liber a nexu adeptus D

1 Gen. 44, 11 sq. 5 Gen. 43, 33 15 Psalm. CXV 4 (13) 20 Matth. 5, 15 Act. 9, 12 et 17 22 Act. 9, 18 25 II Cor. 3, 13 sqq.

1 differendus Π 2 Paulum *om.* 𝔄″*E* 3 scyfus *B*𝔄′ scypus *V* 4 argenteus inuentus est *N* 5 sacculus Π*D* scyfum *B*𝔄′*V* 8 donauerat *N* 14 scyfus *B*𝔄′*V* prophetico *B* (e *m3 ex* y) 15 omnes *PNVD* salotaris *B* (v *s.* o *m2*) 16 inuocabo *B* (b *ex* u *m2*) 19 scyfus *B*𝔄′*V* syphus *P* 20 tamen est *T* autem est *PD* 22 relusit *P* (x *s.* s) 24 fides *B* (e *ex* i *m3*) soluto *NVP′O* solutus *cet.* 25 quod (d *s. u.*) *B m1 P m2* positum est supra cor 𝔄″*E*

gratiam libertatis ait: nos itaque omnes reuelata facie gloriam dei speculantes ad eandem imaginem reformamur. soluto enim calciamento legis nudo uestigio liberi sermonis euangelium praedicabat. tenebant eum Iudaei et inpedire cupiebant, sed ubi in eiuṣ sacco argentum resplenduit, sciderunt uestimenta sua et reuersi sunt retro. libera enim pro Christo Pauli praedicatio nudauit populum Iudaeorum et omnem eorum rescidit gratiam, ideoque retro regressi E
sunt, qui ante se uidere non poterant. retro redeunt qui Christum amittunt. denique et in euangelio, cum corriperent ad mortem dominum Iesum, redeuntes retro ceciderunt in terram. merito retro reuertebantur, qui in terrenam labem ab illa caelesti gratia recidebant. nolebant igitur moraliter redire sine fratre, mystice sine Paulo reuerti, quo amisso adserebant in maerorem deducendam parentis populi senectutem. et ideo F
Iudas apud Ioseph remanere cupiebat, ne uideret mala, quae inuenerunt patrem suum, hoc est iam praeuidebat et cauere cupiebat mala, quae uentura erant populo Iudaeorum. sed cum adhuc haec ipsa non esset in typo illo principum populi Iudaeorum libera praedicatio, fleuit Ioseph, hoc est in illo plorauit Iesus.

Et iussit omnes recedere, ut cognosceretur a fratribus; non 506 AB
uenerat enim, sicut ipse ait, nisi ad oues, quae perierunt

1 II Cor. 3, 18 5 Gen. 44, 12 sq. 8 Gen. 44, 13 10 Ioh. 18, 6 16 Gen. 44, 32 sq. 20 Gen. 45, 2 23 Matth. 15, 24

1 libertatis *P* (t *pr. in ras.*) omnes *om. N* reuelata *P* (ta *ex* tā) 3 nodo *BP* 4 eum *P''D* enim eum *N* tamen eum *V* enim *cet.* 5 eiūs *B* (i *s. u.*) argent•um *B* (e *eras.*) 7 enim ΠDO ergo *NV* 9 quia *Uindobonensis 1067* iam uidere *V* 10 et *om. P''* 12 terra *PD* terrenam *P* (e *alt. s. u. m2*, n *in ras.*) 13 recedebant *B* (e *alt. ex* i *m2*) *PP''D* decidebant *cet.* 14 sine (*s. u.*) suo fratre *P'* reuerti *om. E* 16 cupiebaṇt *P* 17 inuenirent *P'P''O* imminerent *T* iam *in ras. P* 19 non esset *om. N'*, non esset in *s. u. T* principium *BV et* (i *tert. exp.*) *PD* 23 uenerat *P* (ne *s. u. m2*) iṇuenerat *B*

domus Istrahel. et emittens uocem cum fletu ego sum inquit Ioseph; adhuc pater meus uiuit? hoc est: expandit manus suas ad populum non credentem et contradicentem, non legatum neque nuntium quaerens, sed ipse dominus saluum facere uolens populum suum. ipse qui loquebar adsum inquit et palam factus non quaerentibus me adpareo his qui me non interrogabânt. quid igitur aliud tunc clamauit nisi: ego sum Iesus, cum a principibus Iudaeorum <temptatus> interrogantibus: tu es filius dei? responderet: uos dicitis quod ego sum, cum Pilato diceret: tu dicis quia rex sum; ego in hoc natus sum, cum principi sacerdotum dicenti: adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius dei, referret: tu dixisti. amen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis et uenientem cum nubibus caeli. hoc est ergo quod ait: ego sum Ioseph, ego sum diuinae potentiae. adhuc pater meus uiuit? hoc est: ego patrem non nego, ego fratres agnosco, si aut uos fratrem aut pater filium recognoscat. adhuc ergo populus meus uiuit, de cuius populi familia fratrem mihi elegi?
68 accedite ad me, quia ego ad uos adpropinquaui et eo usque, ut per carnis susceptionem facerem me uestrae consortem naturae. nolite uel participem fugere uestrae societatis,
69 si non agnoscitis auctorem salutis. et accesserunt inquit ad illum, et dixit: ego sum Ioseph frater uester, quem uos tradidistis in Aegyptum. nunc ergo no-

1 Gen. 45, 3   4 Psalm. XXVII 9   5 Esai. 52, 6   6 Esai. 65, 1   8 Ioh. 18, 5 et 8   10 Ioh. 18, 37   12 Matth. 26, 63 sq.   22 Gen. 45, 4   25 Gen. 45, 4 sq.

1 istrahel *B* isrł *cet.*   5 ipse Π*VDO* ego *N*   loquor *V*   adsum Π*VDOT* ecce adsum *N'*   6 apparui *P*   8 a *om.* *T*   temptatus *addidi*   interrogatus *P'*   10 quod] quia *T*   11 *post* sum *add.* ut testimonium perhibeam ueritati *P* (*s. u.*) *D*   14 tu dicis *V*   20 pater *ex* patrem *P*   23 *post* usque *repetunt* adpropinquaui (appr. 𝔄''*E*)*NV*   24 participem *P* (ci *ex* ce *m2*)

lite maesti esse neque uobis durum uideatur, quoniam hic me uendidistis; ad uitam enim misit me deus ante uos. quam fraterna pietas, quam dulcis germanitas, ut etiam parricidale excusaret admissum dicens diuinae illud prouidentiae fuisse, non inpietatis humanae, quando- F quidem non ab hominibus oblatus ad mortem, sed a domino missus ad uitam sit. quid aliud habet illa domini nostri Iesu Christi, qui fratres omnes pietate superauit, in cruce positi intercessio pro plebe dicentis: pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt? quid aliud illa appellatio sanctitatis in medio discipulorum dicentis: pax uobis: ego sum, nolite timere? et cum conturbati et conterriti existimarent spiritum uidere, iterum dixit ad illos: quid turbati estis et quare cogitationes ascendunt in corde uestro? uidete ecce manus meas et pedes meos, quia ego sum ipse. palpate et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere. haec ergo iam tunc futura posterioribus temporibus mysteria reuelata sunt.

O Denique ipsis exprimuntur sermonibus, ut ipsum esse intel- 507 A legamus et qui ante in Ioseph et postea in suo locutus est corpore, quandoquidem nec uerba mutauit. ait enim tunc: nolite maesti esse et infra: ascendite ad patrem meum et dicite illi: haec dicit filius tuus Ioseph: fecit me deus dominum totius terrae Aegypti. et

9 Luc. 23, 34 11 Ioh. 20, 19 Luc. 24, 36 13 Luc. 24, 38 sq. 23 Gen. 45, 5 et 9

2 hục 𝔄''*E* enim uestram misit *NP''* 3 dn̄s *P''D* 4 diceṇṣ *P* (it *s.* ẹṇṣ) dicit *D* 5 illut *B* 7 sit ad uitam 𝔄''*E* aliut *B* illa *exp. m2 P, om. D* 8 omnes *P* (s *s. u. m2*) 9 intercessio *P'P''T* intercessio illa *cet.* ignosce *N'* 10 faciant *B* (ant *in ras. ex* unt, *ut uidetur*) aliut *B* 12 turbati *VP'* 13 se spiritum *NVP'D et* (se *s. u. m2*) *O* 14 cogitationes *P* (es *ex* is *m3*) corde uestro *BV* corda uestra *P* (*ex* corde uestro) *cet.* 18 mysteria *B* (e *ex* i *m3*) misteria 𝔄' 20 ex ipsis 𝔄'' 21 in *pr. om. BP''*, *s. u. P* 23 et *s. u. BP*

n euangelio ait: nolite timere. ite nuntiate fratribus neis, ut eant in Galilaeam, et ibi me uidebunt. ›t infra ait: data est mihi omnis potestas in caelis ›t in terra, hoc est dicere: diuinae hoc fuit dispositionis, ıt acciperem potestatem, non acerbitatis humanae. non obicit ıcelus qui enumerat praemium. quod autem habet in Genesi: ıd uitam enim misit me deus ante uos reddit in ›uangelio dicens: docete omnes gentes, baptizantes ›as in nomine patris et fili et spiritus sancti; haec ›nim est merces et uita sanctorum, quod etiam alios redenerunt. illud quoque aduerte non otiose scriptum in Genesi: ›t eris prope me, tu et fili tui et filii filiorum ;uorum; hoc est enim quod dixit in euangelio: ecce ego ıobiscum sum omnibus diebus usque ad consumnationem saeculi. quam euidens quoque illud mysterium, ȷuod ueluti conpleto omni mandato fratrem suum Beniamin ımplectitur Ioseph et cecidit super collum eius, sicut conpleto ›uangelio Paulum Christus amplectitur quibusdam misericordiae ›uae bracchiis, ut interna opinione curuatum uelut a collo in ›aelum erigat. unde et ille erectus a Christo ait: nostra ıutem conuersatio in caelis est.

Et gauisus est Pharao, quod Ioseph agnouisset fratres suos. unde et uulgata est uox in domo Pharao et hortatus est

1 Matth. 28, 10 3 Matth. 28, 18 7 Gen. 45, 5 8 Matth. 28, 19 12 Gen. 45, 10 13 Matth. 28, 20 16 Gen. 45, 14 17 Act. 20, 37 20 Philipp. 3, 20 22 Gen. 45, 16 sqq.

1 euuangelio *P* 2 et *exp. m2 P, om. DO* 3 omnis *B* (i *ex* e) caelis *BP''* caelo cet. 5 acerbitatis *ex* aceruitates *P* 6 habetur *𝔄'* (ur *s. u. m2*) *𝔄''E* 7 enim uestram misit *𝔄''E* redit *N'* 9 eos *NVP'* filii *B* (i *tert. s. u.*) *cet.* 10 est *s. u. O, om. N* redimerunt *P'' et* (*corr. m2*) *P𝔄'O* redimerent *V* 11 illut *B* 12 me tu *P* (e *et* tu *m2*) fili *B* filii *cet.* filii *s. u. P* 14 sum *s. u. m2 P* consumationem *P* 15 illut *B* 16 cōplectitur ioseph (ioseph *om. E*) beniamin *𝔄''E* 18 xps paulum *N'* misericordiae *B* (i *pr. ex* e) 19 bracchiis *B* brachiis *cet.* ut *P' m2* et *P' m1 cet.* opione *B* 20 erigit *𝔄''ED et* (it *ex* at) *P𝔄'* 22 farao *B𝔄'* 23 diuulgata *NV* farao *B* pharaonis *NP''*

sanctum Ioseph, ut fratres suos inuitet, ut ueniant cum patre,
et mandat inpleri eorum sarcinas tritico et in uehicula dari. E
unde haec humanitas barbaro, nisi illud ostenderetur magnum mysterium, quod iam non inuidet ecclesia, cum redimuntur Iudaei, et populus Christianus hac adiunctione laetatur et quibus potest subsidiis iuuat et mittit euangelizantes regnum dei, quo maturius euocentur? quibus dantur
75 binae stolae. et allegat Paulum, cum eius dicta depromit, cui trecenti aurei et quinque stolae diuersi coloris conferuntur a Christo. trecentos aureos habet qui crucem praedicat Christi,
ideoque ait: *neque enim iudicaui scire me aliquid inter* 508 A
uos nisi Christum Iesum et hunc crucifixum. et bene aureos accipit, quia non in suasoriis sapientiae uerbis, sed in ostensione spiritus praedicabat. quinque autem stolas accipit uel sapientiae multiplicis disciplinas uel quod nullis sensuum corporalium captus inlecebris ubi aliis periculum illic teneret uictoriam, qui omnes uoluptates carnis singulari continentia et uirtute superaret, cuius ingenium studiumque nulla corporis
hebetaret infirmitas, qui, cum esset in corpore, corpus se B
habere nesciret. denique raptus in paradisum siue in corpore siue extra corpus nesciens audiuit uerba ineffabilia, quae loqui homini non liceret, qui postremo terrenum nihil oleret in terris, sicut ipse docet dicens: *quia Christi bonus odor*

6 Luc. 8, 1 7 Gen. 45, 22 9 Gen. 45, 22 11 I Cor. 2, 2 13 I Cor. 2, 4 20 II Cor. 12, 2 sqq. 23 II Cor. 2, 15

2 in *BT*, *del.* *P'* *m2*, eras. *P*, *om. cet.* 4 mysteriū *P* (iū *in ras.*) quod iam ΠDO quoniam *NV* 5 cristianus *BP* 8 allegat *O* aligat *B* alligat *cet.* 11 ideoque *P* (que *s. u. m2*) scire me Π*DO* me scire 𝔄' (me *s. u. m. ant.*) 𝔄''*ET* scire *V* 13 accepit *P''* (e *ex* i) *O* (*corr.* accipit) *NV* humanae sapientiae 𝔄''*ET* 15 multiplicis *PD et m1* *BP''* multiplices *B m3 P'* *corr. cet.* 16 aliis *P* alius *D* alii *VP'*𝔄''*E* 17 quia *BP'P''O et* (a *eras.*) *P* uoluptates *B* (es *ex* is) 19 hebetaret *P* (e *alt. m2 ex* i) habitaret 𝔄' (*corr. m2*) *V* corpusque *P* (que *s. u. m2*) *D* et corpus *P'* 20 denique . . . nesciens *om. PD* 21 corpore nesciens (i *s. u.*) *B* 22 nihil terrenum 𝔄''*E*, terrenum *om. P''*

76 sumus deo in his qui salui fiunt. praecellit igitur Paulus et eius exuberat portio, sed tamen habent et alii praedicatores gratiam suam. binas stolas accipiunt. quas? illas utique, de C quibus dubitare non debes, quia legisti de Sapientia dictum: binas uestis fecit uiro suo. una est mystica, moralis altera. sed non omnes apostoli, non omnes prophetae, non omnes pastores, non omnes uirtutes, non omnes habent gratiam curationum, non omnes linguis loquuntur. ubi diuersa praemia,
77 merita diuersa. et praemittuntur et patri munera. filius honorat patrem, Christus populum suum inuitat promissis, inuitat D muneribus. portant haec munera illi asini inutiles et laboriosi ante, nunc utiles, portant in typo Christi munera portaturi in euangelio munerum largitorem.

huic nostro officio decerpitur. haec enim uera est sacerdotis
fuga, abdicatio domesticorum et quaedam alienatio carissimorum,
ut suis se abneget qui seruire deo gestit. recte ergo fugaces
fugacibus commendauit aeternae legis sanctio, ut qui hunc
mundum obliti sunt eos recipiant qui peccata sua conde-
mnantes atque opera obliuionem uitae superioris expetant et
saecularia quae gesserint abolere desiderent. fugitans igitur C
est suorum sacri altaris eius minister. unde dominus quasi

2 Luc. 18, 29 3 Gen. 12, 1 5 Hebr. 7, 10 7 Luc. 9, 23 10 I Petr. 2, 9 11 Galat. 4, 4 Rom. 11, 5 17 Philo l. c. 17 (559, 21) 24 Matth. 12, 48, cf. Philo l. c. 17 (559, 17)

1 *fort.* ⟨qui⟩ ut 3 et *PC om. cet.* 5 leui *PC''T* leui• *𝔄'C* leuim *V𝔄''* leuin *cet.* 8 se *A m1 PVC𝔄* semet *A m2* (met *s. u.*) *cet.* 10 sit *A* (*s. u. m2* ł est) ẹṣṭ (*s.* sit) *T* sit *in ras. 𝔄''* 11 adoptione *APV𝔄'C''* adoptio *𝔄* adoptionis (*om.* in) *T* 13 profectio *P' et* (i *eras.*) *E* profecto *𝔄''* perfectio *cet.* propositum est *V et* (est *s. u.*) *C* 15 neç *AP* 16 cultu *C'* 19 se seruire *A* (se *del. m2*) *C* (se *eras.*) *P* 20 in (*del. m2*) hunc *A* 21 condempnantes *PC* 22 expetant *𝔄* expet•nt *C* (a *eras.*, u *s. ras.*) expetunt *T* (*ex* expectant) expectent *𝔄'* (*m2 ex* expectant) expetent *E* exoptent *𝔄''* expectant *cet.* et *A* (*s. m2* ł ac) ac *T*

princeps sacerdotum formam Leuitis in euangelio dans suo dixit: quae est mater mea aut qui sunt fratres mei? hoc est: non agnosco matrem, non recognosco fratres, ignoro proximos. mater mea et fratres mei hi sunt qui audiunt uerbum dei et faciunt. solum ergo uerbum dei nouit minister, cum eos nouit in quibus operatur dei uerbum. et ideo exul est mundi: fugitans corporis, fugitans passionum abdicat se omnibus, ut solus remaneat, sicut Helias dixit: et ego relictus sum solus. sed non erat solus, cum quo erat Christus. et ipse dominus relictus est solus, sed non sum inquit solus, quoniam pater mecum est.

8 est etiam illa causa quia Leuitae ministri sunt dei. et ideo ipsorum ciuitates fugientibus homicidis per legem deputantur, quia ipsis ius est diuina mandata exsequi circa eos qui crimen mortale admiserint. nescit ecclesia publicare leges suas: nouit, ut dominico sacerdos oboediat imperatu. audi Leuitam dicentem: tradidi huiusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. percussus igitur Leuitico gladio moriatur sensus carnis in nobis, ut uiuat anima nostra. nisi enim sensus carnis occiderit, nullus esse potest uitae fructus aeternae.

9 Sex autem ciuitatum refugia sunt ita, ut prima ciuitas sit cognitio uerbi et ad imaginem eius forma uiuendi. quicumque

4 Luc. 8, 21 9 Reg. III 19, 14 Philo l. c. 17 (559, 42) 11 Ioh. 16, 32 17 I Cor. 5, 5 22 Philo l. c. 18 (560, 9)

2 et qui *P'C''* 4 mea *C𝔄''*, *om. cet.* 6 uerbum dei *P'C'* 8 qui abdicat 𝔄''*E* abdicat (ns *s.* t *m2*) *P* 10 xps erat *C''* erat ds *C'* erat ipse dns (ipse dns *s. u. m2*) *C* 12 quia *A* (*s. m2* ł qua) quia (i *s. u.*) 𝔄*T* 13 homicidiis *A* (i *ult. s. u. m. ant.*) 𝔄'' (i *ult. exp.*) 14 ipsis ius (*s. m2* ł ipsius) *A* ipsius 𝔄' (*m2* ipsorum) *V*𝔄𝔄''*EP'* ipsis (*ex* ipsius) est ius (ius *s. u*) *T* circa eos *s. u. P* 15 publicare *AP* publicas *cet.* 16 imperatu (*s. m2* ł to) *A* imperatui *VCC'C''* imperat… *T* imperatore 𝔄 imperio 𝔄' (*ex* imperatu) 𝔄''*E* 17 huiusmodi hom… nem *P'* 18 ihu *AP*𝔄𝔄'*CC''* 20 ut *A* (*s. m2* ł et) et 𝔄', *om.* … 21 potest esse 𝔄'' fructus uitae *P'T* fructus *s. u.* 𝔄' 23 co… tatio *A m1 D* recognitio *A s. m2 T*

enim eam cognitionem fuerit ingressus tutus a poena est secundum quod et dominus ait: iam uos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis. et alibi: 421 A haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum deum et quem misisti Iesum Christum. haec igitur ciuitas uelut metropolis, cui adiacent aliae quinque ciuitates Leuitarum. secunda est ciuitas consideratio diuinae operationis, qua creatus est mundus. tertia ciuitas est contemplatio potestatis regiae et maiestatis aeternae. quarta ciuitas propitiationis diuinae contuitus. quinta ciuitas legis diuinae contemplatio, quae praecipit quid faciendum sit. sexta quoque ciuitas portio legis, quae praescribit quid non faciendum sit. quanta abundantia diuinae misericordiae, quantae diuitiae B pietatis eius, ut singulorum studia fragilitatesque humanae condicionis considerans, quibus et inuiti ac reluctantes ad culpam ducimur et non uoluntaria delicta uicti inlecebris frequenter committimus, diuersa nobis refugia proponeret, sex uidelicet urbium, ut quo numero mundus formatus est, eodem numero aduersus mundana uitia et saeculi huius naufragia remedium prouideretur!

10 Primum igitur remedium, ut si cui boni propositi uiro C culpa inrepsit, is sine ulla conperendinatione, si perfectam uelit habere securitatem, ad ipsam rerum arcem omnium

2 Ioh. 15, 3 4 Ioh. 17, 3

5 dm̄ uerum *VN* 6 haec est 𝔄 ciuitaſs est *V* (est *s. u. m2*) quinque (*s. m2* ł quoque) *A* quoque *VN* queque *T* 8 est *om. VN* 9 potestatis *N* (p *ex* c *corr.* 𝔄′) *T* ciuitas *A* (*s. m2* potestatis) ciuitatis *cet.* 13 misericordiae] iustitiae (*in spatio min. m. ant., fort. in ras.*) *A* (*s. m2* misericordiae) 14 fragilitatisque *A* (ł e *s.* i *tert. m2*) *C′* (*corr. m2*) *P* 17 proponeret *V𝔄C* proponere *A* (*s. m2* ł praeponeret) *PC′C″* *et* (*ex* praeponeret) *T* proponat 𝔄′ (*m2 ex* proponere) 𝔄″*E* 18 formatus (*s.* for *m2* ł fir) *A* 21 est remedium 𝔄′ (est *s. u.*) *C* (est *s. u. m2*) 𝔄″*E* si cui *C et* (cui *ex* cut *m2*) *C′* sicuti *PC″* si 𝔄″*E* sicut 𝔄′ (cut *eras.*) *cet.* 22 irrepserit 𝔄″*E* is *A* (his *m. ant.*) *P* (ita *m2*) *T* (is *eras., s.* ita) 23 omnium arcem 𝔄″*C″E*

properet, ubi uerbum est dei in illo sinu patrio, id est arcano ac recessu dei, ubi est fons sapientiae, unde pro morte uitae aeternae hauriat potum inmortalem. secundum est remedium, ut qui non potest cognitionem boni illius praelibare et tardior uel ingenio est uel fidei conprehensione, quoniam ueloci D mentis uigore atque ingenii acumine ad cognitionis summa contenditur, saltem opera domini consideret atque ex his quae facta sunt tanti contempletur operis auctorem, quoniam ex his bonis, quae sunt in constitutione istius creaturae — bona enim ualde, sicut dominus dixit, — bonum illud summum atque aeternum conprehenditur. qui ordo rerum, quae disciplina, quae gratia? nonne his quamuis tardum ingenium diligere auctorem suum prouocatur? etenim si parentes, quia nos E genuerunt, amamus, quanto magis diligere debemus creatorem parentum auctoremque nostrum! ergo operatoria uirtus dei. etsi non uidetur, tamen ex suis operibus aestimatur operatoremque opera sua produnt, ut intellegatur qui non conprehenditur. unde et dominus ait: s i m i h i n o n c r e d i t i s, u e l o p e r i b u s c r e d i t e. bona igitur etiam haec ciuitas ad refugium, quae aedificatoris sui testificatur gratiam et affectum nostrum excitat, ut eius simus cupidiores qui tantam nobis F fabricae huius uideatur contulisse pulchritudinem. tertius ordo est regalis potestatis contemplatio, ut subiciamur regi, si non deferimus tamquam parenti. metu enim praesidentis plerumque fit oboediens potestati qui est salutis ingratus, ut necessitatem sobrietatis agnoscat qui noluit ac nequiuit gratiam pietatis

9 Gen. 31 18 Ioh. 10, 38 25 Uerg. Aen. X 666

1 proponeret *A* (*s. m2* ł properet) 4 cognitionē *A* (ē *ex* e) 7 saltī *A* (ī *ex* ē) saltim *V*𝔄𝔄'*ĖT* 8 contempletur operis aucto[rem] *in ras. m2 A* 9 quae *del. m2 A, s. u. T* 10 ualde sunt 𝔄' (sunt *s. u.*) 𝔄''*EP'* illum *P* (*corr. m1*) *AC'*, *om. C''* 13 prouocantur *P* (n *exp.*) *C'C''* quia̧ *A* qui 𝔄*T* 16 uide*tur *A* 24 deferimus honorem *T* praesidentęs *A* (i *s.* ę) 26 sobrietatis *A* (*s. m2* ł tas) *T* (ti *s. u.*) qui *A* (*s.* i *m2* ł e) quę (*corr.* qui) *T*

agnoscere. corrigit ergo necessitas quem pietas prouocare debuerat.

11 Hae sunt tres ciuitates trans Iordanen perfectiori prudentiae ad refugium datae, ut primo culpam fugiamus inductione animi conformes ad imaginem dei. ita enim creati sumus dicente deo: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. haec ergo primae illius lex ciuitatis est. deinde si per fragilitatem carnis et mundi inlecebras ita 422 A
mentem nostram formare non possumus, reuerentia paternae generationis et sedulitate prolis peccatum leuemus; caritas enim multitudinem peccatorum operit. qui ergo ad imaginem dei esse non potuerit sit ad plenitudinem caritatis. illa ciuitas culpam excludit, haec soluit. haec denique lex secundae ciuitatis: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota uirtute tua. sed si rursus angusti animi et minuti sunt qui abundantiam caritatis et B
gratiam recipere non possunt, habes tertiam ciuitatem, ut diuinae potestatis formido te sobrium faciat et inflectat metus. et haec lex tertia: dominum deum tuum adorabis et ipsi soli seruies. haec igitur praecipuae uirtutes et ideo paucorum, non plurium supra Iordanen positae, ut exprimas quasi imago archetypum, diligas quasi filius patrem, adores

12 quasi subditus regem. qui autem Iordanen transierint — C

6 Gen. 1, 26 10 I Petr. 4, 8 14 Deut. 6, 5 19 Matth. 4, 10

1 agnoscere ... pietas *in mg. m2 A* 3 haec 𝔄*C''E* iordanem 𝔄''*EP'T* 4 inductioni *A* (*s. m2* ł ne) 5 conformes *A* (*s. m2* ł is) *T* (es *ex* is) conformis *VN* 6 dno 𝔄*T* 7 primę *A* (a *s.* ę *m2*) prima *T* illius ⁄· lex ciuitatis ⁄· est *A* (⁄· *m2*) illius lex ciuitatis est *PCC'* illius lex est ciuitatis *V* illius ciuitatis lex est *N* lex est illius ciuitatis *T* lex primae illius ciuitatis est (est *s. u.*) *C''* 12 potuerit 𝔄'' (u *s. u.*) poterit *C'C''*. 13 lex est (est *s. u. m2*) *C* ciuitatis est (est *s. u. m2*) 𝔄' 16 ⁄· angusti ⁄· animi *A* (⁄· *m2*) animi angusti *T* 17 possint *C* 18 formido *om.* 𝔄''*E* 19 est lex *C* (est *s. u. m2*) *T* 20 illi *VCC'P'* haec *A* (c *exp. m2*) 𝔄' (hęe *m2*) hae *cet.* 21 iordanem 𝔄''*C''EP'T* *post* Iordanen *add.* autem *s. u. P* (*m. ant.*) *T*

Iordanis autem descensio eorum dicitur —, qui descenderint ergo ex illis superioribus uirtutibus ad haec inferiora, id est in quibus integritas caritas humilitas uacillauerit, habent propiora homini refugia quae petant, ut qui obnoxii delictis et inflexi uitiis sunt non uoluntariis sperent dominum sibi reconciliari posse, si ueniam petant, sperent posse corrigi, si praecepta sequantur caelestium testamentorum, quibus aut informamur ad innocentiam aut reuocamur a culpa. haec igitur intra Iordanen ciuitates sequentes sunt, ut propitiemus nobis D deum, sequamur quae iubet, uitemus quae prohibet. sit ergo propitiandae diuinitatis ambitio, sequendae praeceptionis oboeditio, interdictae praeuaricationis cautio, quibus propitiatoriam dei misericordiam et nomotheticen eius prouidentiam uel institutorum obsequio uel interdictorum declinatione ueneremur.

13 Quartum superest quod de morte summi sacerdotis ait: quia usque ad illud tempus erit in ciuitate refugii E homicida ille, donec moriatur sacerdos magnus, in quo secundum litteram haeret interpretatio. primum ipsa fuga sorte magis quam aequitate alicuius examinis definita, dein in causis paribus inpar euentus; poterat enim fieri ut post homicidae illius refugium sequenti die obiret magnus sacerdos. quae autem sub incerto sententia? ergo quia haeret

1 Philo Legg. alleg. II 22 (I 82, 46) 15 Philo de profugis 20 (561, 48) 16 Iosue 20, 6 22 Philo l. c. 20 (562, 11)

1 iordanes 𝔄 et (-is *corr. m2*) 𝔄' dr̃ *ex* ds̄ *P* 3 habet *A* habent (ent *ex* et) *V m2* 𝔄 *m3* 𝔄' *m1* 4 propriora *A* (*s. m2* ł propria) *et* (r *alt. del.*) *PV*𝔄𝔄' propriora *T* (or *s. u.*, r *alt. exp.*) *C''* propria *C*𝔄'' 6 reconciliare *C'* *et* (i *s.* ę *alt.*) *AC* se posse *A* (se *s. u. m2*) *T* posse se *VN* 7 sequuntur *A* sequantur *P* (q *ex* c, a *s. u. m. ant.*) secantur *C''D* 8 ad culpā *A* (ā *ex* a *m. ant.*, *s. m2* ł a culpa) ad (d *eras.*) culpa 𝔄', *fort.* ab culpa haec *A* hae *cet.* 9 iordanem *VC'T* 10 sit *ex* sint *uel* scit *P* 12 cautio• *P* 13 ut (*s. u. m2*) et *A* nomotheticen *A* (no *ex* ne) 𝔄 (*s. m3* legislationem) nomothedicen *N'* 14 instauratorum *A* (*s. m2* ł institutorum) *C* (*s.* ł institutorum) *PC'C''* 20 dein *scripsi* de *PC'C''* deinde *A* (inde *s. u. m2*) *cet.* 21 cohiberet (*s. m2* obiret) *A* 22 sacerdos *P* (o *ex* u) quia (a *s. u.*) adhaeret *A* non adhaerentes *T*

littera, quaeramus spiritalia. quis est iste magnus sacerdos
nisi dei filius, uerbum dei, cuius aduocationem pro nobis
habemus apud patrem, qui exors omnium est uoluntariorum F
et accidentium delictorum, in quo consistunt omnia quae in
terra sunt et quae in caelo? uinculo enim uerbi constricta
omnia sunt et eius continentur potentia et in ipso constant,
quoniam in ipso creata sunt et in ipso inhabitat omnis
plenitudo. et ideo omnia manent, quia dissolui illa non sinit
quae ipse constrinxit, quoniam in eius uoluntate consistunt;
omnia enim quoad uult suo imperio cohercet et regit et
naturali concordia ligat. uiuit igitur dei uerbum et maxime
in animis uiuit piorum nec umquam moritur plenitudo diui-
nitatis. numquam enim moritur sempiterna diuinitas et aeterna
dei uirtus. sane moritur nobis, si a nostra anima separetur, 423 A
non quo morte corrumpatur, sed quo dissoluatur atque exuatur
mens nostra ab eius coniunctione; mors enim uera est uerbi
et animae separatio. denique statim incipit anima peccatis
patere uoluntariis.

Habemus haec genera non adumbrata, sed expressa uirtutum B
in apostolo dicente eo: ita quod in me est, promptus
sum et uobis, qui Romae estis, euangelizare. non
enim erubesco euangelium; uirtus enim dei est in
salutem omni credenti, Iudaeo primum et Graeco.

6 Coloss. 1, 16 sqq. 11 Philo l. c. 21 (563, 27) 16 Philo l. c. 21 (563, 31) 20 Rom. 1, 15 sq.

1 litterae *A* (e *alt. add. m2*) *T* littera ē 𝔄 (ē *s. u. m3, om.* haeret) 2 dei *pr. s. u. m2 A* 3 est omnium 𝔄''*E et* (est *s. u.*) *T* 5 terris 𝔄''*E* 6 omnia sunt *A* (*m2*) sunt omnia *T* 7 sunt *PCC'C''* sunt omnia *A* (omnia *s. u. m2*) *V* (sunt *eras.*) *NT* inhabitat *A*𝔄*CC''* *et* (in *s. u.*) *C'* inhabitabat *P* habitat *cet.* 10 omne *PCC'* omnia (*s.* omne) *T* quoad *A m2* (a *s. u.*) quod *A m1 PCC'C''* quoạd *T* cohercet *A* (*m2 ex* coheret) coercet 𝔄' 11 uerbum dei *N* 12 plenitudo . . . enim moritur *om. PC''* 14 separetur *A* (ł a *m2 s.* e *alt.*) *PC* separa-tur *cet.* 15 exuratur *A* (*s. m2* ł exuatur) *P*𝔄 *et* (r *pr. eras.*) *P'* 20 est *om. C''P'* promtus *A* 21 ịn uobis *A* ·uobis *C*

iustitia enim dei in eo reuelatur, id est in eo qui credidit. denique addidit: ex fide in fidem, sicut scriptum est; iustus autem ex fide uiuit. in quo igitur iustitia dei reuelatur nisi in eo qui conformis est imaginis C filii dei? habes primum praeceptum ad imaginem dei. secundum quia inuisibilia dei per ea quae facta sunt intelleguntur, id est sempiterna uirtus eius et diuinitas operibus eius cognoscitur. haec est operatoria uirtus. tertium de imperiali potestate, quia uerbum dei regale est et iudiciale et plenum iustitiae sacerdotalis, remunerationem bonorum actuum et retributionem malorum uenturis in iudicium suum seruans, de quibus dicit apostolus: scimus autem quoniam iudicium dei est D secundum ueritatem in eos qui talia agunt. itaque qui ueritatem et iustitiam dei cognouit non debet ea agere quae morte digna sint. sequitur bonitas dei propitiatoria utique, de qua dicit: an diuitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis ignorans quoniam bonitas dei ad paenitentiam te adducit? id est: debet te adducere. prouocat te quia bonus est deus, ut sperare possis tuorum peccatorum indulgentiam; non uult enim uindicare E qui est paratus ignoscere. subtexuit etiam legislationem, id est nomotheticen, ut si quis contemplatione diuinae bonitatis resoluitur et magis ad neglegentiam quam ad paenitentiam

2 Rom. 1, 17 6 Rom. 1, 20 12 Rom. 2, 2 16 Rom. 2, 4

1 qui *A* (*s. m2* ł quod) *T* (*ex* quod) 2 credit *C'P'* ex fide in fidem *A* (*s. m2* ł in fide ex fide) in fide (fidem *VT*) ex fide *V𝔄𝔄'T* ex fide in fide *E* 4 conformis *A* (i *ex* e *m2*) 5 primum *del. m2 A* dei *del. m2 A*, *om. VN*, *add. s. u. T* 6 quia (*s. m2* quam) *A* 7 et *s. u. m2 A* 10 remunerationē et *A m2 et* (nē *ex* nis) 𝔄 et remunerationē *T* 11 uenturi *A et* 𝔄' (-ris *m2*) *P* (s *postea add.*) uenturi 𝔄*E* dicit] ait *VNT* 12 est et *A* (et *exp. m2*) *C* (et *eras.*) *P* 15 sunt *C''𝔄''DET* 17 ignorans *A* (n *alt. eras.*) *T* ignoras *cet.* 19 *ante* quia *add.* ut *VN* ut *A* (*s. u. m2*) *PCT*, *om. cet.* 20 none *A* (e *eras.*) 22 nomotheticen *C* (o *pr. in ras.*) nemotheticen *C''* (*corr. m2*) nomothedicen *N'*

prouocatur, legem sequatur, quoniam et quicumque inquit sine lege peccauerunt sine lege et peribunt et quicumque in lege peccauerunt per legem iudicabuntur.

Lex autem gemina est, naturalis et scripta: naturalis in corde, scripta in tabulis. omnes ergo sub lege, sed naturali, F sed non est omnium, ut unusquisque sibi lex sit. ille autem sibi lex est qui facit sponte quae legis sunt et in corde suo scriptum opus legis ostendit. habes quae bona legis sint, quae tamen non solum scire uel audire perfunctorie, sed etiam facere debemus; non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur; cognouisti etiam quae mala. primum natura ipsa boni operis 424 A magistra est. scis non furandum et seruum tuum, si furtum tibi fecerit, uerberas et si quis ad uxorem tuam affectauerit, persequendum putas. quod ergo in aliis reprehendis ipse committis: qui praedicas non furandum furaris, qui dicis non adulterandum adulteras. secuta est etiam lex, quae data est per Moysen, per legem autem agnitio peccati. accepisti etiam quid declinares et ea agis quae prohibita cognoscis. lex autem quid operatur nisi ut omnis mundus subditus fieret B deo, quia non solum Hebraeo lata est, uerum etiam aduenam uocauit, quae non exclusit proselytum. sed quia lex os omnium

1 Rom. 2, 12 6 II Cor. 3, 3 11 Rom. 2, 13 23 Augustinus contra duas epist. Pelag. IIII 11, 30 (lex os . . . conuertere)

1 ět *om. PC'C''T, fort. recte* quicumque . . . peribunt *in mg. m2 T* 2 et *pr. om. PCC'', s. u.* 𝔄'' 5 est *PCC'C'', s. u. m2 V, postea add. T, om. AN* 6 omnes ergo *A* (⁄ *m2*) ergo omnes *T* omnes . . . naturali *om. PC''* naturalis 𝔄 *et* (s *eras.*) *A*𝔄' 7 lex sit sibi 𝔄' sibi sit lex *V*𝔄''*C''ET* autem *s. u. m2 A* 9 sint *A* (sunt *m2*) sunt *C'C'EP'T* 14 **est 𝔄' (ad *eras.*) 15 tibi *del. m2 A, s u.* 𝔄''*T, om. C* uerberas *A* (s *ex* t) ad *om. PC'', exp. T* 20 quid *A* (*s. m2* ł quod) quod (i *s.* o) *T* ea *A* (a *s. u.*) eam *T* cognoscis *A* (osc *s. u.*) 21 subditus fieret 𝔄'' 22 data *P* lata *T* (d *s.* l) 23 excludit 𝔄 proselitum *libri* et lex *A* (et *s. u. m2*) *VCC'N et* (et *del.*) *T*

potuit obstruere et non potuit mentem conuertere, ideo ultimum remedium postremae illius ciuitatis debebatur, in quo esset refugium salutare, ut mors principis sacerdotum ab omni nos mortis liberaret formidine atque exueret metu.

16 Qui est ille nisi de quo lectum est: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi? quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae. accipe autem quia ipse est princeps sacerdotum magnus. pater iurauit de eo dicens: tu es sacerdos in aeternum. recte in aeternum, quia alii temporales omnes sub peccato, hic autem inpraeuaricabile habet sacerdotium. omnes sub morte, hic autem semper uiuens, quoniam qui saluare alios potest ipse perire quemadmodum posset? talis enim inquit nobis decebat. recta est elocutio, siquidem apud eos qui uerborum et elocutionum dilectum habuerunt, huiusmodi inuenitur dicente aliquo: locum editiorem quam uictoribus decebat. quod ideo non praeterii, ut sciamus quia apostolus naturalibus magis quam uulgatis aut secundum artem utitur uerbis. talis ergo inquit nobis decebat princeps, sacerdos, iustus, sanctus, innocens, inmaculatus, segregatus a pecca-

(Marginal letters: C beside "ecce agnus dei,"; D beside "talis enim inquit nobis decebat. recta")

5 Ioh. 1, 29 6 Rom. 3, 25 10 Psalm. CVIIII 4 14 Hebr. 7, 26 17 Sallust. Hist. I 98 *D.* (I 140 *M.*) apud Arusianum Messium Gramm. Lat. VII 465 *K.* (adde Seru. ad Uerg. Aen. VIII 127); cf. Buecheler Mus. Rhen. XXXXIII 293 19 Hebr. 7, 26

1 obstruere et *PC''* *et* (et *s. u.*) *T* obstrueret *A* (t *eras.*, *restituit* t *m2 et s. scripsit* ł re) obstruere *cet.* 4 mortes 𝔄' (*corr. m2*) morte *D et* (mortis *corr.*) *T* liberaret et *A* (et *s. u. m2*) *D* (et *exp.*) *T* exureret *A* (r *pr. s. u. m. ant.*, *s. m2* ł exueret) 5 qui *P*𝔄 *m1* 𝔄' *m1 C'* quis (s *s. u.*) *AV et* 𝔄' *m2* 𝔄 *m3* quis *cet.* dictum *V* 6 peccatum *APV*𝔄'*CT* peccata *cet.* preposuit *P* 9 princeps est 𝔄''*C'* sacerdotum ... recte *om. VN*, *in mg. m2 T* deo (*om.* de) *APC*, de eo *om. D* 14 decebat nobis *T* *post* decebat *add. A s. u. m2* ut esset pontifex 15 et apud *A* (et *s. u. m2*) *VNT* 16 delictum *A* (*s. m2* ł dilectum) *PC'C''* dilectum *D et m1* 𝔄𝔄' studium *T in ras.* delectum 𝔄 *m3* 𝔄' *m2* *cet.* a quo *V* quodam *T* alio *N* 17 loco *N'*

toribus et excelsior caelis factus. hoc est igitur uerbum, quod supra caelos habitans inluminat omnia. unde E
et unctus naturaliter legitur a deo patre, quia lumen est uerbum, quod inluminauit omnem hominem uenientem in hunc mundum. hoc est uerbum dei, in quo est magnum sacerdotium, cuius Moyses in illo uestimento principis sacerdotum indumenta describit intellegibilia, quod uirtute sua induit mundum et tamquam eo amictus fulget in omnibus. induit etiam cognationem generis humani per huius corporis susceptionem ad dominum dicens .... et inenarrabilem caritatem infundens se omnibus spiritu et plenitudine diuinitatis suae, F
de cuius plenitudine omnes accepimus, ut sciamus supereminentem scientiae caritatem Christi et inpleamur in omnem plenitudinem dei. caput est enim omnium Christus, ex quo totum corpus producitur et mutua sibi conexione coniungitur incrementum sui aedificatione caritatis accipiens. hoc est igitur uerbum, quod supereminet, quod Moysi in illius arcae testi- 425 A
monii aedificatione dicit: et inmittes in arcam testimonia quaecumque dabo tibi et facies inpositionem propitiatorii et infra: inpones propitiatorium super arcam desuper et inmittes testimonia quae dabo, et inno-

3 Act. 4, 27 Ioh. 1, 9 6 Exod. 29, 5 sqq. 11 Coloss. 2, 9 12 Ioh. 1, 16 Ephes. 3, 19 14 Ephes. 4, 15 sq. 17 Exod. 25, 15 sq. 20 Exod. 25, 20 sq.

4 uerbum *A* (*s. m2* ł uerum) *PCC''* uerum *cet* inluminauit *A* (*s. m2* inluminat) *PV𝔄* inluminat *cet., recte puto* ueniens *VP'E et* (uenientem *m2*) *P𝔄'C* (uenientem *m3*) *𝔄* 9 etiam] enim *VC'* cognitionem *P𝔄''C''E* cogitationem (cognationem *m2*) *V* per] pro *P* susceptioneṃ *P* 10 ad dnm dicens *A* (*del. m2*) *P* (*exp.*) *C'C''*, *om. cet.* *lacunam post* dicens *significaui; excidit fort.* corpus aptasti mihi (*Psalm. XXXVIIII 7 Hebr. 10, 5); de ceteris quae sine dubio interciderunt coniecturam facere non audeo* 16 aedificationē *A* (ē *ex* e *m2*) *V𝔄T* in aedificationem *𝔄'* (in *s. u. m. ant*) 18 aedificatione *A* (*s. m2* ł nē) aedificationeṃ *T* dicit *A* (*s. m2* ł dicitur) dicitur *CC'T* et *scripsi* ei *A𝔄C, exp. V, del. 𝔄 m3, om. cet.* inmittis *𝔄 et* (*corr. m2*) *A𝔄'* (*corr. m1*) *V* 20 archam *A𝔄* 21 dabo tibi et *T*

tescam tibi inde et loquar tibi desuper, hoc est: inde
ubi supra caelos est, ubi apud patrem est, inde tibi loquar.
4,17 Accedamus itaque fidei suffragio subnixi et eius remigiis B
eleuati ad illam sedem gratiae, fugientes hoc saeculum et
eius contagionem. hoc est autem fugere: abstinere a peccatis,
ad similitudinem et imaginem dei formam uirtutum adsumere, C
extendere uires nostras ad imitationem dei secundum mensuram
nostrae possibilitatis. uir enim perfectus imago et gloria est
dei. unde et dominus ait: perfecti estote, sicut et pater
uester, qui in caelis est, perfectus est. hoc est igitur
similem esse dei, habere iustitiam, habere sapientiam et uirtute
esse perfectum. deus enim sine peccato, et ideo qui peccatum
fugit ad imaginem est dei. non est igitur dubium quod is D
qui a peccato abstinet fugit. unde et apostolus clamat: fugite
fornicationem. persequuntur enim nos peccatorum inlecebrae,
persequitur libido: sed tu fuge tamquam furiosam dominam,
quae si conprehenderit, nec die nec nocte requiescere sinit,
exagitat, urit, incendit. fuge auaritiam, ne te interius conpre-
hendat. fuge perfidiam, ne te suis inuoluat retibus. unde et E
dominus ait: cum autem persequentur uos in ciuitate
ista, fugite in aliam. amen dico uobis, non consum-
mabitis ciuitates Istrahel, donec ueniat filius hominis.

8 Sir. 34 (31), 10 9 Matth. 5, 48 14 I Cor. 6, 18 16 Cic. de sen. 47 20 Matth. 10, 23

1 innotes*cam *A* (ł car *s.* cam *m2*) innotescar *T* 2 super 𝔄'' 4 leuati *N'* subleuati *P'* refugientes *PC''* 7 et extendere 𝔄 11 dei *s. u. m2 A, om. PCC'C''* uirtute *PCC'C''* in uirtute *A* (in *s. u. m2*) *cet.* 12 enim est 𝔄' (est *s. u. m2*) 𝔄''*E* peccato est *C* (est *s. u.*) 13 dei est *CC''*𝔄'' his *P* (h *exp.*) 𝔄 14 est abstinens 𝔄' (est *s. u. m2*) 𝔄''*E* 15 persecuntur *P*𝔄𝔄'*C* 16 tamquam] quasi *CC'C''* 18 *post* conprehendit *add.* α fuge inuidiā quae non solum alienos: uerum multo magis eum quem possederit lacerare consueuit 19 ne te**suis *A* (in *eras.*) 20 ciuitatem istam *A* (m *exp. bis m2*) 21 *post* aliam *add.* quodsi in alia persequentur uos fugite in aliam *A s. u. m2 VNT* (quodsi in aliam 𝔄 (m *exp. m. ant.*) 𝔄' (m *eras.*) *E*. uos *om. T, in E haec transposita post* amen dico uobis) 22 ciuitates *A* (*s. u. m2*) *P* (*s. u. m1*), *om. C* israhł *P* israhel *V* isrł *cet.*

etenim quamuis propter infirmitatem carnis fugam nobis suadere
uideatur, tamen melius fugit qui fugit inlecebram saecularem,
ut non teneatur diuitiarum suarum sollicitudine, non thensauri
contemplatione, non uitae istius cupiditate, sed directa animi
intentione festinet ad gloriam regni caelestis, properet ad F
coronam nec terrenorum contuitu a sui corporis passione
reuocetur.

18 Fuga ergo mors est uel celebrata uel adumbrata. et forte 426 A
illas exprimit refugii legitimi ciuitates, ut fugiamus ad uirtu-
tum culmina, quas pro praemiis bono faeneratori alibi dispensat
dicens: quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem
habens supra decem ciuitates. lex VI nouit ciuitates:
sed quia legem impleuit qui potuit dicere: non ueni soluere
legem, sed implere, perfectiorem numerum remunerationis
19 indulget. non ergo erubescamus fugere; gloriosa enim haec B
fuga est fugere a facie peccati. sic fugit Iacob matre suadente;
dixit enim Rebecca: exsurgens fuge in Mesopotamiam.
sic fugit et Moyses a facie regis Pharao, ne eum aula regia
coinquinaret, ne inretiret potentia. denique pretiosius Aegypti
diuitiis aestimauit obprobrium Christi. sic fugit etiam Dauid
a facie regis Saul, a facie Abessalom. denique fugiens addebat
incrementa pietatis, qui et insidiatori pepercit et parricidae
salutem rogauit. sic fugit populus Hebraeorum, ut fides eius
et uita inter fluctus sibi aperiret uiam. fuga illa erat trames C
innocentiae, uirtutis uia, pietatis adsumptio. audeo dicere

11 Luc. 19, 17 13 Matth. 5, 17 17 Gen. 27, 43 18 Exod. 2, 15 20 Reg. I 19, 18 II 15, 14 23 Exod. 14, 5

2 qui fugit *s. u. m2 A* 3 thesauri *libri* 9 confugiamus *VNDT* 10 feneratori *libri* 12 supra *APCC'* super *cet.* sex *ed. Rom.* quinque *libri* (V *fuit in archetypo*) 13 soluere legem *AN'T* legem soluere *cet.* 14 adimplere *A* (ad *s. u. m2*) *P'T* 15 ergo] enim *A* (*s. m2* ł ergo) *PC''* 16 fugere (re *s. u. m2*) *AC* fuge *PC'* matre sua dicente *N'* 17 mesopotamiā *A* (ā *m2 ex* a) 18 farao *A* (*s. u. m2* ł nis) *PV𝔄* pharaonis *C''P'T* 20 aestimauit *A* (-ret *corr. m. ant.*) 21 abessalom *P* abessalon *AVC' et eras.* (*s. m2* absalo) *C* absalon 𝔄 *et* 𝔄' (*ex* abessalom) *cet.* 23 rogauit *A* (*s. m2* ł inrogauit) irrogauit *T* (ir *eras.*) fugit et *VNT*

sic fugit et Ionas in Tharsis non corporis fuga, sed mentis ascensione, qui usque ad Christi ascendit similitudinem, ut fieret typus Christi. sicut enim Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit inquit et filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus. nam si sic non fugisset, numquam de uentre ceti esset auditus.

20 Sed si dubitas, doceat te Rebecca quam beata sit fuga, quam suscepit Iacob. suasit Rebecca: fuge inquit in Mesopotamiam. et Isaac dicit: surgens uade in Mesopotamiam in domum Bathuel. in hymnis uel oraculis a plerisque, ut ante nos scriptum est, Bathuel sapientia dicitur, interpretatione autem Latina filia dei significatur. in domum ergo sapientiae mittitur Iacob et accipere admonetur uxorem a filiabus Laban, qui habitabat in Charris, quod significat cauernas, in quibus species est sensuum, qui sunt tamquam in cauernis corporis, ut uisus in oculis, auditus in auribus, odor in naribus, in ore sapor. qui enim delectatur hoc mundo et tripudiat in uoluptatibus corporis obnoxius est sensuum passionibus atque in his habitat et deuersatur. unde et dicit Rebecca habitandum paucos dies cum illo, non multo tempore, ne corporeis coloretur uoluptatibus et saeculi capiatur inlece-

1 Ion. 1, 3 3 Matth. 12, 40 8 Gen. 27, 43 9 Gen. 2[illegible], 2 11 Philo l. c. 9 (553, 30), cf. Origenes in Gen. XII 117 *M.* 15 [illegible]en. 27, 43; 28, 2 Philo l. c. 8 (552, 41) 20 Gen. 27, 44

1 et *om.* *N'* 3 iónas fúit *A* (*m2*) fuit ionas *VNT* 4 inquit *om.* *VN*, *s. u.* *T* ceti *VN'* coeti *C* 5 et *pr. om.* *C'P'* 7 ceti [illegible] *VN'* cocti *PC* 10 surgens *A* (*s. m2* ł surge) surgens *T* (ns *s. u.*) 11 bathuhel *A* batuel *P*𝔄' batuhel *V* patuhel 𝔄 ymnis *AVC* 12 ba[illegible]tuel *P*𝔄' batuhel *V*𝔄 15 inhabitabat *A* (in *s. u. m2*) 16 est *om*[illegible] *C*, est species 𝔄'' sensuū (ū *ex* u *m2*) *A* sensuum *PCC'C''* *et* (*in mg.* [illegible]) *T* eorum 𝔄''*E*, *om.* *V*𝔄𝔄' 18 odor *A* (*s. m2* ł odoratus) *PCC'C''* odora[illegible]tus *cet.* na*ribus *A* 19 et *del. m2* *A*, *s. u.* *T* 20 diuersatur *P* ([illegible] *ex* e) *C'P'* deuersatur 𝔄 (de *eras.*) unde et *A m1* *PCC'C''* unde e[illegible] *A* *m2* *cet.* 21 habitandum *A* (o *m2 s.* um) *PCC'C''* habitando 𝔄[illegible]''*E* *et* (v̄ *s.* o) *V* habitand* 𝔄' habitandos (ū eū *s.* os) *T*

ris, persuadet autem habitare, ut discat studiosus disciplinae F
irtutes sensuum et uelut situs quosdam carnis atque regiones,
t se cognoscat et nouerit uehementiam carnis, quid et qua
ausa creatum sit, quemadmodum unusquisque sensus ope- 427 A
etur. qui uiderit inquit mulierem ad concupiscendum.
nale sic uidet oculus. uideat ergo oculus et fungatur suo
nunere, non lubricae mentis imperio dirigatur ad lapsum, ut
itium referat pro officio. breue ergo tempus ad cognoscendos
ensus uel potius experiendos datur et fortasse tenerioris
dulescentiae prima exordia, statimque reuocatur, ne diutius
itubet in lubrico et diuidua quadam inundatione corporis
uius et saeculi mersentur animi interiora uestigia. cum B
utem uel expertus fuerit uel steterit in instabili et incerto
tque umido solo, reuocatur a matre patientia uel perseuerantia,
uae dicit: mittam ad te et accersam te inde, ut et illic
n lubrico tutum portum inuenias sapientiae, quae te non
inat tamquam in naufragio fluctuare, et reuersus perseuerare
irca dei noueris cultum et sis in conuentu gentium signi-
icans eius fide ecclesiam gentium congregandam.
His igitur patientiae instructus et perseuerantiae disciplinis C

5 Matth. 5, 28 15 Gen. 27, 45

1 studiosius *A* (*s. m2* ł sus) *PC'C''* *et* (i *alt. s. u.*) *T* 2 uirtutes *C𝔄''E* *et* (es *ex* is *m2*) *𝔄'* et uirtutis *D* uirtutisq; (q; *s. u.*) *T* uirtutis *cet.* sensuum *A* (ł sum *s.* suum *m2*) *V* (u *alt. exp.*) *CC'N* sensum *cet.* regionis *A* (-es *m2*) *PV𝔄C'C''* 4 creatus *C'D* creatum (s *s.* m) *T* creatura (tura *in ras. m2*) *C* 5 inquit *del. m2 A, s. u. T* concupiscendum eam *A* (eam *extra u. m2*) *𝔄C''T* *post* concupiscendum *add. C s. u. m2* iā mechatus ē 9 datur *A* (ł tū *s.* tur *m2*) datum est *T* (*s.* um *add.* ur, *sed eras.*) 10 adolescentiae *libri* 12 et *del. m2 A, s. u. T, om. VCN* merșentur *A* (g *m2 s.* ș) mersentur *T* (gen *s.* sen) mergentur *P* mergantur *C''* 13 instabilitate *A* (tate *s. u. m2*) *T* (tate *del.*) 15 adcersam *A* (i *s.* sa *m2*) accersam *E* accersiam *cet.* inde te *C* et *om. AD* 16 tutum *A* (*s. m2* ł totū) *et* (t *alt. s. u. m2*) *CE* 17 sinat *A* (*apud* i *ras.*) 18 dei *A* (*s. m2 add.* qs habe) conuentu *C* (u *ex* ū) conuentum *NT* 20 et perseuerantiae instructus *𝔄''E*

profectus Iacob copulam sibi adquisiuit de sapientia consorte propositi opimam dote prudentiae, cum qua uitae tempora sine ulla offensione transcurreret. addito igitur thensauro sapientiae uariarum ouium sibi instituit gregem, sed illum rationabilem, uirtutum plurimarum diuersitate fulgentem. unde et iactantiam carnis eius recidit, quod significat femoris stupor salua sacri interpretatione mysterii. his ergo uirtutibus uelut D gradibus quibusdam mens eius ascendit in caelum, et dei secreta cognouit et confirmatus est et repletus, ut Laban scrutans domum eius nihil apud eum inane, nihil uacuum repperiret, nulla simulacra, nullam effigiem uanitatis. non enim erat apud eum imago, sed ueritas, non effigies ignauiae, sed solida forma iustitiae et uiuae uirtutis expressio intellegibilis. itaque Laban perscrutatus est domum eius spiritalem et non inuenit effigies; plena enim erat non figurarum, sed negotio- E
23 rum. potuisset autem inuenire fundamenta uirtutum et culmina, nisi caecitatem cordis et perfidae mentis caliginem detulisset. denique ea inprobitatis caecitate suffusi mentem Sodomitae ostium nequaquam sancti Loth inuenire potuerunt. unde enim mens impia uidere potuit uiri sancti uel exitum uel ingressum?

1 Gen. 29, 28 sqq. 4 Gen. 30, 32 sqq. 6 Gen. 32, 25 7 Gen. 28, 12 9 Gen. 31, 33 et 35 18 Gen. 19, 11

1 perfectus *P* adquesiuit *A* (i *s.* e *m2*) sapientiae domo *A* (domo *s. u. m2*) *VNT* consortē *A* (ē *ex* e *m2*) *VNT* 2 propositi *A* (o *pr. ex* e *m2*) dotem *APCC'T* 3 transcurreret *A* (re *pr. s. u. m2*) transcurret *PC'* transcurrat *C* addito *A* (u *m2 s.* d *pr.*) audito *VNT* thensauro 𝔄 (n *s. u. m3*) thesauro *A* (s *s. u.*) *cet.* 4 sibi ouium 𝔄''*E* 6 eius* *A* recedit *A* (ł i *s.* e *alt. m2*) 7 misterii *P*𝔄*C* uelut *A* (*s.* uel *m2*) *T* (ut *s. u.*) uel *VN* 10 e*um *A* 11 reperiret *PV*𝔄𝔄'*C* simulachra *A*𝔄''*ET* 12 apud erat eum *C* apud erat eum 𝔄'' apud eum erat *E* 13 uiuae *C et* (u *alt. s. u.*) *V* uitae *A* (*s. m2* ł uiae) *PC'C'' et* (t *s. u.*) *T* uiae 𝔄 uerae 𝔄' (*m2 ex* uiae) 𝔄''*E* 17 perfidiae *A*𝔄*C'' et* (i *alt. exp.*) *P* perfide 𝔄' (de *ex* die) 18 inprobitatis *A* (te et *m2 s.* tis) *P* (e *s.* is) improbitate et *T* caecitatis *P* offusi *P* profusi (*corr.* offusi) *T* 19 enim *del. m2 A*, *s. u. T*, *sed eras.* 20 non potuit *A* (non *s. u. m2*) 𝔄 (non *s. u. m3*) *T*

ipse quoque dominus in euangelio ait: uenit enim huius mundi princeps et in me inuenit nihil. quomodo nihil inuenire potuit in eo, in quo plenitudo diuinitatis habitabat et habitabat corporaliter, de quo uirtus exiebat et sanabat omnes? quomodo nihil inuenire potuit in soliditate uirtutis, ubertate sapientiae intellegentiae iustitiae? ipse dixisti, domine: plenus sum, ipse dixisti: mitte manum tuam in latus meum et noli esse incredulus, sed fidelis. misit manum qui non credebat et dominum te et deum repperit. non ergo uacuus, sed ille caecus inanis princeps istius mundi, qui nescit nisi sua cernere, nescit nisi sua inuenire, ea quae
Christi sunt nescit agnoscere. aut si sic quemadmodum plerique 428 A
habent: non inuenit in me nihil, hoc est: non inueniet in me malitiam, quia malitia nihil est, non inueniet mortuum, quia mortuus non est. sed quomodo in eo mortuum repperiet, qui uiuificat mortuos et uocat quae non sunt tamquam quae sunt? non inueniet, inquit, peccatum in me, qui mundi peccatum abstuli. quomodo enim nihil habet qui omnia habet et quod plus est omnia habet quae pater habet, sicut ipse ait: omnia
quae pater habet mea sunt? B

1 Ioh. 14, 30 3 Coloss. 2, 9 6 Esai. 1, 11 7 Ioh. 20, 27 16 Rom. 4, 17 17 Ioh. 1, 29 19 Ioh. 16, 15

1 princeps huius mundi princeps 𝔄′ princeps huius mundi 𝔄″C″E 2 inueniet *A* (e *alt. s. u. m2*) inueniet *V*𝔄*E* 3 habitabat *A* (t *s.* bat *m1;* habunbat *m2*) habundat 𝔄 abundat *T* habundabat *CC′* 4 habitabat *A* (t *m2 s.* bat) habitabat *P* habitabat *V* (bita *s. u. m2*) exiebat *AP* (e *alt. exp.*) *C* (e *alt. eras.*) *VC′C″* exibat *cet.* 6 intellegentiae *A* (*s. m2* ł integritate) *PCC′* intelligentia *C″* integritate *VN et* (*s.* intelligentia) *T* 10 tu uacuus *A* (tu *s. u. m2*) *VNT* 11 nisi *P* (si *s. u.*) 12 sunt *s. u. V m2* 𝔄′ *m1, om.* 𝔄 13 inuenit] inueniet *A* (e *s. u. m2*) *CVNT* 14 est *del. m2 A, s. u. T* 15 in eū *A* (in *del. m2*) *C′* eo (v̄ *s.* o) *s. u. V* in eo *C* (*in ras.*) 𝔄″ (*in quo* inueniret in eo *post* mortuum) *et* in *s. u.* 𝔄 *m3* 𝔄′ *m. ant.*, eum *T* repperiet *A* (*s. m2* repperit) *P′* (a *s.* e *tert. m2*) reperiat *PC″* repperiat *V* reppериret 𝔄*E* reperiret 𝔄′ repperit *DT. om.* 𝔄″ 16 uificat *A* uocat ea quae *N* (ea *s. u. m3* 𝔄) *P′T* tamquam ea quae *A* (ea *s. u. m2*) *N′T* 17 inquit *del. A, s. u. T* mundū *A* mundi *E* (i *ex* ū) mundo *C* (o *ex* ū) *C″D* 18 abstulit *N′* (t *eras.* 𝔄′)

5, 25 Fugiamus ergo hinc, ubi nihil est, ubi inane est omne C quod esse magnificum putatur, ubi et qui se putat aliquid esse nihil est et omnino non est. uidi inquit impium superexaltatum et eleuatum ultra caedros Libani et transiui, et ecce non erat. et tu transi sicut Dauid, transi sicut bonus seruus, ut dicatur tibi: transi, recumbe. transi sicut Moyses, ut uideas deum Abraham, Isaac et Iacob et uideas uisum magnum. hoc est uisum magnum. sed si uidere uis, solue calciamentum pedum tuorum, solue omne uinculum iniquitatis, solue uincula saeculi, relinque calciamentum, quod D terrenum est. ideo Iesus sine calciamento, auro et argento, pecunia apostolos destinauit, ne secum terrena portarent. qui enim bonum quaerit non in calciamento, sed in pedum uelocitate et decore laudatur dicente scriptura: quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! solue ergo calciamentum pedum tuorum, ut speciosi sint ad euangelizandum. solue dixit, non liga. solue, ut transeas et illum quem mirabaris in terra impium nihil esse, nihil posse E repperias. transi igitur, hoc est fuge de terris, ubi malitia est, ubi auaritia. ideo dicit tibi Dauid: declina a malo et fac bonum. declinare fugere est utique; malum autem in terris, bonum in caelo est. unde et addidit: inquire pacem et

3 Psalm. XXXVI 35 sq. 6 Luc. 17, 7 7 Exod. 3, 6 Matth. 22, 32 9 Exod. 3, 5 11 Marc. 6, 8 Matth. 10, 9 Luc. 9, 3 14 Rom. 10, 15 Esai. 52, 7 17 Exod. 3, 5 20 Psalm. XXXIII 15

1 ubi inane ... 3 nihil est supra *in mg. m2 A, om. PCC'C''* 2 magnificum putatur esse 𝔄'' esse aliquid *V*𝔄𝔄' 3 uidi *m2 ex* ubi *A* 4 ultra (*s. m2* ł ut) *A* cędros *T* cedros *cet.* 7 et (*s. m2* ł ut) *A* ut *T; fort.* et uideas uisum magnum *ex dittographia ortum* 8 hoc est uisum magnum *exp.* 𝔄', *om. V*𝔄''*C''E*, hoc est enim uisum magnum *in mg. T* 10 uinculum *VNT* cingula *P'C''* 11 auri et argenti *PC'' et* (i *bis m2 ex* o) *CT* peccunia *A* (*del. m2*) pecunia *P et* (*s. u.*) *T, om. cet.* 12 apostolos *post* Iesus, *quod s. u. additum est, transponit V, om. CC''* 13 uelocitate ... *p. 185, 19* deseritur *om. C, qui post* pedum *s. u. m2 add.* nuditate destinatur 18 minabaris *A* (ł ra *m2 s.* na) *P* (r *s.* n *m2*) *post* nihil *pr. add.* illic *A'* (*s. u. m2*) *VNT* 20 dauit *A* 21 est utique *A* (⁄. *m2*) utique est *T*

sequere eam; pax in caelo est. denique de caelo ueniens dixit: pacem do uobis, pacem meam relinquo uobis. ergo quia fugienda et declinanda sunt mala, mala autem in terris, in terris iniquitates, fugiamus terrena, ne nos F comprehendant iniquitates, quae etiam sanctum Dauid conprehenderunt, sicut ipse testatur dicens: conprehenderunt me iniquitates meae, et non potui ut uiderem, eo quod fumo iniquitatis oculus animae caecatur, ne uideat quae sunt lucida. sic ergo et Laban bona Iacob uidere non potuit et princeps mundi gloriam Christi.

Sed forte dicas: cur igitur Iacob ad Laban missus est, si Laban reprehensibilis? si nomen consideremus, candidus dicitur latine. ergo ad splendidiora Iacob iubetur egredi. sed quia carnalis erat, melius intellegimus splendidiora uitae huius. 429 A quasi nondum perfectus primo ad eum uadit, apud quem ad horam exultaret in luce eius. filios autem deteriores habebat, id est tolerabilius nomen quam opera. et ideo et matris consilio et diuino oraculo et ipsius Iacob amatoris disciplinae uoluntate deseritur ac derelinquitur. abscondit autem simulacra sancta Rachel, id est ecclesia uel prudentia, quia ecclesia inanes ideas et uanas nescit simulacrorum figuras, sed ueram B nouit trinitatis substantiam. denique umbram aboleuit, splendorem gloriae manifestauit. relinquamus ergo umbram, qui solem quaerimus, deseramus fumum, qui lumen sequimur. fumus iniquitas est, quia sicut fumus oculis, sic iniquitas

2 Ioh. 14, 27 6 Psalm. XXXVIIII 13 9 Gen. 31, 33 10 Ioh. 12, 31 12 Philo l. c. 8 (552, 31) 16 Gen. 31, 1 19 Gen. 31, 34 25 Prouerb. 10, 26

1 persequere *C'T* de caelis *AD* 2 dicit 𝔄''*E* pacem meam do *AV*𝔅𝔄''*C''ET* meam *om. C'N'* 4 *alt.* in terris *s. u. A, om. C'' et* (*in quo* et iniq.) *C''* iniquitates *A* (ł tas *m2 s.* tates) iniquitatis *P* 6 cōp̄henderunt dauit 𝔄'' 10 huius mundi 𝔄''*P'* 13 iubetur egredi iacob 𝔄''*E* 16 horam *A* (h *s. u.*) oram *V*𝔄 18 consilio *A* (ł ci *s. si m2*) 19 uoluntate *A* (ł rię *m2 s.* te) uoluntarię *T* cito deseritur *A* (cito *s. u. m2*) *T* (cito *s. u.*) *VN* relinquitur *C''* 20 rachahel *A et* (ha *del. m3*) 𝔄 25 sic iniquitates *P'*

utentibus ea. umbra uita est; umbra enim est **nostra** haec uita in terra, sicut Iob dixit. quid autem hic nisi temptationes? omne tempus in sollicitudine, omnis uita in molestiis. **in medio laqueorum** inquit **ambulabis.** et alius in uia qua C ambulabat extentos sibi, sed absconditos laqueos querebatur. ne deprehensus caderet, uolebat fugere sicut passer, sed adhuc laqueus contritus non erat. **periit** inquit **fuga a me.** grauatas habebat pennas per illam tenebrosam aquam in nubibus aeris et fortasse uolare non poterat. denique pennas illas quaerebat accipere, ut euolaret et requiesceret, sicut scriptum est: **quis dabit mihi pennas sicut columbae, et uolabo et requiescam?** ubi enim uolatus, ibi requies. denique alibi dicit: D **si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae.**

28 Sed fortasse dicas: quomodo ergo hic dicit fugam a se perisse qui supra dixerat: **si sumpsero pennas meas ante lucem?** numquid contrarium est? absit. multa enim iustorum certamina. numquid semel athleta luctatur? quotiens post coronas multas uincitur in alio certamine! quotiens qui saepe uicerit interdum fluctuat et incerto haeret! et saepe fit, ut E fortibus fortis congrediatur maioraque oriantur certamina, ubi maiora uirium documenta. ergo Dauid, ubi fugam quaerebat,

1 Iob 8, 9 4 Sir. 9, 13 (20) 5 Psalm. CXXXXI 4 6 Psalm. CXXIII 7 7 Psalm. CXXXXI 5 10 Psalm. LIIII 7 13 Psalm. LXVII 14 16 Psalm. CXXXVIII 9

1 haec nostra *CC'* 2 post dixit *add. C s. u. m2* effugit uelut umbra 4 inquit laqueorum 𝔄''*ET* ambulabis 𝔄 (b *alt. ex* u) ambulas *ex* ambulabis 𝔄' ambulamus *C*𝔄''*E* 6 deprehensus *PCC'C''* deprehensos *AVN et* (ł sus *s.* sos) *T* caderet *PCC'C''* caueret 𝔄' (et *m2 ex* ent) *T* (*s.* ł caderet) *cet.* 7 periit *ACC'T et m3* 𝔄 *m2* 𝔄'*C''* perit *m1* 𝔄𝔄'*C''* *cet.* grauatas *A* (*s. m2* ł gratas) *T* (u: *s. u.*) 9 euolare *A* (e *pr. s. u. m2*) *VNT*, *fort. recte* illas pennas 𝔄''*E* 11 euolabo *A* (e *s. u. m2*) *T* 15 fortasse ergo *A* (ergo *s. u. m2*) *D* ergo *s. u. m2 V*, *om. C''E* dícit fúgam *A* (´ *m2*) fugam dicit *T* 16 pinnas 𝔄 (e *s.* i *m3*) 18 *sq.* quotiens *A* (ł s *m2 s.* ns) 20 uicerat *N'C''* in incerto 𝔄'' (in *s. u. m. ant.*) 𝔄''*P'*, *fort. recte* 22 maiora sunt (sunt *s. u. m2*) *C*

ut euaderet aduersarium, et non inueniebat pennas suas.
ancipiti fluctuabat certamine, siquidem, ubi in potestate habet
pennas suas, titulus psalmi in finem est, id est ad perfec-
tionem et consummationem uictoriae. denique quasi uictor
dicit: domine, probasti me et cognouisti me. tu cogno-
uisti sessionem meam et resurrectionem meam. merito F
habebat facultatem uolandi qui pennas resurrectionis acceperat,
hic autem adhuc in spelunca est, id est in carne, in antro
quodam istius corporis, cum rege Saul filio duritiae et intel-
legibilis illius principis potestate decernens, qui non uidetur,
sed intellegitur. unde et psalmi titulus intellectus est,
quem tamen Dauid positus in carne conclusit, sed ut conclu-
deret rogando meruit. denique a uoce precationis coepit. adde
illud, quod ille ex persona saluatoris psalmus dicitur, iste
ex persona Dauid, qui in potestate non habebat uictoriam, 430 A
sed sperabat a Christo. et ipse tamen posteaquam expandit
ad deum manus suas tamquam pennas animae suae et confugit
ad dominum et spiritus sancti deductionem poposcit, quo
cognosceret uiam, per quam posset ascendere, inclinari uidit
caelos, ut Christus descenderet, et rogauit ut leuaret eum
manu sua. aut forte ideo pennas suas iam non quaerebat,
quia perfectior factus manum Christi desiderabat.

Qui uult igitur manu Christi leuari ante ipse euolet, habeat B
pennas suas — qui fugit saeculum pennas habet — et si suas
non habet — ne forte ille solus habeat suas qui potestatem
habet uolandi —, si suas inquam non habet, ab eo qui habet

3 Psalm. CXXXVIII 1 5 Psalm. CXXXVIII 1 sq. 8 Reg. I 22, 1 11 et 13 Psalm. LIIII 1 16 Psalm. LIIII 7 et 21 19 Psalm. CXXXXIII 5

2 ancipiti (n *ex* m) *A* ubi *s. u. m2 A, om. PC'C'C''* 3 est *pr. om. P* 12 positus *A* (ł tum *m2 s.* tus) positum *T* (s *s.* m) con-cluderet *A* (ł retur *m2 s.* ret) 13 cępit *AVCC'C'𝔄''E* 17 dnm *PC'* 19 posçit *V* (s *s.* ç) possit *NT* 22 *post* perfectior *add.* xpi *s. u. m2 A,* xpi famulus *m1 T* 23 manui *A* (i *s. u. m2*) euolet *A* (e *pr. exp. m2*) *T* (e *pr. s. u.*) uolet 𝔄 24 habet *A* (ł eat *m2 s.* et) *P𝔄𝔄'𝔄''C'C''* habeat *T* (a *alt. exp.*) *cet.* 26 habet *pr. A* (ł ent *m2 s.* et) ab eo qui habet *s. u. T, om. VN* habet *tert. A* (*s.* et *ras. 2 litt.*)

accipiat. qui fugit ergo saeculum uolat. ecce inquit elongaui fugiens et mansi in solitudine. euolauit ergo Dauid sicut nycticorax in domicilio, sicut passer singularis in domo. si autem ad Christum referas, euolauit in corporis passione, ut sub umbra alarum suarum protegeret populos nationum. C
euolauit diuinitate, mansit corpore atque habitauit in deserto, ut plures fierent desertae filii quam eius quae habebat uirum. illud ergo corpus sequamur, ut et nos resurgamus; ubi enim
31 corpus, ibi et aquilae. qui non potest ut aquila uolare uolitet ut passer, qui non potest ad caelum uolet ad montes, fugiat ante ualles, quae cito corrumpuntur umore, et ad montes transeat. transiuit ad montem Segor nepos Abrahae et saluus D
factus est, quae autem non potuit ascendere affectu femineo reclinata salutem amisit. adpropinquate montibus aeternis dominus dicit per Michaeam prophetam, surgite hinc, quia non est uobis haec refrigeratio propter spurcitiam. corrupti estis corruptione, persecutionem passi estis. et dominus dicit: tunc qui in Iudaea sunt fugiant in montes, ubi mons Sion et ciuitas pacis Hierusalem non terrenis, sed uiuis constructa lapidibus et decem milia ange- E
lorum, primitiuorum ecclesia, perfectorum spiritus, iustorum deus, qui in sanguine suo melius locutus est quam Abel.

1 Psalm. LIIII 8 2 Psalm. CI 7 sq. 5 Psalm. XVI 8 7 Esai. 54, 1 Galat. 4, 27 8 Matth. 24, 28 12 Gen. 19, 17. 22 sq. 26 14 Mich. 2, 9—11 18 Matth. 24, 16 19 Hebr. 12, 22 sqq.; 7, 2 20 I Petr. 2, 5 21 Hebr. 12, 23 sq.

3 nycticorax 𝔄𝔄'*E* nocticorax *AC*' nicticorax *C* (i *pr. m2 ex* e. x *s. u. m2*) *cet.* sicut . . . domo *om. C''N'* singularis in domicilio *C* (*s. m2* ł solitarius in tecto) domo *T* tecto *P'* domicilio *cet.* 7 habebat *A* (ł et *m2 s.* ebat) *T* (ba *s. u.*) habet *C'''* 9 euolare *P*𝔄 *et m1* 𝔄' 11 ualles *A m1 PCC'C'''* uallestria *A m2 T* (tria *del.*) *cet.* umore *V*𝔄 humore *A* (*s. m2* ł amore) *cet.* 12 montes *CC''N'* nepos *A* (o *ex* u *m2*) 14 adpropinquante *A* (n *alt. del. m2*) adpropinquate (is *s.* e) 𝔄' *m1* adpropinquantibus 𝔄' *m2* 𝔄''*E* 15 michaeam *C'* micheam *cet.* 16 haec *del. m2 A* hęc *C* (ę *m2 ex* i) hic *T* (*s. u.*) 18 iudaea *PC* iudea *cet.* fugient *P'* in] ad *C''N* 20 decim (i *ex* e) *A* decem (e *alt. ex* i) 𝔄' 22 habel *A*

ille enim uindictam clamauit, hic indulgentiam: ille peccatum fratris accusa<ui>t, hic peccatum mundi remisit: ille prodidit crimen, hic texit secundum quod scriptum est quia beati quorum tecta sunt peccata.

32 Sed qui fugit uelociter fugiat, ne conprehendatur, uelociter F
depraedetur hunc mundum ut Hebraeus Aegyptum. qui par-
turit pariat, ne onusto et degrauato iniquitatibus mentis utero
fugere non possit, et fugiat non quasi lactantem ferens, sed
quasi expeditum, non paruulum gestans, sed perfectum in
Christo exhibens; fugiat non quasi feriatus in sabbato, sed
tamquam operarius in negotio, nec tamquam sterilis in frigore, 431 A
sed tamquam opimus in messe. ideo enim dictum est: orate
ne fiat fuga uestra hieme uel sabbato. fuga ergo fecunda
uirtutum est, non effeta meritorum. fuga haec nescit frigus
timoris, tremorem mortis, contractionem sollicitudinis, disso-
lutionis otia, lasciuiae ferias, torporem lentitudinis, sed uitae
caelestis requirit inpigrum uiatorem, regni superioris competi-
torem strenuum, diuitem agricolam, qui fructus suos cogat
33 et cogendo diripiat. quid enim aliud a te, o homo, quaeritur B
nisi ut timeas deum, requiras eum, post ipsum ambules,
conprehendas uias eius? in quo, inquit, conprehendam domi-

1 Gen. 4, 10 3 Psalm. XXXI 1 6 Exod. 12, 36 7 Luc. 21, 23 Matth. 24, 19 10 Matth. 24, 20 12 Matth. 24, 20 18 Matth. 11, 12 19 Deut. 10, 12, cf. 13, 4 21 Mich. 6, 6 sqq.

2 accusauit *ed. Rom.* accusat *libri* 4 *post* quorum *add. C* remissae sunt iniquitates 5 non *P m1* (nen *m2*) 6 hoc *P* haebreus *P* 8 possint *A et* (n *exp.*) *V* (n *m3 del.*) 𝔄 (-it *m3*) 𝔄' (-it *m2*) laetantem *A* (*s. m2* ł lactantem) lactantem *C* (n *s. u. m2*) *T* (e *s.* a *alt.*) lactentem *E* 11 operarius . . . sed tamquam *om. PC''* operarius *A* (*s. m2* ł operosius *et s. hoc m2* operosior) neç *A* (c *exp. m2*) nec *T* (c *s. u.*) 13 ergo haec 𝔄' (haec *s. u. m2*) 𝔄''*E* 15 contradictionem *APCC'' et* (di *exp.*) 𝔄'' *quae leguntur inde a* sollicitudinis *usque ad p. 202, 21* [be]nedixit *om. V, in quo erasa est scriptura in foliis 56—63* dissolutionis otia *A* (ł nes etiā *m2 s.* nis otia) 16 otia (*s. u.*) ęţ *T* otiū 𝔄' (ū *ex* a *m2*) 𝔄''*E* lentitudinis *A* (is *eras.*, *s. m2* ł lenitudinis) lenitudinis 𝔄 *et* (*corr. m1*) *T* 20 dn̄m *N'C'* 21 dm̄ *A* (*m2 ex* dn̄m) *T*, *recte puto*

num? si conprehendam in holocaustis? non in decem milibus haedorum, non in milibus arietum, non in fructibus impietatis reconciliatur dominus et peccata redimuntur, sed in bona uita domini gratia conprehenditur. renuntiatum est, inquit, tibi, homo, quid sit bonum. aut quid dominus exquirat a te aliud C nisi ut facias iustitiam et diligas misericordiam et paratus sis ire cum domino tuo? dicit tibi ergo euangelium: surgite, eamus hinc, dicit tibi lex: post dominum deum tuum ambulabis. didicisti quomodo hinc fugias: quid moraris? dicit tibi euangelium iterum: progenies uiperarum, quis uobis demonstrauit fugere ab ira uentura? et dicit hoc illis qui ueniebant ad baptismum paenitentiae.

34 Ergo paenitentia fuga est bona, gratia dei fuga est bona, D in qua est adsumptio fugientis, desertum fuga est bona, ad quod fugit Helias, Helisaeus, Iohannes Baptista. fugit Helias mulierem Iezabel, id est effusionem uanitatis et fugit ad montem Choreb, quod significat exsiccationem, ut siccaretur in eo carnalis profluuium uanitatis et cognosceret plenius deum. erat enim ad torrentem Chorrad, quod est cognitio, ubi abundantiam profluentem diuinae cognitionis hauriret, ita E fugiens saeculum, ut nec cibum corporis huius exquireret nisi quem aues detulissent ministrae, quamquam esca eius plerumque terrena non fuerit. denique quadraginta diebus in uirtute escae,

6 Prouerb. 14. 21 7 Ioh. 14, 31 8 Deut. 13, 4 10 Matth. 3, 7 15 Reg. III 19, 4 Matth. 3, 1 Luc. 3, 2 16 Reg. III 19, 2 17 Reg. III 19, 8 19 Reg. III 17, 5 sq. 23 Reg. III 19, 8

1 olocaustis *A𝔄'* decim *A* 5 o homo *A* (o *add. m. ant.*, *del. m2*) *T* (o *s. u.*) *C''* requirat *CC''𝔄''* quid aliud *A* (quid *s. u. m2*) *C'* (quid *s. u.*) *NT* 7 domino deo tuo *a* tuo *del m2 A*, *s. u.* *T* ergo tibi *T* tibi ergo *𝔄'* tibi *om.* *𝔄''E* 9 didicisti *A* (*s. m2* ł dixisti) didicistis *T* (s *alt. eras.*) 14 quam *CC''T* 16 mulierem *P* (li *s. u.*) iezabel *𝔄* (i *ex* z *m2*) zezabel *𝔄'* id *A m1* id ē (ē *s. u.*) *A m2* 17 choreb *A* (ch *s. u. m2*) coreb *𝔄* (c *del.*) *𝔄'* (o *eras.*) horeb *C* (h *s. u.*) *T* oreb *cet.* 18 profluuius *PC'* 19 chorrad *A* (d *exp. m2*) *C* (h *s. u.*) *N'* chorrat *C''* corrad *C'* chorad *𝔄* chora *T* chorræd *P* (æ *ex* a, b *s.* d) 23 eschae *A*

quam acceperat, ambulauit. utique non mulierem fugiebat
propheta tantus, sed hoc saeculum nec mortem timebat, qui se
obtulerat requirenti et qui dicebat ad dominum: recipe
animam meam, taedium uitae istius sustinens, non cupidi-
tatem, sed fugiebat saecularem inlecebram et conuersationis F
maculosae contagionem et impiae ac praeuaricatricis nationis
5 sacrilegia. Solomon quoque in mulieris illius specie corrup-
telam saeculi huius exponit et meretricias artes declinandas
edocet. haec est mulier aliena et fornicaria, a qua te ut
custodias adhortatur nec declines ad uias saeculi cor tuum,
sed conloces illud in manu domini, in qua est cor regis. qui
enim se ipsum regit, quod pluris est quam aliis imperare,
cor eius in manu est dei, et quo uult deus conuertit illud.
non mirum si conuertit in bonum, qui perfectae bonitatis est.
in manu ergo dei simus, ut bonum quaeramus, illud bonum 432 A
incorruptibile atque inmutabile, de quo dicit Amos propheta:
exquirite bonum et non malignum, ut uiuatis: et sic
erit uobiscum dominus deus omnipotens, quomodo
dixistis: odio habuimus mala et dileximus bona.
ubi ergo bonus deus, ibi bona sunt, quae desiderauit uidere Dauid
et uisurum se credidit, sicut ait ipse: credo uidere bona
domini in terra uiuentium. illa enim bona sunt, quae
manent semper, quae non queunt temporis uel aetatis muta-
tione corrumpi. in illis bonis est qui deum quaesiuerit et B

1 Reg. III 19, 3 3 Reg. III 19, 4 7 Prouerb. 7, 5 11 Prouerb. 21, 1 17 Amos 5, 14 sq. 21 Psalm. XXVI 13

2 hoc *om.* 𝔄″*D* nec mortem *A* (*s. m2* ł a morte) an mortem 𝔄″*E* 3 optulerat 𝔄′ 5 inlecebr•am (ae *eras.*) *A* 6 hac *A* rationis *A* (ł na *s.* ra *m2*) *PCC′* 7 salomon *libri* (salemon *E*) 10 nec *A* (c *exp. m2*) nec *T* (c *s. u.*) ne *C″N′* declinet *PC‴* 11 conloces *A* (ł cet *m2 s.* ces) 12 *post* enim *add.* quis (*del. m2*) *A* plus 𝔄″*P′* 13 ⁄. est ⁄. dei *A* (⁄. *m2*) dei est 𝔄″*C″ET* deus uult 𝔄″*E* 15 sumus 𝔄″*P′* 16 incõmutabile 𝔄″*P′* 19 dixistis *A* (ł ti *m2 s.* tis) 20 uidere dauid *A* (⁄. *m2*) dauid uidere *T* dauid uidere *D* 21 ait ipse *A* (⁄. *m2*) ipse ait 𝔄″*ET* 23 mutationis *A* mutati• *E* (s *eras., s. ras.* one)

inuenerit. ubi enim cor hominis ibi et thensaurus eius est; non enim solet bonum datum deprecantibus dominus denegare. ergo quia bonus dominus est et maxime sustinentibus se bonus est, ipsi adhaereamus, cum ipso simus tota anima nostra, toto corde, tota uirtute, ut simus in lumine eius et uideamus eius gloriam et delectationis supernae fruamur gratia. ad illud igitur bonum erigamus animos et in illo simus atque in ipso C uiuamus, ipsi adhaereamus, quod est supra omnem mentem et omnem considerationem et pace utitur perpetua ac tranquillitate, pax autem supra omnem mentem est et supra omnem sensum. hoc est bonum, quod penetrat omnia, et omnes in ipso uiuimus atque ex ipso pendimus, ipsum autem nihil supra se habet, sed est diuinum; nemo enim bonus nisi unus deus. quod ergo bonum diuinum et quod diuinum bonum. et ideo dicitur: a p e r i e n t e t e m a n u m i m p l e b u n t u r o m n i a b o n i t a t e; per bonitatem enim dei nobis uniuersa tribuuntur merito D bona, quibus nihil admixtum est mali. haec bona promittit scriptura fidelibus dicens: q u a e b o n a s u n t t e r r a e m a n d u c a b i t i s. boni ergo illius similes simus, ut quae bona sunt adipiscamur, bonum quod est sine iniquitate et sine dolo et sine asperitate, cum gratia, cum pietate, cum sinceritate et beniuolentia caritate iustitia. itaque omnes uirtutes bonitas tamquam mater fecunda amplectitur.

1 Matth. 6, 21   4 Deut. 6, 5 Matth. 22, 37   10 Philipp. 4, 7   12 Act. 17, 28   13 Marc. 10, 18   15 Psalm. CIII 28   18 Esai. 1, 19

1 thesaurus *libri*   2 d$\overline{\text{ns}}$ *A* (*s. m2* ł d$\overline{\text{nm}}$) d$\overline{\text{nm}}$ *T* (*corr.* d$\overline{\text{ns}}$) *C''* denegare *A* (ł i *m2 s.* e *ult.*)   3 bonus *s. u. A*   et *del. m2 A*   4 adhaereamus *A* (ł mur *m2 s.* mus)   ipso *A* (o *ex* i)   5 ut *del. m2 A*   6 delectationis *A* (ta *s. u. m2*)   7 ut in *N'*   9 utitur *A* (ł mur *m2 s.* tur)   12 ex (*s. m2* ł in) *A* in (*s.* ex) *P'T*   pendimus *APC''* pendemus *cet.*   supra se nihil 𝔄''*EP'*   13 nisi solus deus *CP'*   15 manu *A* (*m2* manū) *P*   adimplebuntur *T et* (ad *s. u. m2*) *A* implebuntur 𝔄 (imple *in ras.*, buntur *s. u.*) replebuntur *C'*   20 iniquitate *P* (i *alt. s. u. m2*)   et *pr. del. m2 A, om. T.* est *N*   et *alt. del. m2 A, om. NT*   22 beniuolentia 𝔄 (i *pr. ex* e *m2*)

37 Est igitur non mediocris causa cur hinc fugere debeamus, E
ut perueniamus a malis ad bona, ab incertis ad fidelia et F
plena ueritatis, a morte ad uitam. ipse quoque dominus dicendo:
posui ante te bonum et malum, uitam et mortem
demonstrauit quia bonum uita est, sed aeterna. si enim haec
obnoxia saeculo atque eius malignitati, utique illa est bona,
quae non corrumpitur et mutatur, quae nullo uitio degenerat,
quae uirtute adquiritur. fugiamus ergo malitiam saeculi huius,
in quo *dies* ipsi inquit *mali sunt*, et fugiamus inpigre.
ideoque Esaias clamat: *conualescite manus remissae et*
genua dissoluta, id est non corporis, sed animae genua
conualescite, ut directum ad caeli altissima mentis uestigium
possit adtolli, ut sit ductus solidior, uita maturior, gratia 433 A
38 plenior, prudentia circumspectior. hoc est enim fugere, scire
quo tendas, ableuare se a saeculo, ableuare a corpore, ne
iterum frustra se aliquis extollat, et inflata mente carnis suae
non teneant caput, et dicatur de his: *fugerunt et non*
uiderunt. sed hoc est fugere hinc, mori elementis istius
mundi, abscondere uitam in deo, declinare corruptiones, non
attaminare cupiditates, nescire quae sint mundi istius, qui
nobis uarios iniungit dolores, exinanit cum repleuerit, cum
exinaniuerit replet. et haec omnia inania et uacua, in quibus B

4 Deut. 30, 15 9 Ephes. 5, 16 10 Esai. 35, 3 17 Iob 9, 25 19 Coloss. 3, 3

8 huius 𝔄′ (*m2 in ras.*) eius *A*𝔄 9 ipsi dies *N′* 12 conualescite *A* (ł scit *m2 s.* scite) 13 ductus *CC′* actus *T* (a *ex* du) fructus 𝔄′ (*m2 in ras.*) doctus *cet.* 14 est *del. m2 A, post* fugere *transponit T* 15 saeculo ableuare se *A* (se *s. u. m2*) *NT* 16 et *del. m2 A, s. u. T* inflata *A* (inflãmata *m2*, ma *s. u.*) *P* (inflãti *m2*) 𝔄𝔄″*C″E* inflatus *CC′ et* (tus *ex* ta *m2*) 𝔄′ inflammata (*exp. et s.* inflati) *T* mente *CNT* mentis *A* (ł te *m2 s.* tis) *P* (mente *m2*) *C′C‴* 17 non *CC*𝔄″*E* et non *A*𝔄*C″D* *et* (*eras.* et) *P*𝔄′*T* teneant *D* (n *alt. eras.*) teneat *A m2 CC′NT* capud *A*𝔄 19 ḍọlọ *A* (et *add. extra u. et* dn̄o *s.* dolo *m2*) dn̄o *T* et declinare 𝔄*D et* (& *eras.*) *T* 20 sunt *CC′C″*𝔄″*E* istius mundi *CT* 21 iniungit *C′* gignit *A* (gign *in ras. m. ant.*, *fuit* ninguit; *s. m2* ł ninguit) *P* (*ex* ningit) *C* (*m2 ex* ninguit) 𝔄″*ET* ninguit 𝔄 *et* (t *eras.*, *s. m. ant.* gignit) 𝔄′ inriguit *C″* exinãnit *P*

nullus solidus est fructus. mortuus est diues et nihil habet, quia non est in deum diues, et ideo insipiens, quia sapientia cultura est dei, abstinere autem a malis disciplina est.

39 Quis ergo non fugiat malitiae locum, officinam inprobitatis, quae interire nesciat? denique non otiose signum positum est supra Cain, ne quis eum occideret, ut significaretur quod non extinguatur et auferatur a terris malitia. timebat Cain, ne occideretur, quia fugere nesciebat. augetur enim et cumulatur ipso usu malitia et est sine moderatione, sine fine, dolo et fraude decernens, quae factis suis proditur et sanguine peremptorum, sicut et Cain proditus est. uersatur itaque in terris malitia atque istic errat, et ideo rogamus uoluntatem dei fieri in terris sicut et in caelis, ut et hic sit innocentia. itaque malitia, quoniam illic locum non habet, hic circuit, hic saeuit seque effundit, non mundano illo mersa diluuio, non Sodomitano exusta incendio. denique grauius postea in seminariis pullulauit usque in ipsum parricidales ac sacrilegas iniciens manus uniuersorum auctorem salutis. lex factum damnat, non aufert malitiam. ipse dominus Iesus peccatum damnauit, auctorem eius distulit, ut esset per quem iusti probarentur. etenim quia malum deus non fecit et nequitia diaboli inseruit, uindictam deus distulit, ut ab his ipsis quos

2 Luc. 12, 21 5 Gen. 4, 15 7 Gen. 4, 14 12 Matth. 6. 10 18 Augustinus contra duas epist. Pelag. IIII 11, 30 (lex factum ... malitiam)

1 solus *A* (*s. m2* ł solidus) *PC'C''* solidus *m2 ex* solus *C* est *s. u. m2 C* 4 officinā *A* (ł na *m2 s.* nā) 𝔄 (ā *ex* a *m3*) 7 a *A* (*s. m2* ł e) *C* (*ex* ae) *N'* de *T* e *P* (*m2 ex* a) *cet.* 8 quiạ *P* (ạ *extra u. m2*) comulatur *A* (v *s.* o) 9 malitia *A* (ł iẹ *m2 s.* ia) et *A* (*s. lineola eras.*) 10 et *alt. om. P* 12 ịṣṭịc ẹṛạṭ (*om.* atque) 𝔄' (*exp. m. ant.*) atque istic errat *om.* 𝔄''*E* errat *C'* *et* (r *pr. s. u.*) *T* erat *cet.* 14 itaque illic *A* (illic *s. u. m2*) *T* (illic *eras*) malitia ē 𝔄 illịc *A* (*exp. m2, s.* iam *m2*) illic iam *N* *et* (illic *s. u.*) *T* 15 seque *PC'C''* seseque *A* (se *pr. s. u. m2*) 𝔄' (se *pr. s. u.*) *cet.* fundit *P* infundit *N'* 16 sodomitāno *P* 19 dampnat *AC* *et* (p *s. u. m3*) 𝔄' 20 donauit *T* (o *eras. et s.* āp) *cet.* damnauit *mg. ed. Paris. a. 1569* 21 probarentur *A* (b *ex* p) set *ex* et 𝔄 *m3* 𝔄' *m2* sed 𝔄''*E* 22 his *del. m2 A, om. NT*

deceperat diabolus uinceretur. exercentur ergo decepti, ut et
pretium luant facilitatis et sumant studia uirtutis, industriam
cautionis. unde ait: estote astuti ut serpentes. quare
sicut serpentes? ut et ille spolietur suo et qui alios exuere
uoluit amittat quae sunt ipsius non uenena, sed merita naturae.
denique deicitur ille, cum tu ascenderis. scriptum est enim:
uidebam Satanan sicut fulgur cadentem de caelo.
non fulgur inquit, sed sicut fulgur, quia suum lumen amisit, F
quod habebat, antequam tibi tuum lumen uellet auferre. uerum
forte dicas quae de saluatore legimus quia sicut fulgur
coruscans desub caelo ita erit et aduentus filii
hominis. bene et hic sicut fulgur, quia supra fulgur. denique
fulgur desub caelo, lumen autem uerum supra caelum. ergo
Satanas sicut fulgur, quia amisit quod habuit: tu autem
1 recepisti quod amiseras. non enim ita circa illum sicut circa
te soluta est sententia; nam Christi gratia, quae te resoluit,
illum adstrinxit; manet enim maledictio directa in serpentem
propter tuam deceptionem. sic enim dictum est ad eum:
maledictus tu ab omnibus pecoribus terrae. omnium 434 A
enim communis inimicus est qui fuit hostis bonorum et
pro iis damnatur quos adhuc non laeserat, quoniam qui
hominem laesit, cui illa subiecta omnia sunt, laesit omnia.
communem etenim legem soluit, quia ipse homini cum ceteris
subditus est. ideo communi odio atque execratione omnium
maledictio eius oneratur. genus autem damnationis non mors,

3 Matth. 10, 16   7 Luc. 10, 18   10 Luc. 17, 24   19 Gen. 3, 14

1 ut *s. u. m2 A*   3 cautionis *A* (ł nū *m2 s.* nis) cautionum (*s.* ł nis) *T*   ut *A* (*s. m2* ł sič) sicut *NT*   10 que *A* (*s. m2* ł quia et) quia et *N et* (et *s. u.*) *T*   11 corruscans *A*   12 quia et hic supra *N*   15 recipisti *A𝔄*   16 quae tibi *P𝔄C′C″ et* (bi *eras.*) *C* que tibi *A* (*s. m2* ł que te) quae te *𝔄′* (te *ex* tibi *m2*)   18 sic *A* (*s. m2* ł sicut)   21 his *libri*   22 subiecta omnia sunt *A* (⁄· *m2*) omnia subiecta sunt *𝔄″C′ET* subiecta sunt omnia *C*   23 etenim *A* (et *exp. m2*) *𝔄″* (et *s. u.*) enim *T*   quia *ex* qua *𝔄* qua *N′*   et ipse *A* (et *s. u. m2*) *𝔄𝔄′𝔄″T* et ipsi *E*   24 omnium *post* odio *transponunt 𝔄″ et* (*in quo* atque *in mg.*) *E*   25 honeratur *APC″*   dampnationis *PC*

sed poena diuturna est. super pectus inquit tuum et uentrem ambulabis. premenda enim fuit noxia conscientia et proterenda malitia fraudulentumque secretum tamquam a dei facie relegandum; simul ostenditur quod terrena malitia sit quae in terram recurret. denique addidit: et terram edes omnes dies uitae tuae.

42 Describi quidem his natura serpentis uidetur, sed magis omne malitiae uas describitur, omnis serpens inprobitatis, qui in uentrem se deicit atque intra se uenenum suum claudit et intus in pectore suo uoluit, cogitationibus suis lubricus et super fraudes suas ambulans, suis dolis se ipse inplicans, mouens semper atque exagitans sua uenena, cum cogitat, uentrem quoque, hoc est seminarium cordis sui proterens. unde pulchre Dauid ait: alienati sunt peccatores ab utero, errauerunt a uentre, locuti sunt falsa. furor his secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdae et obturantis aures suas, quae non exaudiet uocem incantantium et uenefici, qui incantantur a sapiente. propter hoc etiam illud pulchre dictum uidetur, quod in libro prophetico legimus: uentrem meum doleo, uentrem meum, quia ibi est malitia, ubi debet esse innocentia, et illud plus laborat, quod in nobis debet esse tranquillius, atque id nequitiae uestigiis proculcatur,

1 Gen. 3, 14 5 Gen. 3, 14 14 Psalm. LVII 4—6 20 Hier. 4, 19

4 religandum (li *ex* le) *A et m. ant.* 𝔄′ religandum 𝔄*C″ et* (ł e *s.* i) *T* relegandum *P* (le *ex* li) 8 uas malitiae 𝔄″*E* 10 cogitationibus suis *ex* cogitationes suas *A* cogitationes suas *D; an* cogitatione sua? 13 hoc *A* (c *s. u.*) seminarium *A* (mi *ex* me *m2*) 14 dauit *A* 16 his] illis 𝔄″*C*″ similitudinem *A* (*s. u. m2* ł multitudinem) *C* (li *s. u.*) 17 obturantis *AT* obstruentis *cet.* 18 qui] quę *C*′ cum 𝔄″*E*, *om. T* 19 incantantur *A* (*s. m2* ł tatur) *P* (n *alt. exp.*) 𝔄′ (*m2* incantatur) 𝔄 incantatur 𝔄″*C*′*C*″*E* incantat *C* (at *m2 in ras.*) incantantis *T* a *om. CT* sapienter *C* (r *add. m2*) *T* 21 uentrem meum doleo *A* (doleo *s. u. m2*) 𝔄′ (doleo *s. u. m3*) 𝔄″*C*″*ET* 23 id *A* (d *ex* t) uestigiis *A* (is *ex* as) 𝔄 (*s. m3* mesticiis) uestitus 𝔄′ uestitur 𝔄″*E* proculpatur *N* conculcatur *C*

stimulatur unguibus, processu quodam inprobitatis incrementoque concutitur, ubi est genitale seminium posteritatis aeternae. uidetur quidem hoc ad id esse referendum, quod dolebat perisse quos creauit filios et suscepit, sed multo magis, quod in uentre suo uerbi seminarium non habebat. E ideo uentrem suum dicit quasi pretiosissimum. pretiosus enim mentis uterus est, in quo fecunda seges consiliorum uerbi semine pullulare consueuit et uitae totius solent atque uirtutum ac disciplinarum quaedam membra formari.

Sed ut reuertamur ad propositum, quod malitiam deus reprimendam interim quam abolendam putauerit, ait ad serpentem: et inimicitias ponam inter te et mulierem et inter semen tuum et semen mulieris. ipsa tibi F seruabit caput et tu illius calcaneum. ubi inimicitiae sunt, discordia est nocendique studium, ubi nocendi studium, ibi malitia ponitur. ergo discordia inter serpentem et mulierem. discordiae malitia subest; non est ergo sublata malitia. denique seruatum est serpenti, ut calcaneum mulieris et seminis eius obseruaret, quo noceat et uenenum suum infundat. non ergo ambulemus in terrenis, et serpens nobis nocere non poterit. sumamus euangelicum calciamentum, quo uenenum serpentis excluditur, morsus eius hebetatur, ut simus calciati pedes in

12 Gen. 3, 15 21 Matth. 10, 10 Luc. 10, 4

2 genitale *A* (i *ex* e *m2*) seminium *A et P* (seminarium *m2*) 𝔄 (seminarium *m3*) 𝔄'*CC'* seminum *C''P'* seminarium *cet.* 3 addidisse *A* (*s. m2* ł ad id esse) *PC'''* 5 habebat 𝔄*C'T* habebant *A* (ł bat *m2 s.* bant) *P* (n *exp.*) *cet.* 6 pretiosius *A* (sius *ex* sus; *s. m2* ł sus) enim *s. u. A* (*m. ant. et iterum m2*) 7 ş̣ẹç̣ụṇḍụş̣ *A* (*s.* fecunda) secunda *PC'''* secundum *C'* 11 magis (*s. u. m2*) quam 𝔄' abolendam *P* (a *pr. ex* o) potauerit *A* 12 te et inter *A* (inter *s. u. m2*) *NT* et *tert. om. P* 13 illius mulieris *A* (illius *extra u. m2*) *T* (illius *del.*) illius 𝔄*P'D* ipse *A* (*s. m2* sa) *P*𝔄 ipsa 𝔄' (a *ex* e *m2*) 14 ubi enim 𝔄 15 ibi discordia *P'* 17 malitiae *A*𝔄 *et* (e *exp.*) *P* malitię 𝔄' (-ia *m2*) 18 seminis *A* (s *alt. exp. m2*) semini 𝔄 *et* (seminis *m2*) 𝔄' 19 obseruaret *A* (ł & *m2 s.* ar&) *PCC'C'''* obseruet *cet.* quo *A* (i *s.* o *m2*) et *A s. u., del. m2* 20 poterit 𝔄 (*m3 ex* potuit) 𝔄' (*m2 ex* potest) potest 𝔄''*E*

euangelium. et fortasse ideo Moyses iubetur soluere calcia- 4
mentum pedum suorum, ut sumeret calciamentum euangelii,
uel quia non Moysi, id est non prophetis, sed apostolis
praedicatio euangelii debebatur. ea est, quam supra diximus,
dicta in serpentem sententia: in hominem quoque cuiusmodi
44 directa sit consideremus. maledictus est ille qui auctor est
culpae, sed non est maledictus iste qui aliena fraude deceptus
est; tamen quia non seruauit mandatum dei, operum suorum B
labore damnatur — maledicitur sane terra, sed in operibus
peccatoris — et maledicitur, donec resoluatur in terram. ideo
ergo suscepit Iesus carnem, ut maledictum carnis peccatricis
aboleret, et factus est pro nobis maledictum, ut benedictio
absorberet maledictionem, integritas peccatum, indulgentia
sententiam, uita mortem. suscepit enim et mortem, ut imple-
retur sententia, satisfieret iudicato: maledictum carnis pecca-
tricis usque ad mortem. nihil ergo factum est contra sententiam
dei, cum sit diuinae condicio impleta sententiae; maledictum
enim usque ad mortem, post mortem gratia. mortui ergo
saeculo sumus: quid adhuc de saeculo decernimus? mortui
sumus cum Christo: quid adhuc uitae huius actus requirimus?
mortem Christi in corpore nostro circumferimus, ut et uita
Christi in nobis manifestetur. non ergo iam nostram illam
uitam, sed Christi uitam uiuimus, uitam innocentiae, uitam
castimoniae, uitam simplicitatis omniumque uirtutum. cum

1 Exod. 3, 5 2 Matth. 10, 10 Luc. 10, 4 8 Gen. 3, 17 sqq. 12 Galat. 3, 13 15 Gen. 3, 17 sqq. 21 II Cor. 4, 10

1 moysi *A* (i *m2 ex* es) 2 et euangelii *A* (et *del. m2*) *P* (et *exp.*) 5 cuiusmodi *A* (i *pr. s. u.*) 7 maledictus est 𝔄''*E* 9 dampnatur *APC*𝔄''*ET* 11 suscepit Iesus] suscepit deus 𝔄'*E* deus suscepit 𝔄'' 12 factum *A* (ł tus *m2 s.* tum) *PC'* 15 per maledictum 𝔄' (per *s. u. m3*) 𝔄''*E*; *fort.* maledicto; *nam* carni peccatrici *non placet* 18 mortem (*alt.*) autem 𝔄''*E* 19 quid adhuc de saeculo decernimus *A* (*infra in mg. m2* ali' quo adhuc secernimur) de *om. N'*, *s. u. T* saeculo ... Christo *om.* 𝔄 secernimus *T* decernimus (*s. m2* ł deseruimus) *E* deseruimus 𝔄''

Christo resurreximus, in ipso uiuamus, in ipso ascendamus, D ut serpens calcaneum nostrum quod uulneret in terris repperire non possit.

45 **Fugiamus** hinc. potes animo fugere, etsi retineris corpore. E potes et hic esse et adesse ad dominum, si illi adhaereat anima tua, si post ipsum cogitationibus tuis ambules, si fide, non specie uias eius sequaris, si ad ipsum confugias. est enim refugium et uirtus, cui dicit Dauid: ad te confugi et non sum deceptus. ergo quia deus refugium, deus autem in caelo et supra caelos, utique hinc illo fugiendum 436 A est, ubi pax, ubi requies ab operibus, ubi epulemur sabbatum magnum, sicut dixit Moyses: et erunt sabbata terrae uobis escae. epulatorium enim et plenum iocunditatis et tranquillitatis est requiescere in deo et eius delectationem uidere. qui ergo confugimus ad deum ad mundum reuertemur, qui peccato mortui sumus peccata repetemus, qui renuntiauimus saeculo et usui eius iterum in luto eius haerebimus? fugiamus hinc, quia tempus breue est. audi quomodo fugias: B et qui habent uxores ita sint ac si non habeant et qui flent tamquam non flentes et qui gaudent tamquam non gaudentes et qui emunt tamquam non possidentes et qui hoc mundo utuntur, tamquam non utantur; praeterit enim figura huius mundi. non ergo cum praetereunte figura mundi opera nostra praetereant, ne etiam ipsi praetereamus, sed maneamus in

8 Psalm. LXXVI 3 11 Philo l. c. 31 (572, 13) 12 Leuit. 25, 4—6 19 I Cor. 7, 29—31

1 in ipso uiuamus *A m1* in ipso uiuimus in ipso uiuamus *A m2 T* 2 terrenis *N et* (*s.* ł terris) *T* reperire *APC𝔄''T* 5 ad.hereat *A* 7 sequaris *A* (i *m2 ex* a) 9 dš est ref. 𝔄 10 confugiendum 𝔄'' 11 *post* sabbatum *add.* eius ſ;.(scł. *T*) xpi ē (et *T*) omnium uirtutum et sabbatum *A s. u. m2 T* 12 magnū. *A* 13 aepulatorium *AP* iocunditatis (o *ex* u *m2*) 𝔄*C* in xpo *T* 15 reuertimur *PC'C'' et* (*corr. m2*) *C* 16 repetimus *A* (i *ex* e *m2*) *PC'C'' et* (*corr. m2*) *C* 17 haerebimus *A* (h *s. u.*) 18 fugias *A m1* fugiamus *A m2 𝔄T* 19 habeant *A* (a *alt. s. u.*)

ueritate. si manemus in Christo, manemus in ueritate et cum eo manebimus et non praeteribimus, sed dicemus: benedictio domini super uos, benedicimus uos in nomine domini. qui enim praetereunt non possunt dicere, quia non dixerunt praetereuntes uiam: benedictio domini super uos, quemadmodum dixit propheta. itaque si uolumus non praeterire opera nostra, non praetereamus mandatum dei, non praetereamus requirendi Iesu domini diligentiam, emerendae eius gratiam. non praeteriuit eum illa mulier, quae usque in Pharisaei domum ingressa, in qua Christus recumbebat, in
47 pedes eius superfudit unguentum. non praetereamus disciplinae alicuius profectum, sicut etiam Ioseph adulescentulus non praeteriuit, quia fratres suos requirebat et ad eum festinabat locum, in quo pascebant oues, et cum cognouisset quia in Dothaim sunt, perrexit eo. significatur autem illo uerbo Dothaim defectus idoneus, id est uanarum opinionum defectus non mediocris, sed perfectus et plenus, in quo profectus est animae. sapiens enim quando minuit addit; deficiunt enim saeculares opiniones, quae mulieribus infirmis comparantur. unde pulchre, quo ostenderetur Sarra ad profectum uenisse,

2 Psalm. CXXVIII 8 9 Luc. 7, 36 sqq. 12 Gen. 37, 17 Philo l. c. 23 (564, 44) 15 Philo l. c. 23 (565, 1) 18 Philo l. c. 23 (565, 7)

1 manemus *pr.* *A m1* maneamus *A m2 CC''N et* (a *alt. exp.*) *T* 3 uos] nos *A𝔄𝔄'* benedicimus *A m1* benediximus *A m2 𝔄''ET* uobis *CC''𝔄''* 7 mandatum 𝔄 (a *pr. ex* u) mandata *C'N'P'* 8 ihu dni *A* (⁄ *m2*) dni ihu *T* 9 praeteribit *A* (*s. m2* ł iit) 𝔄 (*corr. m3*) 𝔄' (*corr. m2*) praeteriit *C* 11 superfudit ungentum *A* (⁄ *m2*) unguentum superfudit *T* 12 adulescentulus *𝔄𝔄'* adolescentulus 𝔄' (*corr.*) *cet.* 14 qua *A* (ł o *s.* a *m2*) cognouissent *A* (t *s.* nt *m2*) 16 defectus *alt. A* (us *ex* u *m2*) 17 profectus (*ex* perfectus) *P et m2 C* 18 minuit *AP𝔄CC''T* monuit 𝔄' (o *ex* i *m. ant.*) *𝔄''E* mittitur *C* (*m2 in ras., s. m2* dothaim mittit) addidit *AN' et m1 C* (*m2* additur) deficiant *A* (v *s.* a *m2*) *PCC'* deficient *C'''* 19 infirmibus *P𝔄 et* (*m2* infirmis) 𝔄' informibus *P corr. CC'* 20 quoostenderetur *A* (o *alt. s. u. m2*) sarra *AP𝔄 et* (r *pr. eras.*) *C'''* sara *cet.* perfectum *P𝔄𝔄'T*

ut generaret risum et laetitiam, defecerunt inquit Sarrae
fieri muliebria. bona ergo defectio cupiditatum, defectio
uanitatis, quia ueritatis adiectio est. unde et sanctus ait:
defecit in salutare tuum anima mea. paritura etenim
erat quem concesserat eoque et promiserat deus, paritura
laetitiam et sobriam illam iocunditatis ebrietatem, paritura
ante expectatum ingenii celeritate partus, feta sapientiae. 437 A
denique et de aliis Hebraeis mulieribus habes quia Hebraeae
prius pariunt quam ueniant obstetrices, eo quod animae iustorum
non expectent artes et disciplinas propter inuentionum
genera nec requirant adiumenta generandi, sed sponte partus
suos fundant expectationemque praeueniant.

48 Nec minus inpiger ad inueniendum quam ad exsequendum
Iacob, cui cum mater dixisset ut inferret patri escas, definitionum
genera suppetisse cernimus. nam et cito inuenit et B
inuentorum suorum auctorem testificatus est deum, in quo
et diligentiae palma et ingenii significatur ubertas. prima ergo
definitio in inuentione. quod inuenitur quaeritur et quod
quaeritur temporis est et quod temporis est utique diligentiae
est. quod autem praeuenit usum temporis deus infundit, deus
dat, quod deus dat naturae, non diligentiae est. ingenium
igitur diuini est muneris, quod autem diuini muneris hoc
naturae. ingenium ergo naturae est, inuentio diligentiae: illud C

1 Gen. 18, 11, cf. 12 Philo Legg. alleg. III 14 (95, 38) 3 Psalm. CXVIII 81 7 Uerg. Georg. III 348 8 Exod. 1, 19 Philo de profugis 30 (571, 19) 13 Gen. 27, 6 sqq. 14 Philo l. c. 30 (571, 23)

1 sarrae *AP𝔄T et* (r *pr. eras.*) *C'* sarae *cet.* 2 cupiditatē *A* (ł tū *s.* tē *m2*) 3 sanctus dauid *A* (dđ *s. u. m2*) *CC'C''𝔄''ET; in 𝔄' s.* ait *ras., fort.* dđ *eras.* 4 enim *𝔄''C''* 5 quae *𝔄𝔄'𝔄''C''T* eoque *del. m2 A, om. CNT* 7 partūş *P* partū *CC' et* (*s. u. m2*) *T* feta (*s. m2* ł facta) *A* facta *CT* 9 primus *A* (m *eras.*) primitus *P* (tu *s. u.*) obstretices *P𝔄* 14 cui cum mater dixisset ut inferret *A* (*infra in mg. m2* cui mater dixisse ut inferret) cui mater cum *T* dixisset (t *s. u. m2*) *𝔄'* 16 suorum auctorem suum *A* (suum *s. u. m2*) *T* (suum *del.*) 19 et *om. N, s. u. T* est *alt. del. m2 A, om. T* 20 quod autem … diligentiae est *om. N, in mg. T* 23 natura *A* (*corr. m2*) *PCC'' et* (ra *ex* re) *P'*

sine tempore, hoc indiget tempore. ideoque illud tempore praesto est, hoc in spatio temporis inuestigatur; illud supra
49 nos, hoc uero ad nos refertur. quaerenti igitur patri cibum uerbi — non enim in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei; talem cibum quaerebat Isaac, talem cibum esuriebat Petrus, quando uidit credituri gentilis populi mysteria — Esau praesto non habuit cibum spiritalis et uelocioris ingenii. dum ille uenatur et quaerit et praedurum atque agrestem D sermonem suggerere parat, praeuenit Iacob celeri inuentione et miti et prope domestica responsione suaue uerbum ministrans, quo eum mulceret et delectaret. unde miratus pater ait: quid est hoc, quod tam cito inuenisti, fili? respondit Iacob: quod tradidit dominus deus tuus in manus meas. prima definitio in interrogatione est, secunda in responso. plena igitur omnia repperiens pater quae erant uel ingenii uel diligentiae definitionis consummatione conclusit dicens: ecce odor filii mei tamquam odor agri pleni, quem benedixit dominus. ager enim et naturale habet fertilitatis ingenium et culturae diligentiam temporalem meritoque in eo est plenitudo, cui utrumque non deest. simul cum addiderit: quem benedixit dominus, uidetur naturae gratiam praetulisse cultionis labori. et confirmauit Esau dicens: iuste uocatum est nomen illius Iacob; subplantauit enim me iam bis et primogenita mea accepit.

4 Matth. 4, 4 Luc. 4, 4 5 Gen. 27, 4 Act. 10, 10 sqq. 8 Gen. 27, 5 11 Philo l. c. 30 (571, 29) 12 Gen. 27, 20 17 Gen. 27, 27 23 Gen. 27, 36

1 illud in tempore *NT* 5 isac *P* 6 misteria *AP𝔄C* 8 uenatur *A* (uena *ex* uenena) adgrestem *A* (*corr. m2*) *P* ·grestem *C* (a *s.* ·) 9 inuentione *A* (i *s.* e *m2*) 10 mitti (t *pr. eras.*) *P𝔄''* (t *pr. exp.*) *T* 11 quo *A* (*s. m2* ł quę) que (o *s.* c) *T* et *scripsi* ut *A* (*s. m2* ac) *PCC'C''* ac *cet.* 12 fili mi *A* (mi *s. u. m2*) *NT* 15 responsione *A* (*m. ant. et iterum m2 ex* responso) *CC'* responso (*ex* responsione) *T* 18 naturalē *P et* (-le *corr.*) *A𝔄* 23 illius] eius *CP'T*, *om. V* supplantauit *P𝔄'C*

Sed forte dicas: in quo moram fecit qui ad uenationem a patre missus est? sed considera quia et pater pronuntiauit quia paratum habere non posset quod spiritaliter petebatur. et ideo quia deficiebatur ingenio uel diligentiae subsidium ut adiungeret exigebat. celeritatis quoque admonet, qui ait: cape arcum et sagittam. accipit tamen et diligentiae fructum qui agnoscit superius esse ingenii munus. nec inme- 488 A rito domesticos cibos detulit, qui de domesticis seminis sui sapientiae sibi adquisiuit copulam. bona autem diligentia cum sapientia et inuentio cum ingenio est naturali. denique habens in promptu sapientiae copulam sanctus Isaac deambulabat in campo, immo abalienabatur. et nos primo sapientiae copulemur et sic exeamus in campum quaerere et inuenire cupientes. multi enim sine sapientia male quaerunt. et ideo Cain, quia non B acceperat a deo prudentiam, male quaesiuit, male exiuit in campum, Abel bene, qui perfectum sacrificii munus impleuit; bonum enim sapientiae sacrificium, bona est hostia fides et omnis uirtus. denique sapientia interfecit suas hostias et miscuit in cratere suum uinum. et ideo ut insipientibus gentilibus potum fidei daret, ad craterem suum conuocauit eos dicens: qui est insipiens deuertat ad me et egentibus sensu dixit: uenite et edite de meis panibus et C bibite uinum, quod miscui uobis. de hoc cratere Plato in suos libros transferendum putauit, ad cuius potum euocauit

6 Gen. 27, 3 7 Gen. 27, 9 11 Gen. 24, 63 14 Gen. 4, 4 sqq. 18 Prouerb. 9, 2 20 Prouerb. 9, 3 sq. 22 Prouerb. 9, 5 23 Plat. Conu. 213 E

1 dicas *A* (s *ex* t) fecit *A* (*l* fa *s.* fe *m2*) facit *T* (e *s.* a) 3 posset (t *m2*) *A*𝔄′ posse 𝔄 4 deficiebatur 𝔄′ (ur *eras.*) deficiebat *CC*′𝔄″*EP*′*T* 6 accepit *N′D* 7 qui *A* (*s. m2 l* quia) quia *VT* 8 de *del. m2 A*, *s. u. T*, *om. C* domesticis *A* (*l* ci *m2 s.* cis) 10 est *del. m2 A*, *om. VNT* 11 promptu 𝔄*CC′E* promptus 𝔄′ (s *eras*) promtu *cet.* 17 *post* hostia *add.* bona *s. u. m2 A* 19 cratere *C*𝔄″*E* craterem *cet.* suum uinum *A* (*⁄ m2*) uinum suum *VNT* ut] aut *A* (*s. m2 l* ut) 21 quid *P* (d *eras.*) 22 dicit *V* 23 de *del. m2 A*, *om.* 𝔄*CT* hoc *P*𝔄″*C″E* huc (*corr.* hoc) 𝔄′ hunc *cet.* cratere 𝔄″*C″E* craterem *P* (m *eras.*) *cet.* 24 transferendum *P* (s *s. u.*) *C* (s *s. u. m2*) uocauit *N′*

animas, sed eas explere nesciuit, qui potum non fidei, sed perfidiae ministrabat.

9, 52 Fugiamus ergo hinc, sicut fugit de patria sanctus Iacob: D
sciebat enim ueram patriam esse superiorem. fugiamus sicut
cerui ad fontes aquarum: quos sitiebat Dauid sitiat et nostra
anima. quis est ille fons? audi dicentem: *quoniam apud* E
te fons uitae. huic fonti dicat anima mea: *quando ueniam*
et parebo ante faciem tuam? fons enim deus est; sed
qui hunc fontem desiderat effundat super se animam suam,
ut nihil possessioni carnis relinquat, sed ubique anima super-
53 fluat. pulchre eam effudit Susanna, ut euaporare in eam non
possent corporis incendia, mortis formidines, uitae cupiditates.
effusa super ipsam anima omne restincxit carnale desiderium,
saeculare studium. quae etiam prodigiosorum senum et inpu- F
dentium presbyterorum potuit flammas restinguere, nisi in his
profluuium libidinis redundasset. a quibus cum intenderetur
calumnia, si adsensus negaretur adulterio, ingemuit Susanna
et dixit: *angustiae mihi adsunt undique. si enim hoc*
fecero, morte aeterna peribo: sin autem, non effu-
giam manus uestras, melius tamen iudicauit crimen
potius fugere quam periculum. plorauit itaque, cum crimen 4

3 Gen. 28, 2 4 Psalm. XXXXI 2 sq. 6 Psalm. XXXV 10 7 Psalm. XXXXI 3 18 Sus. (Dan. 13) 22 21 Sus. 35

3 ergo *postea add. T, om. CC'C''N'* 5 anima nostra *T* (*in quo* quos . . . nostra *s. u.*) *C''* anima nostra *D* 7 te est *V𝔄''ET et* (est *s. u.*) *m2 A𝔄' m1 C* dicat *A* (i *s.* a *m2*) dicit (a *s.* i *alt.*) *T* 8 parebo *P* (e *ex* a) parabo 𝔄 (*m3* aparebo) 10 possessionē 𝔄 passioni *C'P'*; possessionis carni *libri quidam Maurinorum* ubique *A* (*s. m2* ł ubicumque) 11 susanna *A* (*ex* susana) euaporare *A* (et *m2 s.* e *alt.*) uaporare *C* euaporaret et (et *del.*) *T* eam *A* (m *del. m2*) ea *VN* 12 incendiat *A* (t *del.*) incendia corporis 𝔄''*E* 13 restincxit *A* (*s. m2* ł restrincxit) restinxit *PC''D* restrinxit 𝔄 (in *m3 ex* i) *cet.* 14 inpudentium *A* (e *ex* i, n *alt. s. u.*) inpudentum *P* inprudentium 𝔄𝔄' 15 presbyterum 𝔄 (-orum *m3*) presbiterorum *cet.* restringuere 𝔄*C' et* (r *eras.*) *C* 16 profluuium profluuium libidinis *A* (" *m2, sed bis eras.*) libidinis profluuium *VNT* 18 adsunt *A* (ad *del. m2*) sunt *C''T* 19 sin *A* (n *s. u. m2*) si *N*

obiceretur: plorauit cum sibi de pudica et casta adulteri iudicium uindicarent, non mortem deplorans, sed castitatis calumniam, religionis iniuriam plorauit et effudit super se non corpus, sed animam; effudisset enim corpus, si carnalibus adquieuisset. denique cum morte damnaretur, exclamauit quasi iudex reorum, arbitra calumniantum et innocentis conscientiae auctoritate diuinam sibi in iudicium accersiuit cognitionem,
non timore mortis percita, sed arguentis censurae potestate B
praecelsa. Susanna ergo fugit saeculum et se deo credidit ad illam arcem ciuitatis aeternae fugiens, quae totum mundum
4 conplectitur, quoniam intra deum omnia. fugit et Paulus ut euaderet per fenestram demissus in sporta — spartum enim triplex corrumpi non posse nouerat —, sed fugit, ut euangelium domini toto orbe praedicaret, et ideo in paradisum
raptus est. et nos fugiamus per fenestram audientes praecepta C
domini et uisu sobrio atque oculorum castitate seruantes.

5 Fugiamus sicut Loth Sodomitana crimina amplius quam supplicia formidans. magis enim pius certe scelerum fugit contagia qui Sodomitanis domum clausit nec cohabitans nouerat eos quorum flagitia nesciebat et obprobria auersabatur nec fugiens respexit eos quorum conuersationes non desiderabat.

11 II Cor. 11, 33 14 I Cor. 9, 18 II Cor. 12, 3 sq. 17 Gen. 19, 15

1 adulterii (i *alt. s. u.*) *A m2* 𝔄 *m3* 2 uendicarent (ue *ex* ui) *P m1* 𝔄′*m2* 5 dampnaretur *PVC*𝔄″*ET* 6 calumniantum *A* (ł tiū *m2 s.* tum) *PV*𝔄𝔄′ calumniantium *cet.* 7 accessiuit *PC″* arcessiuit *P′* 8 ꝑcepta *A* (cep *in ras. m. ant., s. m2* ł percita) 9 seculum ∴ *A* (*supra in mg. m2* ∴ ali' lib̄ esse a deo credidit ut ad illā arcē ciuitatis eт̄ne fugientes q̊ totū mundū ꝯplectit̄ qm̄ intra dm̄ oīa fugiunt) et se (*ex* esse) ꝗ *T* credidit ut *T* 10 fugeret *T* 11 sunt omnia 𝔄′ (sunt *s. u. m2*) 𝔄″*E* omne *P* omne euum *CC′* omnem *C″* çųm fugit *P* (con *s.* cum) confugit *C′C″* fugiunt *T* 12 in sporta dimissus 𝔄″*E* est dimissus *C* dimissus est *P′DT* demissus *C′* dimissus *P* (*corr. m1*) *cet.* spartum *P*𝔄*C′T et m1 V* sportum *A* (ł a *m2 s.* o) *V m2 cet.* 14 paradysum *A* 16 uisu (ł sum *m2 s.* su) sobrio (ł um *s.* o *alt. m2*) *A* 17 sodomitana crimina *A* (*s. m2* ł sodomita non crimina) 18 formidantes *C″E* formidans 𝔄″ (ns *in ras.*) prius *AP*𝔄*T et* (r *exp.*) *V*, (pius *m2*) 𝔄′ 19 domum suam 𝔄𝔄′*T* domum suāų *V*

fugit ergo sicut Loth, qui renuntiat uitiis, abdicat se incolarum moribus, qui post se non respicit, qui superiorem illam ciuitatem ingreditur introitu cogitationum suarum nec recedit ex ea, donec moriatur princeps sacerdotum, qui tulit peccatum mundi. mortuus quidem semel est, sed moritur unicuique, qui baptizatur in morte Christi, ut consepeliamur cum eo et resurgamus cum eo et in nouitate uitae illius ambulemus.

56 bene fugis, si cor tuum non imitetur peccatorum consilia cogitationes<que> eorum. bene fugis, si oculus tuus fugiat calices et phialas, ne fiat liuidus, dum moratur in uino. bene fugis, si oculus tuus alienam declinet, ut lingua tua ueritatem custodiat. bene fugis, si non respondeas inprudenti ad inprudentiam illius. bene fugis, si auferas gressum pedum tuorum ex ore insipientium. cito enim malis ducibus erratur; sed si uis bene fugere, longe fac uias tuas ab eorum sermonibus.

57 Mortuus est tibi princeps sacerdotum, tibi crucifixus est, ut clauis eius adhaereas. te enim in illa carne et tua peccata suscepit; adfixa sunt illi patibulo tuorum delictorum chirographa, ut iam mundo nihil debeas, cui semel renuntiasti. et recte nihil debes, cui suppetit dicere: m i h i e n i m m u n d u s c r u c i f i x u s e s t e t e g o m u n d o, ut iam mortem non timeas, si geras Christum, in quo potes dicere: u b i e s t, m o r s, u i c t o r i a t u a? u b i e s t, m o r s, a c u l e u s t u u s? etenim cum

4 Ioh. 1, 29 6 Coloss. 2, 12 Rom. 6, 4 11 Psalm. CXXXXV 6 (7) 12 Prouerb. 26, 4 15 Prouerb. 5, 8 20 Galat. 6, 14 22 I Cor. 15, 55 23 Rom. 6, 6

6 et 𝔄''*E* ut *cet.* 9 cogitationesque *scripsi* et cogitationes *A* (et *postea add.*) *VT* cogitationes *C* (*in quo s. u. m2* si non habeas) *cet.* fugias *A* (ł gis *m2 s.* gias) 10 fialas *libri* liuidus (*ex* libidus) 𝔄 *m3 D* libidus *APV*𝔄'*T* libidinosus 𝔄''*C'E* libido *C''* bene fugis *AT et add. m2 C* (bene *ex* sine), *om. cet.* 11 alienā *A* (ł na *s.* nā *m2*) aliena *CN'T* 12 bene ... illius *infra in mg. A* inprudenti *A* (r *s. u. m2*) 14 eruatur *A* (*s. m2* ł erratur) 17 clauis *A* (claues *m. ant.*, clauis *restituit m2*) 18 chirographa 𝔄'' cirographa *E* chirografa *V*𝔄 cyrografa *cet.* 20 enim *om. C''P'* 22 generas *A* (*s. m2* ł geras) *P* 23 stimulus tuus *T*

uetus ille homo noster adfixus est cruci, destructum est
peccatum, obtusus aculeus, uacuata culpa, ut ulterius seruire C
flagitiis desinamus. abiit enim et uetus homo. nunc autem iam
non uetus homo in nobis, sed noua est creatura habens in
se similitudinem Christi, cuius mortis similitudini consepulti
imaginem uitae eius adsumpsimus, alas gratiae spiritalis acce-
3 pimus. sic igitur uolate, ut dicatur de uobis: qui sunt
isti, qui sicut nebula uolant et sicut columbae
cum pullis suis? ut nebulae uestrae rorent iustitiam et
columbae pariant simplicitatem. sic nauigate quasi transfre- D
tantes mundum, non pererrantes quasi naues Tharsis, ut in
intellegibiles portus cursum dirigatis et conuehatis diuitias
maris. sic festinate, ut dicatur de uobis: leues facti sunt
super aquilas. ab ira enim uentura fugiendum uidetis,
quam declinare poterunt qui per paenitentiam sibi spem
locauerint euadendi et reconciliationis futurae fidem hauserint,
per dominum nostrum Iesum Christum, cui regnum est a
saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum.
amen.

3 Ephes. 4, 22 4 Rom. 6, 4 sq. 7 Esai. 60, 8 9 Esai. 45, 8 Matth. 10, 16 11 Esai. 60, 9 13 Thren. 4, 19

1 ille *om.* *VN*, *s. u.* *P T* 2 optusus *PVC* obtusus 𝔄 (b *ex* p *m3*) 3 desinamus *A* (n *ex* m) *C* (de *ex* di *m2*) et *del.* *m2* *A*, *om.* *VN* 5 mortis (s *s. u.* *m2*) *PV*𝔄' morti *A*𝔄 morte *C''* 8 nebula *A* (ł e *m2* *s.* a) nebulae *T* columba *A* (a *ex* e *m. ant.*, ł e *m2* *s.* a) 9 ut] et *P* (vt *corr.*) *C* iustitię *A* (am *m2* *s.* ę) 11 ut in (in *s. u.*) *P'*, in *om.* *CC'*, ut ad 𝔄' (ad *s. u.* *m. ant.*) 𝔄''*E* 12 intellegibiles (es *ex* is) 𝔄 *m3* 𝔄' *m2* conueatis *AP* conuehatis (h *s. u.*) *V* *m2* *C''* 14 uidetis *A* (ł ea *m2* *s.* e) 15 qui] quē *A* (*s.* *m2* ł qui) quem *P* (i *s.* ęm) *C''* pēnitentiae *A* (ł am *s.* ae) penitentie *P* 17 Christum *om.* *V*, Iesum Christum *om.* *N'* FINIT LIBER DE (esau et *add.* *m2*) FUGA SECULI *A* FINIT DE FUGA SAECULI *P* FINIT LIBER DE FUGA SAECULI 𝔄 EXPLC. *V* EXPLICIT LIBER (SCI AMBROSII *add.* *P'*, ·IIII· 𝔄'') DE FUGA SAECULI (SECULI *P'*𝔄'') 𝔄'*P'*𝔄'' EXPLICIT LIBER QVARTVS *E* FINIT DE ESAU ET FUGA SCŁI *T* EXPLICIT LIBER SCI AMBROSII DE ESAU ET FUGA SECULI *D*. *in* *CC'C''* *non est subscriptio*

<DE INTERPELLATIONE IOB
ET DAVID>

P = Parisiacus 1732 saec. VIII f. 144^r
B = Bruxellensis 1893/99 saec. XII f. 14^r
D = Duacensis 227 saec. XII f. 78^r
P' = Parisiacus 14464 (olim. liber S. Uictoris) saec. XII f. 1^r
C = Parisiacus 1723 (olim Colbertinus) saec. XIIII f. 297^v
α = editio Amerbachiana

〈I.〉

DE INTERPELLATIONE IOB ET DE HOMINIS INFIRMITATE.

1, 1 Multas nobis perturbationes in hac uita esse subeundas I 625 A
scriptura diuina frequentibus demonstrat locis multasque sup- B
petere consolationes, quibus animus capax uigoris et recti
conscius absorbere debeat quae praesentium incommodorum
sunt, spectare ea quae habeant perpetem iocunditatem. prae-
ponderant enim consolationes perturbationibus, quia et prae-
sentium sedationem adferunt et spem futurorum. unde et
apostolus Paulus indignae sunt inquit passiones huius C
temporis ad superuenturam gloriam: indignae utique
ad consolationem conparationis, non ad fructum redemptionis.
2 quae est enim tam praeclara cuiusque uita in terris, ut ad-
aequare illam caelestem gloriam possit? quid sublimius Paulo,
qui tantum periculorum subiit, tantum doloris atque infirmi-
tatum absorbuit? in iis quas pro Christi nomine subiit pas-
sionibus cottidie, ut ipse dicit, moriebatur et nihil indignum
perpeti se in hoc tempore pro tantae gloriae spe atque
expectatione censebat. Helias famem insidias mortisque terrores, D

6 Uerg. Aen. I 604 11 Rom. 8, 18 18 I Cor. 15, 31

INCPT TRACTATUS EIUSDEM (S̄. AMBROSII *P'*) DE INTERPELLATIONE IOB ET DE (DE *om. DP'*) HOMINIS (HOMINIS *om. C*) INFIRMITATE *PDP'C* INCIPIT TRACTATUS SCI AMBROSII EPI DE INTERPELLATIONE SANCTI IOB *B* 5 multisque *B* (a *s.* i) 6 recti *B* (i *ex* o) 7 absorbere *B* (a *ex* o *m2*) 8 ça *B*, *om. C* 11 inquit sunt *B* passionis *P* 14 enim *om. BDP'* cuiusque *C* cuiusce *P et m1 B* cuiusue *B m2 DP'* terra *DP'* 15 illi *B*, illam *om. DP'* 16 dolorum *B m2 DP'* 17 obsorbuit *DP'* his *libri* pro *om. P'* 20 terrores *P* (e *alt. ex* i)

laborum acerba tolerauit: et tamen solus ille igneis curribus, equis igneis de caelo deductus ad terras et de terris reuectus 62 ad caelum omne meritum militiae huius abscondit atque ultra humana omnia gratiam pii ascensoris euexit. nam de Petro quid loquar? qui crucem suam futura remuneratione indignam arbitratus inuerso suspendi poposcit uestigio, ut aliquid passioni suae adderet, cuius aceruare ipse sibi supplicia nec
3 timeret. unde non inmerito sanctus Dauid ad illam gloriam cum in cetero opere tum maxime in quadragensimo primo 1 psalmo se festinare testatus est dicens: quando ueniam et parebo ante faciem dei? in quo psalmo et perturbationes humanae fragilitatis et consolationes a domino euidenter expressit. in quo etiam interpellat pro nobis deum, quod oblitus operis sui, oblitus conlatae in hominem liberalitatis et gratiae quem tuendum atque ornandum susceperat dereliquerit et infirmum ac naufragum diuersis infirmitatibus reiecerit adterendum. quod idem ante ipsum fecerat sanctus Iob, sed iste moralius, ille uehementius. utriusque igitur interpellationes considerare cordi est, quod in his uitae humanae forma exprimitur, causa agitur, praerogatiua formatur. suo igitur ordine spectandae nobis sunt.

2, 4 Amissis itaque Iob liberis atque omnibus suis praeter uxorem, quae sola ei ad temptationem fuerat seruata, perfusus etiam ulcere graui, cum uideret amicos suos non ad conso- 6 landum uenisse, sed exaggerandum et aceruandum dolorem,

1 Reg. IIII 2, 11 sq. 10 Psalm. XXXXI 3 13 Psalm. XXXXI 10 sq. 22 Iob 1, 14 sqq. 23 Iob 2, 9 sqq.

1 tolerabat *DP'* ille *om. DP'* 4 humanam omnem gratiam (grām *D*) *B m2 DP'* euexit ascensoris *B* se uexit *DP'* 7 aceruaret *PBC* acerbaret *DP'* acerbare *B m2 in mg.* sibi ipse *B* nec *PC et m1 B* non *B m2 DP'* 9 quadraginsimo *P* quadragesimo *cet.* 10 testatur (*om.* est) *DP'* 11 apparebo *B m2 DP'* 12 consolationes *P* (e *ex* i *m2*) dō *C* 14 liberalitatis *P* (ali *s. u.*) 15 et ornandum *B* 19 is *P* his *cet.* 20 igitur *P* (*corr. m2*) *B* (agitur *in mg. m2*) *C* 23 perfossus *B m2 in mg. DP'* 24 uiderit *P* 25 sed *P m1 B m1* sed ad *P m4 B m2 cet.* exagerandum *PDP'* et ad *B* (ad *s. u. m2*) *DP'* acerbandum *B*

aduertit a domino datam in se aduersario temptandi sui
potestatem. et quamuis sagittas domini in corpore suo esse
sentiret, quibus se conpungi diceret, tamen quasi bonus
athleta, qui dolori non cederet nec dura certaminis recusaret,
addidit: incipiens dominus uulneret, in fine autem
non me perimat. quae enim mea uirtus, quia
sustineo, aut quod meum tempus, ut sufferat B
anima mea? numquid fortitudo lapidum fortitudo
mea aut carnes meae sunt aereae? aut non in ipso
confidebam? adiutorium autem a me recessit,
5 uisitatio autem eius despexit me. nonne temptamentum
est uita hominis in terra et sicut mercennarii
cottidiani uita eius aut sicut famulus timens
dominum suum, qui se sub umbra optegat, aut
sicut mercennarius expectans mercedem suam?
sic et ego expectaui menses uacuos, noctes autem
dolorum datae sunt mihi. si quiescam, dico: quando
dies? si surgam, iterum: quando uesper? plenus C
sum doloribus a uespere usque mane. fermentatur
mihi corpus in putredine uermium, liquefacio
autem glaebas terrae saniem radens ulcerum. uita
autem mea leuior est fabula, in spe uacua perit.
dicam: consolabitur me lectus meus. terres me in
somniis et in uisionibus me percellis.

6 Quam misera hominis condicio, quae quasi mercennaria D
aliis laborat, sibi indiget et nisi aliena misericordia sustentare
se nequit! cottidie sub formidine, sub timore grauem tolerans
seruitutem et, ne deprehendatur a domino, erratica atque E
fugitiua sub umbra quadam saeculi huius putat se posse

1 Iob 2, 7 2 Iob 6, 4 5 Iob 6, 9 et 11—14 11 Iob 7, 1—6 et 13 sq.

3 a quibus *B* (a *in mg. m2*) *D* 6 me *om. DP'* quią *B* (ὅτι *LXX*) qui *cet.* 7 sustenec *P* 9 aereae sunt *B* 12 įn *B* super terrā *DP'* 19 usque ad *D* 20 pudridine *P* 21 glebas *B* (*in mg. m2*) *cet.* 22 fabula *PB* fauilla *P in mg. m2 B in mg. m2 cet.* 23 lectulus *B* (lu *s. u. m2*) *D* 27 cottidine *P* (n *del.*) 29 futigitiua *P* (ti *pr. del.*)

delitiscere. considera illum, de quo ait in Ecclesiastico Sirach:
omnis homo transgrediens in lecto suo, contem-
nens et dicens in anima sua: quis me uidet?
tenebrae circumdant me et parietes. quem uereor?
nonne tibi uidetur iste uere esse mercennarius, qui .....
prodegerit ut ille adulescens in euangelio, qui legitur acceptae
a patre substantiae portionem ..... et egens atque inops, F
quo famem leuaret, pascere greges coepit alienos, ut mercede
sumptum exerceret suum? sed ille tamen aliquando conuersus,
quia reuertit ad patrem et peccata sua non repressit, sed
prodidit: hic autem qui se existimat ab eo qui omnia uideat
non uideri et tenebris putat commissa sua posse celari
umbram praetendit, sed frustra latere se credit, cum oculus
domini lucidior sole occulta omnia deprehendat, tenebrosa 62
inluminet et intimi cordis penetret conscientiam atque in alta
et profunda descendat. uanus ergo qui putat tenebris esse
se tutum, cum lucem uitare non possit, quae lucet in tenebris
et tenebrae eam non conprehendunt. quasi fugitiuus itaque et
malus mercennarius deprehenditur et antequam se occultet
agnoscitur, quia domino omnia antequam quaerat cognita sunt
7 non solum quae facta, sed etiam quae futura. perit igitur in B
uacua spe qui putat quod suum crimen abscondat: fabula est
ista, non ueritas. denique fabula peccantium odiosa,

2 Sir. 23, 18 (25 sq.) 6 Luc. 15, 12 sqq. 13 Sir. 23, 19 (28) 17 Ioh. 1, 5 23 Sir. 27, 13 (14)

1 delitescere *P* (e *alt. ex* i *m2*) *cet.* ecclesiasticos; *P* (s *del.*) ira *PC* sirach *B* (ch *s. u. m2*) syrac *D* sirac *P'* 2 contempnens *PDP'C* contemp•ens *B* (t *eras.*, n *s. ras.*) 3 uidit *P* 4 circumdant *B* (dant *ex* dabunt) parietes *P* (es *ex* is *m2*) 5 uere *PBD* uir *P'C* lacunam *significaui*, sua *add. ed. Rom.*, *sed plura excidisse uidentur*, *fort.* aliis laboret, cum sua 6 prodiderit *DP'* utile aduliscens *P* acceptę *PBDP'* accepisse *B m2 in mg. C* 7 lacunam *indicaui* 9 conuersus est *B* (est *s. u. m2*) *DP'* reuertitur *B* (ur *s. u. m2*) *DP'* 11 uideat *B* uidet *DP'C* 16 in tenebris *C* 17 se esse *B*, se *om. C* totum *PC* 21 *fort.* facta sunt futura sunt *DP'* repperit *D* (rep *postea add.*) *P'* 23 odiosa *B* (προσόχθισμα *LXX*) otiosa *cet.*

non habens fructum, sed gemitum. narratio enim fatui sarcina in uia. quid enim est aliud peccatum nisi sarcina, quod huius saeculi onerat uiatorem graui depressum fasce delicti? qui si nollet oneri subiacere, debuit audire dicentem: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam.

8 Quid autem aerumnosius, cum ipse lectus communem ad C
quietem datus graue uulnus infligat? tunc enim solemus quae fecimus recordari, et factorum suorum stimulis conpungitur interior conscientia. unde et scriptura ait his: quae dicitis in cordibus uestris et in cubilibus uestris conpungimini? remedium quidem debiti, sed tamen conscientiam uulnerauit. sed esto ut aliquando fessis somnus obrepat, terremur insomniis, exagitamur uisionibus, ut iam non requies
ista, sed poena sit. ita enim abeunt diuitiae saeculi uelut D
somnium exurgentis. surrexit aliqui istius corporis somno, et nihil possedit idque ipsum quod se credebat habere amisit.
9 constituite mihi nunc diuitem illum, qui cotidiana lucra et quaestus uarios congerebat et exagitabatur cupiditatibus suis, subito resipiscentem considerantemque secum quia non cum morietur, accipiet omnia, neque simul descendet
cum eo gloria domus eius et quod ea quae possidet in E
hac uita habeant aliquid uoluptatis, non etiam in futurum,

1 Sir. 21, 16 (19) 5 Matth. 11, 28 10 Psalm. IIII 5 16 Esai. 29, 7 Psalm. LXXII 20 20 Psalm. XXXXVIII 18

2 quid ... sarcina *s. u. m2 P* 3 quod *PC* quae *BDP'* 4 dilecti *P* (*corr. m2*) 5 laboratis *P* (i *ex* e) 7 autem] enim *B* ad communem *DP'* 10 et *om. DP'* 12 *fort.* quidem dedit 13 fessis *B* (*corr. m2*) fessos *DP'* 14 insomniis *P* (i *tert. s. u. m2*) non iam *DP'* 15 ista *om. DP'* abeunt *PBC* habentur *B m2 in mg. DP'* ueluti *DP'* 16 exurgentis *P* (i *ex* e) aliquis *P* (s *s. u. m2*) *cet.* ex istius *B* 17 possedit *P* (i *ex* e) possidet *B* habere credebat *B* 18 constitue *B* mihi *s. u. m2 B* nunc *C m1* mihi nunc *m2* nunc *s. u. D* 19 exagibatur *P* exagebatur *DP'* 20 considerate questum *DP'* non *om. DP'* 21 simul *om. DP'* discendit *P* 22 quod] cum *DP'* possedit *P* (i *ex* e) *C*

aperientem oculos ad caelestia. nonne tibi uidetur sicut qui in somnis bibebat bibisse et sicut qui in somnis epulabatur epulatus, aperuisse autem oculos et cognouisse quod anima eius inane sperauit et adhuc esuriat et adhuc sitiat, quia modum non habet auaritia nec rapiendo expletur, sed incitatur hoc egentior, quo plura quaesiuerit? et hic ergo surrexit, et uanum est somnium.

4, 10 Sed iterum ipsum audiamus dicentem. incumbebant illi amici, qui ad consolandum uenerant, et quasi inimici amaris eum perurguebant sermonibus. unum enim solacii genus est in aerumna et amaritudine constitutis culpa uacare, ut ea quae perpetiuntur aduersa non pro delicti pretio sustinere uideantur. hoc quoque uiro sancto adimere gestiebant, ut uideretur ipse suae auctor aerumnae, qui peccatis grauibus domini contraxisset offensam et pro impietatibus suis illa toleraret, describentes impiorum supplicia, qui uitia sererent et meterent sibi dolores, quod mandato perirent dei et spiritu irae ipsius interirent, qui insufflaret domos luteas inhabitantibus et arescerent, cogitationes destitueret uersutorum, os obstrueret iniusti. quae uera quidem de domini potestate, sed non conuenientia tanti uiri meritis adserebant. his ergo
11 respondit: in ueritate noui quia ita est. quomodo enim iustus mortalis apud dominum? si enim uoluerit iudicio contendere cum eo, non audiet illum, ut non ad unum uerbum eius mille sermonibus contradicat. sapiens est enim intellectu et

16 Iob 4, 8 sq. 18 Iob. 4, 19 et 21 19 Iob 5, 13 et 16 22 Iob 9, 2—11

1 aperiunt *DP'* 2 somnis *B* (*ex* somniis) somniis *DP'* bibebat ... somnis *om.* *DP'* epulatur epulari *DP'* 3 autem *om.* *DP'* 4 et *alt.* *om.* *DP'* 5 auaritia *P* (a *ult.* *ex* ā) 6 quaesierit *B* 10 unum] ut *D* (t *in ras.*) *P'* 11 et] et in *DP'* constitutus *P* a culpa *DP'* 12 delicti *B* (i *alt.* *ex* a *m2*, *om.* non) 15 contraxisse *B* 16 tolerasset *B* 17 mandato *B* (-ta *m2*) mandata *cet.* perirent *BP'C* operirent *PD* 18 irae *ed. Rom.* (ὀργῆς *LXX*) uitae *libri* 19 ariscerent *P* destituerent *B* 23 enim est *B* deum *B*

fortis et magnus. quis tam durus, ut in conspectu eius possit subsistere? qui facit montes inueterescere, et nesciunt, et euertit eos iracundia: qui commouet orbem terrarum a fundamentis, et columnae eius mouentur: qui dicit soli, et non oritur, aduersus sidera autem consignat: qui extendit caelum solus et ambulat sicut in pauimento supra mare: qui facit uirgilias et uesperum D et septentrionem et austri ministerium: qui facit magna et inuestigabilia, gloriosa et inmensa, quorum non est numerus. si praeterierit me, non uidebo et si praetergressus me fuerit, nec sic sciam. quanto uehementiore tuba iste increpuit de domini potestate? sed in ea iustorum auxilium, non ruina est. denique uidetur exprimi potentia, sed magis redemptionis nostrae mysteria declarantur.

2 Qui sunt enim montes quos inueterescere fecit nisi Moyses, EF Aaron, Iesus Naue, Gedeon, prophetae, omnes libri ueteris testamenti? uenit Iesus dominus: nouum detulit testamentum, et illud quod erat uetus factum est. innouatus est Christianus, inueterauit Iudaeus: renouata est gratia, inueterauit littera. euertit montes et conuertit. euertit enim et subruit intellectum secundum litteram et statuit intellegentiam spiritalem. intellectus ergo legis ille carnalis euanuit: facta est spiritalis. unde apostolus ait: scimus autem quia lex spiritalis 630 A est, ego autem carnalis sum. sed et ipse qui carnalis erat factus est spiritalis, sicut ipse asseruit dicens: puto

25 Rom. 7, 14 27 I Cor. 7, 40

2 inueteriscere *P* inueterascere *DP'C* 6 autem sidera *BDP'* 8 uergilias *B* uigilias *DP'* ugilias *C* 9 septemtrionem *BP'* 10 inuistigauilia *P* 12 fuerit me *B* 15 nostrae *om. DP'* misteria *PB* 17 inueteriscere *P* inueterascere *DP'C* facit *BDP'* 18 aron *P* moyses : et helyas : aaron *DP'* iesu *B* profetę *P* (*semper*) 19 dns ihs *BDP'* 20 factum est nouum *BDP'* 22 et *pr. B* ut *cet.* 24 ille legis *DP'* facta *P* lex facta *B* et factus *DP'* factus *C* 27 aseruit *P*

enim et ego spiritum dei habeo. hos ergo montes inueterauit Iesus, et Iudaei nesciunt. si enim cognouissent, numquam dominum maiestatis crucifixissent, numquam Iudaica adhuc deliramenta sequerentur. ipsi sunt ergo qui nesciunt. unde et in euangelio dicit dominus Iesus: dimitte illis,
13 pater, quia nesciunt quid faciunt. sed non excusantur, quia nesciunt, cum scire nolint quod debuerunt cognoscere. certe non illis inuidemus, domini si sententiam sequantur: sententia enim superiora solet absoluere, non futura. sed nec ille inmunis a scelere qui crucifixit suae auctorem salutis et postea ueniam non poposcit. esto ut ante ignorauerit quem persequebatur: in cruce tamen positum debuit recognoscere uniuersorum esse dominum elementorum, sub quo omnia elementa tremuerunt, caelum obscuratum est. sol refugit, terra dissiluit, defunctorum sepulchra patuerunt, mortui uiuentium recepere consortia. unde et centurio dixit: uere filius dei erat iste. centurio agnoscit alienum, Leuita non recognoscit suum: gentilis ueneratur, Hebraeus abiurat. non inmerito ergo columnae orbis terrarum motae sunt, quando non crediderunt principes sacerdotum: sed motae sunt ueteres, ut nouae confirmarentur, sicut ipse dignatus est dicere: ego confirmaui columnas eius. audi quas columnas confirmauerit: Petrus et Iacobus et Iohannes, qui uidebantur columnae esse, dextras dederunt mihi et Barnabae communionis.

14 Quomodo ergo excusant nescisse se, quorum alii uiderunt, alii cognouerunt solem non expleto diei curriculo recepisse se et rursus ante peractum spatium noctis egressum noctem in

5 Luc. 23, 34 14 Matth. 27, 51—53 Luc. 23, 44 sq. 16 Matth. 27, 54 18 Iob 9, 7 19 Matth. 26, 60 sqq. 21 Psalm. LXXIIII 4 23 Galat. 2, 9

1 *post* enim *add.* quia *C* habere *DP'* montes *om. B* 5 et *om. B* 7 nolunt *DP'* 8 si domini sententiam *DP'* 11 ignorauerat *DP'* 15 sepulcrha *P* 16 recipere *P* (*corr. m2*) *C* receperunt *DP'* dei filius *BDP'* 18 hębreus *P* 23 iacob et iohannis *P* 25 communionis *PDP'* societatis *BC* 26 se nescisse *DP'* 27 recipisse (*om.* se) *P* recessisse *DP'*

die fecisse, in nocte diem. utique intellegere debuerunt quia
sol iussus se recepit et iussus exiuit. praescripserat enim
dominus quia tribus diebus futurus erat in corde terrae et
tribus noctibus: didicit hoc sol, seruabat praeceptum. dubi- E
tabat ergo dicens: quid facio? orior et dies est, occido et nox
est. si cursum meum seruauero, demorabor mundi salutem.
festinemus ad redemptionem etiam nostram: festinare debeo
etiam ipse ad nouam uitam; erit enim beneficio crucis, qua
uniuersa renouantur, et sol nouus et caelum nouum. festino
ergo ut illum possim uidere solem iustitiae inluminantem
animas uniuersorum. sed quid faciam? ipse uult post triduum
fieri resurrectionem. inueni quid faciam, ut et moras non F
faciam et numerum dierum custodiam. non faciam integrum
diem et integram noctem. adbreuiabo horas, ut tribus quidem
diebus et noctibus sit inter mortuos dominus Iesus, citius
tamen quam trium dierum et noctium interualla patiuntur
resurgat a mortuis. adbreuiabo igitur horas, ubi ascenderit
crucem. a sexta hora statim fiat nox, ne uideam domini
passionem, sed fugiam parricidalis persecutionis spectaculum.
occidam et erit nox horarum trium, egrediar et innouabo
diem, ut sit horarum trium: percursus est primus dies,
sequetur nox secunda spatio suo, sequetur similiter dies: 631 A
incipiet nox tertia, resurget dominus in nocte, et erit dies in
lumine resurgentis, ut compleatur illud: e t n o x t a m q u a m

2 Matth. 12, 40 9 Apoc. 21, 1, cf. Petr. II 3, 13 10 Malach. 4, 2 Ioh. 1, 9 24 Psalm. CXXXVIII 12

1 in nocte diem *D* in diem (die *BP'*) noctem *cet.*, *fort.* diem in nocte; in diem noctem mutauisse *Henricus Schenkl* 2 recipit *P* praedixerat *DP'* 3 erat *om.* *B* 4 didicerat *DP'* 7 etiam ad redemptionem *BDP'* 8 ipsam *B* quia *B* 9 renouantur uniuersa *DP'* 12 et *s. u.* *D* 13 dierum meorum *B* 14 adbrebiabo *P* abbreuiabo *B* adbreuiando *C* oras *P* quidem horas in tribus *B* 15 et *PP'C* ac *D* et tribus *B* citius . . . trium *om.* *DP'* *spatio relicto* 17 adbrebiabo *P* adbreuiando *C* 21 percussus *PBC* 22 sequetur *Gelenius* sequitur *libri* secunda *C* secundo *cet.* sequetur *B* sequitur *cet.* 23 resurgit *PDP'* 24 tamquam] sicut *DP'*

dies inluminabitur. hic est ille dies magnus, quem Abraham uidit et gauisus est, de quo et Dauid dixit: hic est dies, quem fecit dominus; exultemus et laetemur in eo, cui non ministerio laboris, sed fructu exultationis interero.

15 Ipse ergo dominus diem ducet, et ante mundi consummationem mundi uidebitur lumen, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. ipse est dominus qui signat et numerat multitudinem stellarum: ipse est qui caelum solus extendit, qui ambulauit tamquam in pauimento super mare, quando Petrus eum uidit ambulantem et dixit: domine, iube me ad te uenire super aquas. et iussit dominus, sed ille titubauit et nisi porrexisset ei dexteram dominus, demersus fluctibus occidisset. titubauit caro, saluauit dextera. et ait illi: modicae fidei, quare dubitasti? fides ergo ambulauit in apostolo, non caro. denique fides titubauit, et caro coeperat sentire naufragium. quod non inpropiie dictum est, quia caro nauis est animae, sicut scriptum est: qui descendunt mare in nauibus et alibi: ibi dolores sicut parturientis. in spiritu uehementi conteres naues Tharsis. animae enim nostrae cum uerbum parturiunt, edunt dolores: quae autem peperit iam non meminit tristitiae propter gaudium, quia natus est illi homo, qui mundum redemit. naues ergo Tharsis, id est intellegibiles, quae

2 Ioh. 8, 56 Psalm. CXVII 24 7 Ioh. 1, 9 9 Psalm. CXXXXVI 4 10 Iob 9, 8 Matth. 14, 25 11 Matth. 14, 28—31 18 Psalm. CVI 23 19 Psalm. XXXXVII 7 sq. 22 Ioh. 16, 21

1 dies ille *B* 2 haec ... quam ... ea *B* 6 ducet *B* ducit *cet.* consumationem *PB* 7 mundi *om.* *DP'* 9 est dn̄s qui *DP'* 10 ambolauit *P* (v *s.* o *m4*) ambulat *DP'* 11 uidit eum *DP'* 12 uenire ad te *BDP'C* 15 dubitasti *DP'* dubitabitasti *B* titubasti *PC* (*cf. Epist. LXXVIII 8*) 17 cępit *B* 19 descendunt *P* (e *ex* i) 20 conterens *PB* nauis *P* naues *cet.* 22 tristitiae] pressurę *DP'* 23 illi homo *DP'* illis homo *PC* homo illis *B* 24 redimit *P* (*corr. m2*) ergo *om.* *DP'*

Solomoni aurum ferebant atque argentum, id est corpora nostra, quae habent thensaurum in uasis fictilibus, ut apostolus dixit, uel quod etiam hic partus dubio conteruntur, iuxta quod dictum est: uae praegnantibus et nutrientibus! — nam cum anima quatitur, caro fluctuat — uel spiritu uehementi exagitabuntur infuso, cum expleto tempore fuerit resurgendum, secundum quod scriptum est: ueni, spiritus, et insuffla in mortuos istos, et uiuent. unde et ipse E Iob in posterioribus dicit: noui enim quia aeternus et potens est qui soluturus est me in terra resuscitare meam pellem, quae portauit. conteruntur autem, quia in iudicium resuscitantur. est autem bona contritio; cor enim contritum et humiliatum deus non spernit et alibi: sana contritiones eius. sed et ad Iosaphat dictum est: contritae sunt ..... ire in Tharsis, eo quod se sacrilego miscuisset. utrumque igitur contritio significat, quia utrumque est in die iudicii, quando omnes qui in monumentis sunt audient uocem fili dei et F procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem uitae, qui male egerunt in resurrectionem iudicii. quod etiam Dauid propheta significat dicens: ibi dolores parturientis. sicut audiuimus, ita et uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei nostri. namque et dolorem futurum et laetitiam conprehendit, dolorem de iudicio, de absolutione laetitiam.

1 Reg. III 10, 22 2 II Cor. 4, 7 4 Luc. 21, 23 7 Ezech. 37, 9 9 Iob 19, 25 sq. 13 Psalm. L 19 14 Psalm. LVIIII 4 15 Paralip. II 20, 37 17 Ioh. 5, 28 sq. 21 Psalm. XXXXVII 7 et 9

1 salomoni *P* (a *ex* o *m4*) *cet.* 2 thensaurum *P* (n *del.*) thesaurum *cet.* 10 resuscitare ... portauit *om. DP' spatio relicto* 11 portauit <haec> (ταῦτα *LXX*) *ed. Rom.* quia] qui *D* 12 resuscitantur in iudicium *P'* in iudicium *s.* resuscitantur *D* 14 contritionis *P* iosafat *P* iosaphath *B* *lacunam indicaui.* sunt ire *PC* sunt naues ire *B* sunt ire naues *DP'*; *fort. scripsit Ambrosius:* sunt <naues tuae et non potuerunt> ire 16 se sacrilegio *DP'* sacrilegio se *B* 18 audient ... fecerunt *om. DP'* fili *P* filii *cet.* 20 qui uero mala *B* 22 *fort.* <sicut> parturientis (ὡς τικτούσης *LXX*, *cf. p. 220 u. 20*; ut parturientis *C*

6, 16 Sed ad propositae nobis interpellationis seriem reuertamur. multas inquit contritiones fecit mihi. respirare me non sinit, impleuit me amaritudine; et quia uirtute est potens, nemo potest iudicio eius resistere. si iustus sum corde, lingua mea errat. magnum et potentem disperdit ira. improbi in morte graui, iusti autem inridentur; dati sunt enim in manus impii. uide singula. potentibus ira sua est grauis, improbis nequitia. iustis condicionis infirmitas. ita nihil periculo uacat. fortitudo et magnitudo uiri sua potestate decipitur, improbitas adflictatur, uirtus ridetur. ille, quia plus potest. labitur, iste, quia nihil potest, adfligitur. condicionis est uitium, quia uita nostra leuior est cursore; transiuit, et nihil uidit. tamquam nauis uestigium aut aquilae uolantis quaerentis escam, ita praeterit et uita hominis. quod loquimur, obliuiscimur, nec ullum transitus. nostri insigne deprehenditur nisi quod sit plenum maeroris et gemitus. concutior inquit omnibus membris. utinam sit mediator noster et arguens et diiudicans inter utrum-
17 que nostrum. dicam domino: quare sic me iudicas? an bonum tibi est ut ego iniustus sim, quia repulisti opera manuum tuarum et consilio impiorum intendisti? numquid sicut mortalis uidet, sic uideas? aut uita tua sicut hominis aut anni tui sicut uiri, quia exquisisti iniquitates meas et peccata mea inuestigasti? nosti enim quia impie non gessi; sed quis est qui de manibus tuis eruat?

2 Iob 9, 17—20, 22—24 12 Iob 9, 25 sq. 18 Iob 9, 28 et 33 20 Iob 10, 2—7

4 eius iudicio *B* 9 uagat *P* 11 ridetur *C* ridetur ridetur *P* (*alt.* ridetur *s. u. m2*) *cet.* 14 uolantis et *DP'* 15 hominis *P* (i *alt. ex* e) 19 et arguens et *scripsi* (καὶ ἐλέγχων καὶ διακούων *LXX*) et arguens *PDP'C* arguens et *B* 21 iniustus *B* (in *s. u.*) iustus *DP'* 22 et *DP'*, *om. cet.* 23 uides *B* 26 non impie gessi *B* 27 eruatur *DC*

magna fides, magna auctoritas conscientiae deum testem suae E
mentis arcessere. quod condicionis est non negat, quod impietatis repellit, quod infirmitatis fatetur. peccasse condicionis est, quia nemo inmunis est lapsus: impie agere non condicionis, sed perfidiae et nequissimae mentis uenenum est. non agnoscit hoc iustus, sed absolutio hominis in dei miseratione, non hominis potestate est. manus tuae inquit plasmauerunt me: postea conuertisti et perculisti me.
memento quia lutum me fecisti et in terram me F
resolues. numquid non ut lac me mulsisti, confecisti me sicut caseum? corium et carnem me induisti, ossibus et neruis me inseruisti: uitam autem et misericordiam posuisti in me, et uisitatio tua protexit spiritum meum. quanta deploratio sancti uiri pro communi infirmitate, quanta conuentionis auctoritas, quod deus hominem manibus suis fecerit? excusatur culpa infirmitatis optentu, commendatur gratia priuilegio operationis aeternae et protectionis dignatione caelestis. de quo loco etiam Dauid pulcherrime locutus est dicens: quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis nisi quia uisitas eum?

Haec inquit habens in te noui quia omnia potes, 633 A
inpossibile autem tibi nihil. si enim peccauero, custodies me, ab iniquitate autem inmaculatum me non fecisti. si impius fuero, uae mihi! si sim iustus, non possum me erigere; plenus enim sum

7 Iob 10, 8—12 19 Psalm. VIII 5 22 Iob 10, 13—16

1 mentis suae accersiri *DP'* 2 impietatis est *DP'* 4 lapsus est *B* conditionis est *DP'* 5 perfidiae est et *B* est *om.* *DP'* 6 miseratione est *B* 7 non *P* non in *cet.* est *om.* *BDP'* inquit tuae *B* plasmauerunt me et fęcerunt me *B* 8 percussisti *DP'* 9 terram *B* terra *P'* (*in quo* terra in) *cet.* 11 corio et carne *DP'* 13 autem *om.* *P'* 14 protexit] custodiuit *B* 19 pulcherrimę *P* (r *pr. s. u.*) 20 hominis *P* (i *alt. ex* e) 22 habens *B* (ἔχων *LXX*) habes *cet.* 23 tibi *B*, *om.* *cet.* 26 erigere *P* (i *ex* e) sum enim *B*

confusionis. inuestigor sicut leo ad necem. uide tria: si peccauero, inquit custodies me: et ideo, o homo, fatere peccatum, ut ueniam consequaris. dic iniquitates tuas, ut iustificeris. quid erubescis fateri eas, in quibus natus es? negantis, non fatentis est crimen negare quod B natus sis. quod accepisti utinam serues. cur putes te habere quod non acceperis? ergo peccator fateatur, impius ingemiscat, iustus non se erigat et extollat, ne per arrogantiam fructum iustitiae amittat. et pulchre ait: si iustus sum, me non possum erigere; plenus enim sum confusionis. iustus enim aduertit magis fragilitatem suam quam in ... sapiens agnoscit, non agnoscit insipiens. denique lapsibus suis sapiens conpungitur, insipiens delectatur: iustus C accusator est sui, iniustus adsertor; iustus praeuenire uult accusatorem confessione peccati, iniustus peccatum suum occultare desiderat. ille in principio sermonis occurrit, ut prodat errorem, iste multiloquio sermonis sui somnum accusationis inuoluit, ne prodat errorem.

7, Iterum adiciens dicit: quare adscripsisti aduersum D me mala et adposuisti mihi adulescentiae peccata? pulchre id aetatis arripuit ad querellam, quae magis ad uitium lubrica esse consueuit. habet enim pueritia innocentiam, senectus prudentiam, ipsa uicina adulescentiae iuuentas bonae

3 Esai. 43, 26 5 Psalm. L 7 13 Prouerb. 18, 17 19 Iob 13, 26

3 dic ⟨inquit⟩ *tacite Maurini* 4 erubescis *P* (s *alt. ex* t; e *alt. ex* i *m4*) fateri *DP'* negare *cet.* 5 es *B* est *P* (t *del.*) *C* (*in quo* est natus) *DP'* 6 putas *DP'C* 7 acciperis *P* (*corr. m4*) 8 erigat *P* (i *ex* e) 9 *et* 21 pulcrhe *P* 9 non possum me *D* 10 sum enim *B* 11 magis aduertit *B* *lacunam indicaui;* quam insipiens agnoscit *PDP'* quam insipiens. et iniustus lapsus suos (*ex* soos) agnoscit *B* quam insipiens. et sapiens agnoscit *C*. quam in⟨iustus et lapsus suos⟩ sapiens *Gelenius, fort. recte* 16 occurrit *om. DP'* 17 iste *s. u. B* sonum *Uaticanus 287* somnium *Henricus Schenkl, fort. recte* 19 abscripsisti *P* asscripsisti *B* ascripsisti *C* obscripsisti *DP'* 20 me mala] mela *P* mihi] aduersum me *B* 21 querellam *P* querelam *cet.* 23 iuuentus *DP'*

existimationis intuitum et uerecundiam delinquendi: adulescentia sola est inualida uiribus, infirma consiliis, uitio calens, fastidiosa monitoribus, inlecebrosa deliciis. in tanto igitur et tam confragoso et procelloso mundi istius turbine, cur tam crebra naufragia inprouidae adscribuntur aetati? unde praeclare Dauid totius temporis eius ueniam sibi a domino F postulauit dicens: delictum iuuentutis meae et ignorantiae ne memineris, quia tunc maxime calor corporis feruet et aestu sanguinis uaporantis ignescit.

Sed iterum ipsum audiamus. mortalis inquit filius mulieris breuis uitae est et plenus iracundiae, qui sicut flos floruit et cecidit, discedit autem ut umbra et non resistit. nonne et ab hoc ratio quaeritur, et hunc fecisti intrare in iudicium sub conspectu tuo? quis autem mundus est a sorde? sed nemo, etiam si unius diei sit uita eius super 634 A terram. uere miserabilis condicio, ut peccati sui, quod uitare non possit, rationem praestare cogatur, iudicium intrare, in conspectum subire domini omnipotentis conpellitur, edere causas gestorum suorum, quae tot uitae suae aetatibus percurrerit, cum mundus a peccato quiuis esse non possit, ut ab ipsis incunabulis prius obrepat infantiae culpa quam sit ullus sensus erroris. quamque illud miserabile, ut breuis sit uita eius, dulcis inlecebra, multiplex aerumna, iracundia B cottidiana. itaque in exigua delectatione amaritudo perpetua est. est inquit arbori spes; si enim fuerit excisa, uiridescet et, si in petra mortuus ramus eius

7 Psalm. XXIIII 7 10 Iob 14, 1—5 26 Iob 14, 7—11

3 et tam *B* et iam *P* et *C*. *om.* *DP'* 4 *ante* et *add.* atque importuoso *B* uel procelloso et periculoso *P'* 7 delictum (*m2 ex* dilectum) *P* delicta *B* ignorantiae meae *B* 8 memineris dne *DP'* 10 ipsum inquit audiamus *B* 12 descendit *B* 15 autem] *fort.* enim (γὰρ *LXX*) 17 terra *P* 19 in *om.* *B* omnipotentis dni *C* 20 percucurrerit *B* 22 cunabulis *BDP'* 24 cuius *B* 25 perpetua amaritudo *B* 27 uiridescet *B* uiridescit *cet.* et si *B* et *cet.* petra *PBC* terra *DP'*

fuerit, ab odore aquae florebit, faciet autem messem sicut nouella. uir autem defunctus abiit, cadens autem mortalis homo non ultra est. tempore autem fluctuat mare. spectauimus prophetici sermonis <seriem> ex duobus inferioribus elementis, terra ac mari. quae omni iniuriae crebrisque tempestatibus subiacent. quam ualidum argumentum nostrae expressit aerumnae! terrena, inquit, uirgulta nemorosaque arborum. etiam cum fuerint mortua, in usus uitales resurgunt. mare quoque ipsum temporum solet uicibus fluctuare. at uero caro nostra semper exaestuat sibique ipsa tempestas est nec umquam a motibus procellarum miserandisque naufragiis feriatur.

24 Cum autem dormierit, non resurget usque dum caelum non adsuatur. quod uidetur declarare, donec caelum nouetur; erit enim caelum nouum et terra noua, sicut scriptum est. quod enim adsuitur uetus est, quod uetus est mutabitur. denique audi dicentem: initio terram tu fundasti, domine, et opera manuum tuarum sunt caeli. ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut uestimentum ueterescent, et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur. possumus etiam illud adtexere, quoniam quod uetus est adsuitur, quod nouum cogitur. a diebus autem Iohannis Baptistae regnum caelorum cogitur, et cogentes diripiunt illud. adsuebat ergo illud synagoga in paucis, ecclesia cogit in

13 Iob 14, 12 15 Esai. 65, 17 16 Matth. 9, 16 17 Psalm. CI 26 sq. 23 Matth. 11, 12

1 ab (d *s.* b *m2*) odorem *P* ad odorem *P'C* 4 spectauimus *P* (s *pr. ex* ex) expectauimus *DP'C* 5 seriem *add. Gelenius* ac] et *B* 6 crebrisque *P* (r *pr. s. u.*) quam] quod *B* 10 uicibus solet *DP'* ad *P* 11 aestuat *B* 12 miserandis (*om.* que) *B* 13 resurget *C* resurgit *cet.* 14 non *om. B* 15 enim *om. DP'* nouum cęlum *D* terra• noua• *P* (m *bis eras.*) 17 est *om. DP'* mutabitur *B* (bi *s. u.*) audi dauid dic. *DP'* in initio *B* tu *om. B* 19 et omnes *om. DP'* 20 ueterascent *BP'C* opertiū (*eras.*) opertorium *P* 21 mutuabuntur *P* (u *alt. s. u.*) 24 et gentes *DP'* 25 sinagoga *P* sinagoga illud *B*

milibus, uel quia nunc adsui caelum uidetur nebulis et caligine nocturnisque tenebris et croceo diei surgentis rubore diuersa ac discolora specie saepe contextum — tunc autem nox non erit amplius et non indigebunt luce lucernae et lumine solis, quia dominus inluminabit super eos, sicut dixit Iohannes — uel quia uae his qui adsuunt ceruicalia ad euertendas animas populi. deploranti F prophetae miseriam nostrae fragilitatis, quae et in hac uita requiem non haberet et uniuersa subito incursu mortis amitteret, spiritus sanctus infudit tamdiu non resurrecturos homines, donec ueniret qui non adsueret uetera nouis nec uestimentum nouum conmitteret in uestimentum uetus, sed omnia faceret noua, sicut ipse dixit: ecce faciam noua. ipse est enim resurrectio, primogenitus ex mortuis, in quo omnes quidem 635 A praerogatiuam futurae resurrectionis accepimus: solus tamen adhuc resurrectione perpetua resurrexit.

5 Audito igitur quid locutus esset in eo deus et cognito per B spiritum sanctum quod filius dei non solum ueniret in terras, sed etiam descensurus esset ad inferos, ut mortuos resuscitaret — quod tunc quidem factum est ad testimonium praesentium et exemplum futurorum — conuersus ad dominum ait: utinam in inferno me conseruares, absconderes autem me, donec desinat ira tua et statuas mihi tempus, in quo memoriam mei facias. si enim mortuus fuerit homo, uiuet consummans dies uitae ipsius.

2 Uerg. Georg. I 447 3 Apoc. 22, 5 6 Ezech. 13, 18 11 Matth. 9, 16 13 Apoc. 21, 5 Ioh. 11, 25 14 Coloss. 1, 18 Apoc. 1, 5 22 Iob 14, 13—17

3 discolore *B* discolori *DP'* 5 illuminabit dns *P'* 6 adsuunt *P* (u *alt. s. u.*) adsumit *C* 10 resurrecturos *P* (o *ex corr. ut uidetur*) resurrectionis *B* 11 uenirit *P* (i *pr. ex* e) adsueret *P* (e *alt. ex* i) 12 omnia *om. C* 13 noua facio omnia *B* 14 ipse primogenitus *D* 16 resurrecxit *P* resurrexit *cet.* 17 quod *B* 18 dei filius *B* 19 ut] et *C* resuscitaret *P* (e *alt. ex* i) 20 est *om. DP'* praesentium *B* (s *ex* d) 22 me *om. DP'* conseruares absconderes *P* (-es *bis ex* -is) 25 uiuit *DP'* uiuet et *C*

sustinebo donec iterum fiam. deinde nocabis me, ego autem te obaudiam, opera uero manuum tuarum ne despicias. numerasti autem meas adinuentiones, nec praeteribit te quicquam ex peccatis meis. signasti autem iniquitates meas in sacculo et notasti, si quid inscius praeteriui. quam suauis locus, qui nos de resurrectione confirmat et quam uidetur uoci dominicae, quae legitur in euangelio, conuenire, ubi ait: tunc incipient dicere montibus: cadite super nos, et collibus: operite nos. erit enim in consummatione saeculi ira domini. recte ergo sanctus in iudicium mauult resurgere quam in tempus diuinae iracundiae, quae terribilis etiam innocentibus est.
27 simul etiam illud prophetare intellegitur dicendo: statues mihi tempus, in quo memoriam mei facias, quod in passione domini resuscitandus foret, sicut in fine libri istius demonstratur. nec tamen deplorare desinit et quo magis intellegit sibi resurrectionem esse propositam, uitam hanc fugere desiderat, uidens se in manus traditum aduersariorum, proiectum se in potestatem impiorum, cui etiam amici in inimicos conuersi sint, qui cum debuerint consolari, ruinam supra ruinam inferant. memor tamen conscientiae suae purae et mundae orationis ait: terra non cooperias in sanguine carnis meae, ut oratio eius sicut incensum dirigatur ad dominum, non in terra deuersetur. sancti enim oratio nubes penetrat, peccatoris orationem, sicut a deo Cain dictum est parricidae, aperiens os suum terra in sanguine carnis abscondit.

8 Luc. 23, 30 15 Iob 42, 18 22 Iob 16, 18 23 Psalm. CXXXX 2 24 Sir. 32 (35), 21

6 praeteriui *B* (u *ex corr.*) 8 euangelio *P* (i *s. u.*) 9 montibus dicere *B* cad*te *P* (e *eras.*?) 12 iracundiae *ex* iracontiae *P* 13 illud *om. B* 16 quo *P* (o *ex corr.*) 17 esse *om. B* propositam *P* (pr *in ras.*) 19 se *om. B* potestate *B* in *s. u. P, om. C* 20 sunt *DP'* 21 super *DP'* 22 non] ne *B* in (*s. u.*) sanguinem meum *B* 23 carnē meā *B* carnes meas *DP'* dirigatur *P'C* dirigetur *P et* (a *s.* e) *D* dirigeretur *B* 24 diuersetur *P* (i *ex* e) *DP'C* 25 deo ad cain *B* dicitur (*om.* est) *P'* 26 parricidam *P* (am *eras.*) parricidā *B*

maledictus inquit a terra, quae aperuit os suum acci-
pere sanguinem fratris tui de manu tua, quoniam
operaberis terram.

28 Flebiliter itaque sanctus deplorat uitae istius tempora.
pereo inquit et spiritu circumferor, oro autem sepul- 636 A
turam et non inpetro. precor laborans. et quid faciam?
dies mei transierunt in horrore, dirupti sunt articuli
cordis mei. nec tamen usquam derogat iudicio dei; scit
enim profundam esse altitudinem sapientiae et scientiae dei
et inscrutabilia iudicia eius atque inuestigabiles uias eius.
9 non calcauerunt inquit eas filii glorificantium, nec
transiuit per eas leo. quis enim potuit uias eius conpre-
hendere, quis abdite occulta penetrauit? unde inquit inuenta B
est sapientia aut quis locus disciplinae? nescit mor-
talis homo uiam eius, nec inuenta est in hominibus.
abyssus dixit: non est in me, et mare dixit: non est
mecum. non tibi licet scire, o homo, alta sapientiae; ideo
tibi scriptum est: noli altum sapere, sed time. quid
curiose cupis inuestigare quod tibi scire non expedit nec
cognoscere datur? Paulus audiuit aliqua secreta sapientiae,
quae prohibitus est aliis intimare, et ideo raptus est in
paradisum, raptus usque ad tertium caelum, ut audiret ea C
quae positus in terris audire non poterat. si quae audiuit
homo, non licuit ei loqui, quemadmodum quod non audiuit
inquirit? imperatoris tibi huius in terris non licet scire

1 Gen. 4, 11 sq. 5 Iob 17, 1 sq. et 11 10 Iob 5, 9 Rom. 11, 33 11 Iob 28, 8 12 Iob 11, 7 13 Iob 28, 12—14 18 Rom. 11, 20 20 II Cor. 12, 2—4

6 et *pr. om. B* 7 in horrore *ed. Rom.* (ἐν βρόμῳ *LXX, cf. Aristot. de mundo 4, 396ᵃ 12 Diod. Sic. V 7 Flor. II 6 (I 22, 14)*) in honore *PBDP'* inhonori *C* dirupti *P* disrupti *cet.* 8 mei cordis *B* usquam *DP'* dn̄i *C* 10 atque] et *P'* 13 quis *B* qui *C* quae *PDP'*, *fort.* quae<que> abditę *P* (d *ex* t) abdite *DP'* abdita et *C* eius *B* inde *P* 17 licet tibi o homo scire *P'* 18 tibi *om. B* 19 quaeris *D* (*s.* ł cupis) 20 aliqua *om. B* 23 terra *B* 25 non inquirit *B* tibi *post* licet *transponunt BDP'* in terris *in mg. B*

consilia, et uis scire diuina? non licet tibi curiosius inuestigare quae in terris geruntur. et curiosius requiris quid supra caelum agatur? cur tu disputas unde nata sit sapientia? nescit homo uiam eius, nec in hominibus inuenta est perfecta sapientia. non in Moyse, non in Aaron, non in Iesu Naue fuit, non in ipso Dauid qui ait: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi, quia ipse dixit in posterioribus: uelut iumentum factus sum apud te. supra te est scire, o homo, altitudinem sapientiae, satis est tibi ut credas. si enim non credideritis, inquit nec intellegetis. abyssum scire non potes, abyssum non potes conprehendere, quomodo altitudinem sapientiae conprehendes? abyssus dixit: non est in me, et tu potes dicere quia in te est sapientia?

30 Abyssus ergo dixit: non est in me, quia ipse dominus dixit: non derelinques animam meam in infernum. et apostolus dixit: quis descendit in abyssum? hoc est Christum ex mortuis deducere. ergo si interrogatur abyssus: ubi est sapientia? respondet: non est in me, quia resurrexit. si interrogatur mare: ubi est sapientia? dicit: non est mecum, quia calcauit me nec fluctus mei eam turbare potuerunt. et tu ergo in hoc saeculi istius positus freto noli perfectam illam dei sapientiam in hoc mundo quaerere, quia mundus eam non cognouit. sed si uis eam inuenire, calca fluctus istius mundi, sicut calcauit Petrus, et ambula super aquas istius saeculi. porriget tibi dexteram sapientia

6 Psalm. L 8 8 Psalm. LXXII 22 10 Esai. 7, 9 16 Psal. XV 10 17 Rom. 10, 7 21 Matth. 14, 26 25 Matth. 14, 29

5 aron *B* 7 tuae *om. P* (τῆς σοφίας σου *LXX*) 9 scire est sup... (*om.* te) *C* scire est *B* 10 inquit *om. B* nec] non *B* intel...gitis *B* 11 abyssum *pr.* (y *ex* i) *P* 13 tu *s. u. P* 16 inferno *P* (*ex* ū) 17 qui *DP* 19 abysus *P* respondet *P* (e *alt. ex* ...) 20 est *om. D* 21 mecum non est *DP* quia *om. B* 23 quaere... in hoc mundo *B* 25 huius mundi *B* 26 aquas] undas *B* porrig... *P* (e *ex* i) *B* porrigit *C* et porriget *DP* dexteram *P* (x *s. u.*) sap...entia dexteram *B*

sicut porrexit et Petro, quia nemo fuit quem non saeculi istius unda turbauerit. turbauit et Abraham, turbauit et Moysen, turbauit et Petrum. Moyses per mare transiuit et per mare peditem duxit exercitum, sed ante ipse turbatus est. Petrus super aquas calcauit, sed mersus fuerat corpore, quia infirmioris fidei uestigio claudicauit. ergo noli sapientiam in mari quaerere, quia non dixit cum mari se futurum dominus Iesus, sed cum 637 A apostolis suis, ut aliqua eum ex parte cognoscerent, quibus ait: ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem mundi. beati cum quibus est: utinam et nobiscum sit, sed nobiscum mare est. Petrus cum Christo, quia et ipse calcauit mare: nobis aurum cordi atque argentum est. sapientia autem supra aurum, non in auro est. ideo qui sapientiam habere cupiebat argentum inquit et aurum non habeo, sed quod habeo do tibi. in nomine Iesu Christi Nazaraei B surge et ambula. quia aurum non habebat, in nomine Christi habebat operationis piae gratiam. ideo et tibi dicitur: attrahe sapientiam in interiora. latuit inquit omnem hominem, et a uolatilibus caeli abscondita erat. nec homines sciebant ubi erat nec angeli, quia ipsi sunt aues caeli, de quibus dictum est: et uidi angelum uolantem per caelum.

Nemo potuit nosse sapientiam, quia nemo nouit filium nisi pater et nemo nouit patrem nisi filius et cui C uoluerit filius reuelare. ipse ergo reuelauit Iohanni, cum

1 Matth. 14, 31 3 Exod. 14, 15 4 Matth. 14, 30 9 Matth. 28, 20 12 Sap. 7, 9 14 Act. 3, 6 17 Iob 28, 18 18 Iob 28, 21 21 Apoc. 14, 6 23 Matth. 11, 27

1 et petro porrexit *B* ett *P* (t *alt. eras.*) nemo *P* (e *ex* o) 2 et *bis om. B* 3 turbabit *P* 4 ante et *B* 5 super *om. B* 7 se cum mari *C* 8 discipulis suis *DP'* ex parte eum *BDP'* 9 ego *om. B* consumationem *P* 10 mundi] saeculi *DP'* 12 aurum atque argentum cordi *B* 13 auro *P* (u *s. u.*) 15 nazarei *P* nazereni *B* nazareni *cet.* 16 ambola *P* (v *s.* o) 17 piae operationis *BDP'* attrahę *P* (h *del.*) adtrahe *DP'* 18 sapientia *P* *ueri simile ante* latuit *intercidisse* et infra, *quod inseruit ed. Rom., uel* et paulo post 20 sciebant *P* (n *s. u.*) erant *B* aues cęli *ex* angeli *B* 23 nusse *P* nouit *om. B*

quo esset sapientia, et ideo dixit ille non quod suum erat, 638 sed quod sapientia infudit ei: in principio erat uerbum et uerbum erat aput deum. nescit sapientiam interitus, nescit malitia. interitus enim eam tenere non potuit, quae dixit: ubi est, mors, uictoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? nescit eam malitia, quia dixit: quaerent me mali et non inuenient. possunt dicere: audiuimus gloriam eius. solus est deus, qui nouit eam. quia deus inquit bene constituit uiam eius, ipse nouit locum eius. quod sit receptaculum sapientiae audi discipulum eius dicentem: unigenitus filius, qui est in sinu patris, B ipse enarrauit. agnouit enim patrem filius, quia ipse ait: sicut agnoscit me pater, et ego agnosco patrem. aequa mensura est cognitionis, ubi unitas potestatis est. pater ergo, qui omnia nouit, uentorum libram, aquarum mensuram, ipse uidit sapientiam et enarrauit eam per prophetas suos, quia pater enarrauit sapientiam et inuestigauit eam, sicut et filius patrem enarrauit, quem nihil praeterit, et dixit: o homo, quid uis profunda scire sapientiae, quae supra uos sunt? timere deum C sapientia est, abstinere autem a malis disciplina est.

2 Ioh. 1, 1 5 I Cor. 15, 55 6 Prouerb. 1, 28 7 Iob 28, 22 8 Rom. 16, 27 Iob 28, 23 11 Ioh. 1, 18 13 Ioh. 10, 15 15 Iob 28, 24 sq. 16 Iob 28, 27 19 Iob 28, 28

1 ille dixit *B* 4 eam *tacite Maurini* eum *libri* quae *P* qui *cet.* 5 est *alt. om. BD* 6 aculeus] stimulus *B et* (*in mg.* aculeus) *D* eam] enim *DP'* 9 ipse enim *B* 12 narrauit *B* 13 agnosco *P* (s *s. u.*) 14 potestatis *P* (i *ex* e) 16 narrauit (*s.* uidit) *B* nouit *P'* 17 pater *BC* patremm *P* patrē *D et* (pater *corr.*) *P'* sapientia *P* 18 nil *B* (i *s. u.*) 19 uos] te *DP'* 20 sapientia *P* (a *alt. s. u.*) est *alt. om. DP'* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII DE INTERPELLATIONE SCI IOB. INCIPIT TRACTATUS SCI AMBROSI DE INTERPELLATIONE DAUID *P* EXPLICIT DE IOB ET DE HOMINIS INFIRMITATE. INCIPIT EIUSDEM DE DAUID INTERPELLATIONE *B* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII DE INTERPELLATIONE. INCIPIT TRACTATUS EIUSDEM DE INTERPELLATIONE DD *C* EXPLICIT TRACTATUS DE INTERPELLATIONE SCI IOB ET HOMINIS INFIRMITATE. INCIPIT (ITEM *P'*) TRACTATUS DE INTERPELLATIONE EIUSDEM *DP'*

<II.> (III.).
DE INTERPELLATIONE SANCTI IOB.

1 Superior nobis disputatio fuit de interpellatione sanctorum, 653 A quod fragilis et inbecilla condicio humana, quae nusquam sui B habeat firmitatem nisi in protectione caelesti: hodie nobis ea sumenda est, quod uulgus hominum, plerique etiam prudentium ualde mouentur, cum uident iniustos affluere rebus secundis, iustos autem frequenter adflictari in hoc saeculo. et uere lubricus hic locus, in quo etiam sancti uix potuerunt uerae opinionis tenere uestigium. denique turbatus est et ipse Dauid, qui in superioribus dixerat: occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. uerum tamen confirmauit se ipse C postea et perfectae rationis uiam inuestigauit. Iob quoque sanctus cum tribus illis ueteribus amicis, qui ad consolandum uenerant, de ea opinione in sermone luctatus est. utriusque igitur disputationes in medium proferamus. digni sunt enim, qui nobis magisterium uiuendi adferant, quandoquidem in aduersis positi plus deo placere meruerunt. audiamus igitur utrumque suo ordine. increpuerant uehementer sanctum Iob Eliphas Themanorum rex et Baldad Saucheorum tyrannus et D Sophar Minaeorum rex, eo quod propter peccata sua tantum supplicii sustineret. infirmo etenim ingenio non aduertebant quod dominus eum temptandum dedisset, ut athleta Christi temptationibus eruditus maiore ad coronam gloria perueniret.

11 Psalm. L 8 15 Iob c. 4—37 20 Iob 2, 11

4 inbe*cilla *P* condicio <sit> α, *fort.* fragilis <sit> 5 hotię *P* (d *s.* t *m2*) ea *postea add.* C, *om.* *DP'* 6 quod *B* qua *C* quo *cet.*; sumenda <inde> est quo *Henricus Schenkl* 7 iniustos *P* (o *ex* u) afluere *P* 8 secundis *P* (i *ex* u) affligi *DP'* 9 potuerent *P* (v *s.* e *alt.* *m3*) 12 tuae *om.* *PC* (τῆς σοφίας σου *LXX*) 14 sanctus *om.* *B* ad consolandum qui se uenerant *B* 15 uenerant *P* (u *s.* *u.*) in sermone *om.* *B* 17 quo *DP'* magisterium *P* (i *alt.* *s.* *u.*) adferant *P* (v *s.* a *alt.* *m3*) 18 placere *P* (l *s.* *u.*) 19 increpauerant *DP'* 20 elifas *P* elifaz *B* eliphat *DT* elipha *C* baldac *D* baldach *P'* asaucheorum *PC'* sauceorum *B* suitheorum *DP'* 21 sofar *PB* mineorum *PBC'* naamathenorum *DP'* 23 temptandum *P* (p *s.* *u.*) Christi] dei *B* 24 ad maioris cor. gloriae *DP'*

non uidentes itaque tantum sapientiae sacramentum angusti
cordis timore, ne uiderentur iniustitiae deum arguere, qui
poenis adfici innoxium perpeteretur, in sanctum Iob poenarum E
merita retorquebant dicentes quia omnis uita impii in
sollicitudine et diuitiae iniuste congregatae euo-
mentur; omnia quae patiatur homo grauia in terra propter
peccata sua eum perpeti, qui etiamsi in rebus prosperis sit,
perpetuari ei secunda non posse et tamquam somnium cito
euanescere, ut non inueniatur locus eius; laetitiam autem
impiorum esse grauiorem ruinam, ideoque etiam sanctum
Iob a prosperis in aduersa mutatum et delictorum suorum
pretio ex summis in ultima corruisse: labi eum qui se adsereret F
innocentem, cum portio impii huiusmodi sit, ut superueniens
in eum a domino indignatio ningat ei dolores et interitus
domum eius inuoluat.

2, 3 Audiebat haec sanctus Iob et quasi athleta fortis, in stercore 6
sedens, in tantis uibicibus et saeui doloribus uulneris, totum
corpus diris perfusus ulceribus mysteria loquebatur nec
anquirendis propriae remediis aegritudinis, sed sacris uacabat
sermonibus. fortiores itaque sermones aegri hominis quam
illorum qui non aegrotabant. illi enim loquebantur iniustitias,
sed non secundum scientiam: praedicabant diuina iudicia,
poenas reorum, praemia sanctorum, sed reum a iusto discer-
nere nesciebant. denique quem dominus deus iustum pronun-

4 Iob 15, 20 5 Iob 20, 15 7 Iob 20, 7—9 9 Iob 20, 5
13 Iob 20, 28 sq. 14 Iob 20, 23 16 Iob 2, 7 sq.

2 iusticiae *B* 3 affixi *B* 6 patitur *DP'* grauia *P* (a *pr. s. u.*) 8 ei scła posse *B* 9 euanescere *P* (e *alt. ex* i *m2*) 10 esse (*eras.*) grauiorem esse *B* 11 et *del. ed. Colon., fort. recte* 12 summis *P* (s *pr. et* m *pr. s. u. m2*) labi *P* (b *ex* p) assereret se *B* 13 huiusmodi *P* (i *pr. ex* u) 14 indignatio a dnō *B* ningat *P* iungat *cet.* interitū *B* 16 ster core (r *pr. extra u.*) sedens (se *s. u.*) *P* 17 uiuicibus *P* uiuacibus *C* iudicibus *D* indicibus *P'* (in *ex* iu), *om. B spatio relicto* saeuis *P* (s *alt. s. u. m2*) *C* 18 perfusū *B* 19 acquirendis *BP'* adquirendis *DC* 20 fortiores *P* (i *s. u.*) sermones (es *ex* is) aegri (i *postea add.*) hominis (mi *s. u. m2*) *P* 21 iustitias *BDP'C* 24 deniqu *C* de quo *cet.* deus| ihs *DP'*

tiauit, eum condemnabant iniustitiae, arcessebant iniquitatis. C
ignorabant ergo quid cuique conueniret. at uir sanctus Iob
discernebat spiritu quomodo cuique eum oporteret loqui;
fortior ergo quam illi qui sani et incolumes uiderentur. et
quid dico fortiorem inuentum ceteris? fortior [erat aeger
quam cum sanus esset] se ipso inuentus est; fortior enim
erat aeger Iob quam sanus fuerat, secundum quod scriptum
est quia uirtus in infirmitatibus consummatur. ergo et
Iob cum infirmaretur, tunc ualidior erat. non enim aegrotabat
animo, etsi doleret corpore, quia non erat in carne anima eius, D
cuius passionibus non adhaerebat, sed in spiritu, cuius uirtute
4 se texerat. ideo ergo non carnis gemitus et corporis infirmitates,
sed uoces spiritus loquebatur, quibus urgeret, non quibus
cederet. et primo quidem lenius, ut illis pudorem incuteret,
quia urguebant iustum iniuste dicentes quod minora peccatis
suis supplicia sustineret, et non erubescebant ipsi peccatores
accusare falsis innocentem. 'esto' inquit 'ego errauerim et aput E
me deuius ille inhabitet, qui mentibus hominum offundit
errores, ut loquar sermones quos non oportet, sicut uos
dicitis, et errent uerba mea nec oportune meus sermo promatur:
cur uos in me insilitis et conuiciamini non considerantes quia
a domino mihi uenit ista temptatio, qui me uallo quodam
perturbationum arbitratus est saepiendum. exerceor aduersis,

8 II Cor. 12, 9 9 II Cor. 12, 10 17 Iob 19, 4—8

1 eum *om.* *B* arcersebant *P* accersebant *C* accersibant *DP'* iniquitates *DP'* 2 unicuique *DP'* uir *DP'* uer *P* uero *BC*, *fort. recte* 3 enim (*eras.*) cuique (*om.* eum) *B* unicuique (*om.* eum) *DP'* 4 ergo *om.* *B* fortiores ergo numquam illo (¨illo¨ numquam *D*) *DP'* 4 uiderentur *P m1 B* uidebantur *P m2 cet.* 5 dicam *DP'* fortiore *P* fortior erat aeger quam cum sanus esset se ipso inuentus est. fortior enim erat aeger iob (aeger iob erat *B*) quam sanus fuerat secundum *PBC* fortior erat aeger iob (iob *om.* *P'*) quam cum sanus esset secundum *DP'*, *qui om.* fortior se ipso inuentus est; erat aeger quam cum sanus esset *del. ed. Rom.* 8 infirmitate *B* et *om.* *B* 10 dolebat *B* eius anima *DP'* 18 deuius] deus *DP'* offundit *P* (n *s. u.*) effundit *BC* offendit *DP'* 20 errent *a* errant *libri* ne *B* sermo meus *BDP'* 21 non *om.* *DP'*

circumuallatus undique laboribus et periculis: et insultatis adhuc uolentes opprimere quem deberetis iuuare. ecce rideo in opprobriis et non loquar nec respondebo conuiciis uestris. non enim uos estis qui iudicatis, sed qui iudicat me dominus est, et ipsius tamen iudicii nondum tempus aduenit. quid opus est clamare ante iudicium? bonum est tacere dum expectatur qui iudicat, bonum est conuicium conuicio non referre, ne et nos inter detrahentes adnumeremur.'

5 Imitemur ergo hunc uirum, qui silentio suo redarguebat conuiciantes. ostendebat enim uirtutem animi sui, quem contumeliae non mouerent, et conscientiae innocentiam manifestabat, qui obiecta non recognosceret, sed quasi a se aliena rideret. at uero nos quasi aliquid nobis obiciatur, dum purgare uolumus, acerbamus: dum ulcisci cupimus, confitemur, cum dicat scriptura ut auertas dedecoris sermonem et auferas uestimentum tuum; praeterit enim iniuriosus. taceamus ergo, ut praetereat, ne uestimentum nostrum prouocatus exurat; scriptum est enim: noli incendere carbones peccatoris, ne forte exuraris in igne flammae eius. propterea ergo sanctus tacet, etsi seruus proteruit; etsi pauper conuiciatur, tacet iustus; etsi peccator opprobria iacit, iustus ridet: etsi infirmus maledicit, iustus benedicit.

6 tacebat Dauid, cum Gera filius Semei malediceret, Iob ridebat. Paulus benedicebat, sicut ipse ait: maledicimur et benedicimus. magisterio quippe diuino processus humanae uirtutis

1 Iob 19, 8 Ter. Adelph. III 2, 3 15 Prouerb. 27, 11 16 Prouerb. 27, 13 18 Sir. 8, 10 (13) 23 Reg. II 16, 5 sqq. 24 I Cor. 4, 12

2 adhuc *om.* *B* deberetis *ex* deuiritis *P* iubaret *P* (-ret̄ *m3, sed* t̄ *eras.*) adiuuare *B* 3 in . . . loquar *om.* *DP'* oppropriis *P* 5 tempus nondum *DP'* 6 est *om.* *DP'* 7 conuitium *BDP'* 9 immitemur *P* 10 conuitiantes *B et* (con *eras.*) *D* uiciantes *P'* sui *om.* *B* 12 aliena a se *B* a se *om.* *DP'* 13 quasi] si *B* quasi nobis (*om. postea* nobis) *DP'* nos purgare *DP'* 14 acerbamus *P* (v *s.* b *m3*) 17 exurat prouocatus *B* 18 scribtum *B* (r *s. u.*) 19 peccatoris *om.* *B* 21 conuitiatur *BP* 23 iera *B* 24 ait] dicit *B* 25 magisterio *P* (i *pr. s. u.*)

excreuit, quia iam uenerat qui ex infirmibus faceret fortiores,
et audierat dicentem: benedicite maledicentes uobis et
orate pro calumniantibus uos. quod uerbo dixit et exemplo
probauit. denique in cruce positus de persecutoribus suis
conuiciantibus sibi dicebat: pater, dimitte illis, quia
nesciunt quid faciant, ut oraret pro calumniantibus, quibus D
poterat ipse dimittere. Iob ergo ridebat, quia nondum uenerat
Christus, cui soli seruabatur magnarum praerogatiua uirtutum.
quia ipse est uirtutum principium, sicut dixit: dominus
creauit me principium uiarum suarum.

,7 Et ridens tacebat. qua ratione tacendum sit docet: clamabo, E
et nondum iudicium. 'ipse' inquit 'uoluit me haec perpeti,
tamquam muralibus temptationibus clausus non possum fugere,
donec placeat deo destruere altitudines temptationum mearum.
nunc enim si clamo, nondum iudicium. adhuc in agone sum, F
adhuc luctor, adhuc certamen superest mihi; nondum enim
exiuit corona; nemo autem nisi qui legitime certauerit coro-
8 natur'. debebatur illi certamen tertium. amiserat omnia sua,
id est patrimonium cum filiis, patiebatur uulnera caro eius:
manebat ut temptationes uerborum uinceret. non mediocre
certamen. sermone deceptus est Adam, uerbo uictus Sampso; 656 A
nihil enim sic penetrat animam sicut sermo fucatus, nihil
iterum sic mordet ut durior sermo. multi cum uicerint
adhibita tormenta, sermonum duritiam non sustinuerunt.

2 Luc. 6, 28 5 Luc. 23, 34 9 Prouerb. 8, 22 11 Iob 19, 7 17 II Tim. 2, 5 21 Gen. 3, 6 Iudd. 16, 6 sqq. 22 Prouerb. 15, 1

1 infirmib; *P* infirmis *cet.* infirmioribus *tacite Maurini* fortioris *P* fortes *C* 2 audierat *P* (at *ex* āt) bened. maledicentibus uobis benedicite et nolite maledicere *B* (*om.* et orate pro c. uos) 3 uero *BC* et *om.* *B* 4 et in *DP'* 5 dicebat] ait *DP'* 6 faciant *P* (v *s.* a *alt. m2*) faciunt *cet.* 11 faciendum *DP'* 12 nondum *P* (n *pr. in ras.*) 13 mirabilibus *DP'* effugere *B* 14 distrhere *P* 15 agone *P* (o *ex* u) 17 nemo *P* (e *in ras.*) coronabitur *B* 19 omne patrimonium *B* 20 temptationes *P* (p *s. u. m2*) 21 sampson *P* (n *add. m2*) samson *B* sanson *cet.* 22 animam *om.* *B* 23 sicut sermo durior (durior *in ras.*) *B* multis *P* uincerent addebita *B* 24 sustenuerunt *P*

laborabat Iob, sed sustinebat et uerborum iuxta uulnerum onera portabat. uidit eum agonotheta suus, de nube et turbine manum laboranti dedit et obluctantes graui lapsu cecidisse pronuntiauit, uictorem adseruit, coronam detulit.

9 Quid autem pulcrius quam ridere, cum maledicitur nobis? I gaudere enim debemus, si aliena dicantur. primum quia uolens inimicus aliquid aduersum nos dicere, quo crimen adfigeret, non inuenit quod uerum est, sed falsa pro ueris conposuit. deinde quia dixit ipse dominus in euangelio de huiusmodi criminatione, quae innocentibus falso inrogaretur propter iustitiam: gaudete et exultate, quoniam merces uestra multa est in caelo. tacere ergo debet qui recognoscit obiectum, ne uulnus exasperet et scindatur cicatrix, tacere et C qui non recognoscit; audit enim alterius, non suum crimen. quod si referat, suum facit: si taceat, retorquet et conuicIantem uulnerat. tacere debet etiam ille qui de memorata mercede praesumit; non enim patitur praeiudicium, cui non est iudicium. et si fuerit praeiudicium in saeculo, non erit in iudicio dei. denique ut cognoscas quia non praeiudicat contumelia bonae conscientiae, audi sanctum Iob dicentem. locupletiorem utique testem quam si imperio orbis Romani D potitus esset: nunc ommutescam et derelinquam: si nunc mihi praeiudicium est, tunc a facie tua non
10 abscondar. haec ergo parcius in exordio respondit, ut admoneret illos iudicii dei atque ab insolentia et furore

22 Iob 13, 19 sq.

1 uulnera *DP'* 2 agonotheta *P m1* agonitheta *P m2 cet.* 3 corruisse *B* 5 pulchrius *P* (h *s. u.*) *cet.* 6 debetis *DP'* 7 aliquid dicere aduersum nos *DP'* aduersum nos aliquid dicere *C* quo *P* (o *in ras. m2*) 9 ipse dixit in euangelio dns *B* 10 criminatione *P* (i *pr. s. u.*) 14 et non *B* crimen *P* (i *s. u.*) 15 tacet *DP'* 16 etiam *om. B* 17 mercedem *P* praesumit] loquitur *B* 18 in saeculo *in mg. B* in iudicio dei non erit *B* 20 conscientiae bonae contumelia *B* 21 locumpletiorem *P* (m *pr. eras.*) romani orbis *B* urbis romanę *DP'* 22 ommutescam *P* obtescam *B* obmutescam *cet.* 23 praeiudicio *B* (u *s.* o *m2*) non *s. u. B* 25 atque illos ab ins. reuocaret et furore et quasi *B*

reuocatos quasi bonus medicus faceret resipiscere. sed posteaquam eos aduertit perseuerare in contumeliis, plura fortiora repetiuit et tamquam pugno eos ualidiore percussit, qui uerborum suorum saxis lapidabant innoxium. audite, inquit E audite uerba mea, non sit mihi a uobis consolationem quaerere: portate me, quia fortiora loquar. graue erit pondus uerborum meorum. dicam et ego secundum uestram opinionem, eo quod multi abundant in hoc saeculo rerum secundarum successibus et alii grauantur, in aerumna positi sunt: et uidetur hoc secundum peccatorum merito deferri. quod etsi dicam, nolite ridere, quasi uobis adquieuero. etsi peccator sum, non sum homini reus, quia sub peccato est F et ipse qui iudicat et sibi in me potestatem uindicat. aut si iudicor quasi homo, commune istud est. increpari non debeo: infirmitas condicionis est, non specialis inprobitas.

1 Sed dicite mihi: si propter peccatum meum hoc patior, 657 AB sicut obicitis, quare impii uiuunt, nec solum uiuunt, sed etiam repleti sunt diuitiis et fructus multiplicant, sed etiam filiis potiuntur, abundant domus eorum? haec euidenter specie bona, sed altiore mysterio inuenies, quoniam quae putantur bona non sunt bona et quae putantur mala potiora illis aestimantur. inueterauerunt inquit in diuitiis. πεπαλαίωνται C dixit, ut non tam diuturna diuitiarum possessio quam inueterata molestia copiarum significata uideatur, sicut uidit Eccle-

4 Iob 21, 2 sq. 17 Iob 21, 7 22 Iob 21, 7 24 Eccl. 5, 12 sq.

1 reuocatos *P* (o *alt. ex* u) faceret *P* (*s. u. m1 et m2* e *alt. ex* i) 2 perseuerare• *P* (t *eras.*) fortiore *P* fortior *C*; *neque* fortiore ⟨uoce⟩ *neque* fortius *ueri simile esse uidetur* 5 *alt.* audite *om. B* 7 opinionem uestram *BDP'* 8 secundarum rerum *B* 9 et in *BC* er *uel* es in *P* (er *uel* es *s. u.*) ęre in *DP'* 10 secundum *PB* scdm *DP'* seculum *C* merita *BC* deseri *DP'* 11 etsi] si *B* 12 peccator *B* (pecca *in ras.*) non (*om.* sum) hominis *DP'* 13 si uideor *DP'* 14 illud *B* 17 nec solum uiuunt *om. B* 18 diuitiis . . . potiuntur *om. B* 20 altiori *P* (i *alt. ex* e *m2*) *cet.* 21 mala non sunt mala et *B* 22 aestimantur *BP'* aestimentur *P* (s *s. u.*) ΠΕΠΑΛΕωΝΤΕ *P* ΠΗΠaaΕωΝΤΗ *B* ΠeΠaaΕω *D* πenaaeω *P'* ΠΕΠaaΕωΝΤΕ *C* 23 non eam tam *B* possessio *P* (s *tert. s. u.*)

siastes diuitias custodiri in malum possidenti eas, quae pereunt in summa distentione ac sollicitudine. pereunt enim quae hic relinquuntur et mortuo prodesse non possunt. habuit igitur defunctus ex illis sollicitudinem, requiem inuenire non potuit, qui reliquit quod erubesceret nec secum abstulit quod teneret, longe dispar ab eo de quo scriptum est: beatus homo, qui repleuit desiderium suum ex his; non confundetur, cum loquitur inimicis suis in porta. cui hereditas dominus est et merces ex Mariae uirginis partu, hic in exitu sapientiae laudibus praedicatur, quoniam non habuit quod erubesceret qui nihil eorum quae sunt saeculi concupiuit, sed aduersarium depositis ueteris hominis exuuiis telo continentiae uulnerauit, ut obstrepere ei in istius uitae fine non posset uulnere claudus et uirtutum admiratione confusus. habes ergo non esse laudabilem qui inueteratus in pecuniae cupiditate sit, non renouatus in perceptione gratiae.

13 Uideamus aliud: semen eorum inquit secundum animam, id est non inter iustos habentur. iusti enim in spiritu seminant et de spiritu metent uitam aeternam, illi uero qui secundum animam seminant spiritalia metere non possunt, quia animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei; stultitia enim illi est et non potest scire quae sunt spiritus
14 et ideo non repletur spiritalibus, sed iudicatur. filii eorum in oculis, id est quae faciunt ideo faciunt, ut uideantur ab hominibus. non quia boni consulant ut hoc eligant, quod futuro iudicio conprobetur. filios ergo scriptura pro operibus

6 Psalm. CXXVI 5 12 Ephes. 4, 22 Coloss. 3, 9 17 Iob 21, 8 18 Galat. 6, 8 19 I Cor. 9, 11 21 I Cor. 2, 14 23 Iob 21, 8

2 distentione *Hieronymus, cf. Sabatier II 362 a* (περισπασμῷ LXX) distinctione *PDP'* districtione *BC* 3 demortuo *D et* (de *exp. m2*) *P'* 4 sollicitudinem *P* (i *tert. s. u.*) non potuit inuenire requiem *B* 6 homo] uir *P'* 7 his] ipsis qui *B* 8 loquitur *P* loquetur *cet.* 9 uirgini *P* 11 concupiscunt *D* concupiuit *P'* (uit *in ras. m2*) 13 ut] et *P'* posset *P* (e *ex* i *m2*) possit *DP'* 18 habetur *DP'* in *om. P* 19 de psu *P* metunt *B* 21 quae] ea quae *DP'* 22 stultitia *P* (ti *alt. s. u.*) 24 faciunt *alt. P* (u *in ras.*)

frequenter declarat, eo quod locupletior in bonis factis quam in filiis sit nostra posteritas. unde et Ezechias de graui aegritudine liberatus ex hodierno inquit filios faciam, qui nuntiabunt iustitiam tuam, domine salutis meae, et non cessabo benedicens te cum psalterio omnes dies uitae meae; bona enim posteritas deuotionis et fidei, quae captiuitati nesciuit succumbere, quam Ezechiae filii pertulerunt. et addidit dicens quia non est illis timor, non est 658 A
flagellum a domino. iustus autem dicit: quoniam flagellatus sum tota die et optat flagellari, ut recipiatur a domino, et uult timere deum, quia timor domini initium sapientiae est. nec beatitudinem putat, si non abortit bucula sua, sicut putant stulti. per bouem enim quid significatur nisi ruralis culturae labor, qui semper in orbem redit et numquam desinit, sed cum expleri uidetur, reuocatur in exordium? isti sunt qui colunt Sodomam et Gomorram. ergo qui colunt B
Aegyptum glaebasque terrarum aratro quodam solidae mentis inuertunt laborem sibi pariunt et dolores metunt. ideo bucula eorum non abortit, sed parit, ut augeatur labor eorum, et quae conceperunt omnia generant sine timore dei, iusti autem longe aliter gloriantur; non enim in abundantia diuitiarum nec in partu pecorum, sed in domino gloriantur dicentes: de timore tuo in utero accepimus et parturiuimus spiritum salutis. de iustis ergo dicitur quia C
salutis spiritum generauerunt, quem acceperunt de timore dei,

3 Esai. 38, 19 sq. 8 Iob 21, 9 9 Psalm. LXXII 14 11 Psalm. CX 10 12 Iob 21, 10 18 Iob 4, 8 23 Esai. 26, 18

1 frequenter *P* (r *pr. s. u.*) 2 ezechias *P* (c *s. u.*) 4 dn̄e dš *DP'* 5 te benedicens *DP'* psalterio omnes *P* (o o *ex* um) 6 enim *P* (i *s. u.*) 8 quia *s. u. P* 11 dm̄ *PC* dn̄m *BDP'* 12 abortit *C* auortit *P* auertit *cet.* baculos suos *B* 14 ruralis *P* (l *in ras.*) reddi in orbem *DP'* 15 expleri *P* (i *ex* e) explere *DP'* 16 gomorra *P* 17 glebasque *libri* solide *P* (li *s. u.*) solitae *B* 18 baculos *B* 19 abortit *DP'* auortit *P et* (o *ex* e) *C* ouortit *B* 20 conceperint *DP'* 22 de (*del.*) pecurum *P* gloriantur *P* (ria *s. u.*) 24 iusti *P* 25 spiritum salutis *BDP'* dni *BC*

non de malitia istius saeculi, de qua legimus: ecce parturiuit iniustitiam et concepit laborem et peperit iniquitatem. melior ergo abortus quam partus est saecularium. denique de homine, qui in hoc saeculum uenit et uanitatem mundi huius et tenebras pertulit longaeuitate diuturna, Ecclesiastes pronuntiauit quia melior illo abortus. huic enim requies magis quam illi, quia non expertus est uarietatem saeculi, in qua etsi mille annos qui uixerit, quod bonum est uidere non potuit. fugisse ergo haec magis est gratiae quam subisse est.

16 Sed fortasse illud moueat quod adiunxit quia manent sicut oues aeternae, pueri autem eorum ludunt accipientes psalterium et citharam et delectantur uoce psalmi. consummarunt autem in bonis uitam suam, in requie autem inferni dormierunt. distingue haec et quia spiritalis es diiudica. impii sicut aeterni sunt, non aeterni, quia non possunt aeternitatem accipere ab eo qui non sit aeternus. non ergo potest dare quod non habet nec potest inluminare qui non possidet lucem, sed transfigurat se in angelum lucis, ut decipiat incredulos. transfigurat autem se simulatione falsae lucis, non splendore perpetuae claritatis. unde et saluator ait: uidebam Satanan sicut fulgur cadentem de caelo. nec fulgur est, sed sicut fulgur. considera haereticum aliquem intentum abstinentiae corporis et cognitioni caelestium sacramentorum: sicut aeternus putatur, non habet aeternae uitae stipendium, quia falsam habet

1 Psalm. VII 15 6 Eccl. 6, 3 11 Iob 21, 11—13 19 II Cor. 11, 14 22 Luc. 10, 18

1 istius] huius *B* 2 et *pr. om. P'* dolorem *BDP'* 3 abortiuus *DP'* est abortus *C* est *om. DP'* sclorum *DP'* 4 sclo *DP'* 5 longę uitę *B* 6 abortiuus *DP'C* 7 non *P* (n *alt. s. u. m2*) (est *om.*) uarietatc *DP'* 8 qui *DP'* quid *P* quis *BC* 10 est *om. B*, ę *P'* 11 manent *B* maneant *cet.* 16 impii autem *DP'* 17 non *s. u. P* accepere *P* 19 *sq.* transficurat *P* 21 claritatis *om. DP'* 22 satanam *DP'C* 22 *sq.* fulgor *P* 23 de caelo cadentem *B* 24 heredicum *P* 25 cogitationi *B* 26 habe *P*

imitationem qui fidei non habet ueritatem. huius paruuli ludunt sicut illa quae cum luxuriata fuerit, nubere uult. luxuriata est in psalterio et cithara, id est in sono uocis, non in sacramentorum profundo, ut labiis resultaret, non in corda conferret.

Huiusmodi itaque in bonis saeculi consummauerunt uitam 659 A B suam, hanc utique quam uiuebant, non illam cuius mercedem sperabant, et ideo in requie inferni dormierunt, non in requie caelesti. nos autem oremus hic potius laborem subire, ut in regno caelorum consolationem quietis aeternae mereamur adipisci. magna enim inlecebra delinquendi est rerum affluentia secundarum: in superbiam extollit, obliuionem auctoris infundit. C considera illum diuitem in euangelio supra ostrum et purpuram recumbentem, cuius de mensa micas iustus ille pauper Lazarus colligebat: nonne uidetur tibi diues ille ad deum dicere: d i s c e d e a m e ; u i a s t u a s s c i r e n o l o. et uere nolunt scire huiusmodi uias domini; si enim uellent, cognoscerent, sed quia plenae sunt laboris, fugiuntur et declinantur a perditis. quasi ebrius itaque non recognoscit salutis auctorem. deinde conuersus ad conpotores suos m a n d u c e m u s inquit D e t b i b a m u s. q u i d p r o d e s t, s i s e r u i a m u s e i ? a u t q u a e u t i l i t a s, s i o b s e r u e m u s e u m ? haec itaque dicit saecularium rerum abundantia temulentus, quia non continuo in saeculo scelerum merita rependuntur; supinabatur enim, quia in manibus ei ad uoluptatem omnia suppetebant, et conscius impietatis suae, cuius poena sequestrabatur, putabat

2 I Tim. 5, 11 6 Iob 21, 13 13 Luc. 16, 19—21 16 Iob 21, 14 20 Esai. 22, 13 21 Iob 21, 15

4 non *pr.* (*om.* in) *D* 7 qua *B* 11 adipisti *P* delinquendi *P* (in *in ras. ex* i, u *s. u.*) 12 in *eras. D, om. P'* infundi.t *P* 13 diuitem *om. DP'*, diuitem qui *B* 14 migas *P* 15 uidentur *P* (n *eras.*) tibi uidetur *BDP'* 16 discedere *P* 17 nolunt (n *pr. in ras. ex* u) scire. (m *eras.*) *P* scire nolunt (noluit *DP'*) *BDP'* 18 laboris sunt *B* labores *DP'* fugiunt *BDP'* declinant *DP'* 19 recognoscet *P* 20 cōpotores *D* (ł tato *s.* to) cōpotatores *P'* 23 abundantia *P* (n *alt. s. u.*) 24 supinabitur *B* 26 poena *P* (a *in ras.*)

18 quod deus impiorum scelera non uideret. huic ergo opinioni eius respondit sanctus Iob: noli esse securus ac dissolutus aestimare quod ad te in hoc ipso saeculo domini flagella non ueniant. etiam impiorum lucerna extinguitur. ad tempus lucet, non habet lumen aeternum. et ipsis quamuis saeculum faueat, quia eius qui principatum habet in saeculo faciunt uoluntatem, solet uenire rerum conuersio et dolores ab ira et indignatione caelesti, ut uentilentur sicut paleae a uento. iniusti sicut paleae uentilantur, iusti sicut triticum. denique audi dicentem Petro dominum: ecce Satanas expetiuit ut uos uentilet sicut triticum; ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. deficiunt illi qui sicut paleae uentilantur, non deficit qui ad similitudinem illius grani est, quod cecidit et resurrexit plurimorum fructuum accessione cumulatum. ideo dicit propheta: heu me, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe! stipulae igitur, quae cito exuritur, inpìetas comparatur, et pulueri. ideo postquam dixit: erunt sicut paleae a uento, subtexuit uersiculum statim dicens: aut sicut puluis, quem abstulit uentus. denique ut cognoscas quia impius sicut puluis cito fatiscit atque euanescit, habes in primo psalmo dictum: non sic impii, non sic. id est: non sicut iusti, sed tamquam puluis, quem proicit uentus a facie terrae.

19 Et facit discretionem inter iustum et impium. hic inquit moritur in simplicitatis suae potentia, totus in abundantia et gratia, interiora autem eius plena

4 Iob 21, 17 6 Ioh. 14, 30; 16, 11 8 Iob 21, 18 10 Luc. 22, 1 sq. 14 Luc. 8, 8 15 Mich. 7, 1 18 Iob 21, 18 19 Iob 21, 18 22 Psalm. I 4 23 Psalm. I 4 25 Iob 21, 23—25

1 uideret *P* (e *alt. ex* i) huic (u *s. u.*) *P* 2 respondet *B* 3 aestimarę *D* aestima *P'* ipso *om.* *DP'C* saeculo *P* (o *ex* u) 4 lucerna impiorum *DP'* 5 lume *P* 6 faueant *B* 10 domino *PC* 11 uos ut *C* 15 heu *P* (h *s. u.*) 17 exuruntur *B* 21 cito ... tamquam puluis *om.* *B* fatescit *PDP'* 25 discretiones *DP* 26 sententiā *DP'* 27 eius autem *D*

sunt adipis, medulla eorum superfluit. ille autem B conficit in amaritudine animae cursum uitae istius nihilque boni epulatus finem accipit. cui pro meritis suis quid potest dignum repraesentari? in sepulchra inducitur et in tumulo uigilat suo. ne haec quidem poena mediocris, mortis requiem non habere, deferri eum non ad terram uiuentium, sed ad tumulos mortuorum. qui uiuit enim non inter mortuos quaeritur, sed in Abrahae sinu uitam carpit aeternam. ideoque uiri illi duo in ueste fulgenti dicebant ad mulieres: quid quaeritis uiuentem cum mortuis? C deinde enumerat scelera impiorum, quod confinia transcenderint, et cum pastore diripuerint gregem, subiunctorium pupilli abduxerint, pignorauerint uiduae bouem, agrum demessuerint non suum, infirmi autem in uineis eorum sine mercede et cibo operati sint, detractis uestimentis nudos fecerint dormire plerosque, quorum animae operimentum ademerint. stillicidiis umescebant montium et, quia integimentum deerat, petra sese D operiebant. rapiebantur pupilli ab uberibus matrum suarum, lapsi opprimebantur qui magis erigi debuissent. esurientes fraudabantur cibo, anima infantulorum grauiter ingemescebat. numquid haec ignorare potuit quem nihil praeterit? nuda inferna in conspectu ipsius et non est amictus nequissimis. quia latere non possunt. extendit Borean pro nihilo, suspendit terram in nihilo, alligans

4 Iob 21, 32 7 Luc. 24, 5 8 Luc. 16, 22 10 Luc. 24, 5 11 Iob 24, 2—12 21 Iob 26, 6 23 Iob 26, 7 et 8. 11—14

1 adipe *DP'* medulla autem *DP'*, *recte puto* (μυελὸς δὲ *LXX*) 2 in amaritudine animae conficit *C* animae suae *DP'* 3 accepit *DP'* 4 sepulchra *P* (h *s. u.*) sepulchro *BP'* 5 tumolo *P* 7 uiuet *P* 9 ideo *DP'* 10 mortuis *P* (r *s. u.*) mortuis? non est hic *DP'* 11 enumera *P* transcenderent *PDP'* 12 popilli *P* 13 abduxerunt pignorauerunt bouem uiduae *DP'* demessuerunt *DP'* 15 sunt *DP'* fecerunt *DP'* 16 plerique *ex* plerosque *D* operamentum ademerint *P* (ri *ex* re) 17 tegumentum *BDP'C* 20 et anima *DP'* ingemescebant *P* (n *alt. eras.*) ingemiscebat *BDP'* 22 conspectu *P* (u *ex* o) ipsius *P* eius *cet.* 23 boreā *BDP'C*

aquam in nubibus suis, et non est rupta nubes sub pedibus eius. columnae caeli dissiluerunt et timuerunt ab increpatione eius. uirtute conpescuit mare, disciplina autem strauit cetum maris. claustra caeli reformidant eum: praecepto mortificauit draconem praeuaricatorem. uirtutem tonitrui eius quis intellegit? in tantis ergo flagitiis quae spes impio est? numquid si confidat in domino saluabitur? dicam inquit uobis quid sit in manu domini et desinite inania inanibus addere.

22 Et describit quam miserabilis impiorum portio sit, quod etsi plures habeant filios, sine posteritate sint, quibus deest bonorum meritorum successio; illa enim uera posteritas, quae non in terris, sed in caelo est. huiusmodi ergo uiris hereditas inopia est et mors successio. cum diuitias coaceruauerint, mendicabunt, quia cum mortui fuerint, indigebunt qui requiem inuenire non possunt. uiduas eorum nemo miserabitur, sed manebunt desertae atque omnis copulae solacio destitutae. etsi congregetur pecunia sicut terra atque ut lutum praeparatum fuerit aurum, inanis erit sicut aranea eorum substantia et omne nominis eorum patrimonium tamquam tineis consumetur. dormiens diues nihil adiciet, aperuit oculos suos et iam non est. in doloribus permanet. nihil ergo sunt omnia quae in hoc mundo sunt. aurum in metallis,

7 Iob 27, 8. 11. 12 11 Iob 27, 14 sq. 16 Iob 27, 14 17 Iob 27, 15—18 22 Iob 27, 19 24 Iob 28, 1 sq.

1 rapta *PBC* 4 strauit *Dionysianus Maurinorum et ed. Rom.* struit *cet.* 5 claustra *P* (u *s. u.*) reformitant *P* 6 draconem... *P* 8 est impio spes *B* impio eius (*om.* est) *DP'* confidit *DP'* 10 diffinite *B* inanibus inania *DP'* inanibus *P* (i *alt. s. u.*) 12 sunt *DP'C* 14 uiri *B* 15 cum] cuius *B* coacerbaberint *P* 17 miserebitur *DP'C* 18 deserte ... destitute *C* deserti ... destituti *cet.* 20 inmanis *P* arena *DP'* substantia eorum *B* 21 patrimonium eorum (*om.* nominis) *DP'* a tineis *B* 22 consummetur *D* (mabi *s.* me) consumabitur *P'* 24 ergo] enim *DP'*

argentum in metallis: de metallo eruitur et in metallum reuertitur. quid enim aliud nisi metallum est mens auari? quae tamquam defossum tenet quidquid acceperit et in uenis terrae ac latibulis abscondit, eo quod uti nesciat. de metallis B cottidie aurum promitur: de auaro proferre quis potuit? cum igitur nihil prosit uana fames auri, quia quidquid congregauerit labitur, miserandi profecto qui deseruerunt uiam iustam et obliti sunt eam, cui pretiosi lapides haudquaquam sunt 662 A comparandi. difficilis inuestigatu, inperuia superbis, interclusa iactantibus, humilioribus plana, aperta sapientibus. et ideo sapientiam debemus quaerere, ut ambulemus in uia iusta, per quam aduersarius ille sicut leo rapiens et rugiens, qui percurrit hunc mundum, transire non potuit. sed qui uult sapientiam inuestigare, non in abysso eam quaerat sicut philosophi, qui arbitrantur quod ipsi sua sponte suo ingenio profunda eius possint cognoscere, non in mari eam requirat B — etenim ubi tempestas, ubi procella uenti est, non potest ibi esse sapientia — sed ibi quaerat, ubi est tranquillitas mentis et pax, quae super omnem intellectum est.

6 Uerg. Aen. III 57   12 I Petr. 5, 8   14 Iob 28, 14   16 Iob 28, 14   19 Philipp. 4, 7

1 metallum *P* (u *ex* o)   3 acceperit *P* (c *pr. in ras.*) deceperit *DP'*   4 abscondit *P* (*ex* abscundet) *C* abscondet *cet.*   5 promittitur *DP'*   6 nihil *P* (l *s. u.*)   8 haudquāquam *P* (*uirgula s.* a *erasa*) *B* hautquaquam *C* haudquacum *DP'*   9 inuestigatu• *P*   11 uia *P* (i *in ras.*)   12 illius *B*   rugiens *P* (i *s. u.*)   percurrit *BC* percucurrit *cet.*   13 sapientiam uult *DP'*   15 filosofi *P*   16 requirat *Costerius* requirant *libri*   18 ibi *alt. ex* ubi *P*   sapientiā *P*   quaerat *Costerius* quaerant *libri*   tranquillintas *P* (n *eras.*)   EXPLICIT INTERPELLATIO S̄C̄Ī IOB *P* DE INTERPELLATIONE DAUID *B* EXPLICIT TRACTATUS S̄C̄Ī AMBROSII DE INTERPELLACIONE S̄C̄Ī IOB. INCIPIT TRACTATUS EIUSDEM S̄C̄Ī AMBROSII DE INTERPELLACIONE DAUID *C* EXPLICIT TRACTATUS DĒ INTERPELLATIONE S̄C̄Ī IOB. INCIPIT TRACTATUS DE INTERPELLATIONE SCORUM IOB ET DAUID *DP'*

<III> (IIII.)

DE INTERPELLATIONE DAVID.

1,1 Decursa est interpellatio sancti Iob: nunc adoriamur eam 661
interpellationem, quam repperimus in psalmis. ipse quidem
Dauid pluribus locis de saeculi uanitate non tacuit et inania
esse quae putantur bona istius mundi frequenter adseruit et
maxime in psalmo tricensimo octauo, in quo dicit: uerumtamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. quamquam in imagine dei ambulet homo, tamen uane conturbatur; thensaurizat et ignorat cui congregat ea, et alibi: usquequo peccatores, domine, usquequo peccatores gloriabuntur? quod hic habeant umbratilem E
gloriam, ubi de saeculo excesserint, fructum consolationis
inuenire non possint. idem tamen inseruit psalmum LXXII, in
quo ipse sub Asaph nomine protestatur quod eius primo
fuerit prolapsionis, ut non mediocri dolore perstrictus sit,
cum uideret peccatores in hoc mundo affluere diuitiis,
abundare rebus secundis, se autem, qui iustificauerit cor
suum, esse in adflictionibus et aerumnis nec mediocrem F
traxisse offensam in exordio, sed postea per domini flagella
correctum et inluminatum diuinae cognitionis gratia seriem
2 uerae didicisse traditionis. nusquam autem inuenio sanctum
Asaph aliquibus aduersis fuisse uexatum, at uero sanctus
Dauid plurima grauia et periculorum plena tolerauit; de suis
enim laboribus dicit, unde et psalmus non quasi sancti Asaph, 662

7 Psalm. XXXVIII 6 sq. 11 Psalm. XCIII 3 14 Psalm. LXXII 1

7 psalmo *P* (l *s. u.*) X$\overset{o}{X}$X octauo *B* tricensimo *P* tricesimo *DP'C* octauo *P* (o *alt. in ras.*) dicit *P* (d *in ras.*) 8 uniuersa *om. B* 9 imagine *B* imaginem *cet.* 10 conturbabitur *P* (bi *s. u.*) *BC* thensaurizat *P* thesaurizat *cet.* 11 *sq.* peccatores *P* (es *ex* is) 14 psalmum *P* (u *ex* o) in psalmum *B* psalmo *C* LXXII *P* LXXV *B* septuage:imum secundum *DP'* septuagesimo secundo *C* 15 asaf *P* (f *in ras.*) 16 mediocri *P* (d *in ras.*) perstrictus *Costerius* prescriptus *B* prestrictus *cet.* 17 afluere *P* 19 adflictationibus *P* (ta *s. u.*) *BDP'* 21 cogitationis *B* 22 dedicisse *P* dedisse *cet.* 23 *sqq.* asaf *P* 25 enim] *fort.* ergo et *P* (t *postea add.*) ei *DP'*

sed quasi sancto Asaph, ut docet titulus, superscribitur, quod ex graeco psalterio apertius manifestatur, ut uideatur Dauid etiam huic Asaph sicut et aliis canendum quem scripserat ipse psalmum dedisse. sed quia scriptum est in ipso titulo defecisse psalmos Dauid — quomodo autem defecerunt, cum decursis his decem psalmis postea psalmos Dauid titulorum inscriptio conprehendat usque in ultimum finem? — ideo sequestrata huiusmodi definitione quae sit psalmi series D
consideremus et a primo uersiculo interpellationis propheticae ducamus exordium.

Quam bonus deus Istrahel rectis corde! elucet in E
principio emendationis profectus nemo enim potest deum bonum uere fateri nisi is qui non ex sucessibus commodorum suorum, sed ex caelestium mysteriorum profundo et diurnae dispositionis altitudine bonitatem eius agnoscit, quae non specie praesentium, sed futurorum utilitate pensanda est. F
iusto itaque semper bonus est deus et cum torquetur doloribus corporis et cum adfligitur acerbitate poenarum, semper dicit: si bona accepimus de manu domini, quae mala sunt cur non sustinemus? gratulatur hic se conteri, ut in futurum consolationem inuenire possit sciens quoniam qui bona receperit in hac uita habet mercedem suam. futura praemia sperare non poterit qui non luctatus, non exercitus 663 A
sit diuersorum certamine proeliorum. qui uero siue iuste siue

5 Psalm. LXXI 19 11 Psalm. LXXII 1 19 Iob 2 10 22 Matth. 6, 2

1 suiperscribitur *P* (e *postea add.*) 4 titulum desefecisse *P* 5 psalmos *B* psalmus *cet.* 7 inscriptionem *DP'* comprehendit *DP'* 8 huiusmundi *PP'* huius *B* diffinitione *BDP'C* sit *om. B* 9 interpellatione *B* 10 ducamur *P* dicamus *B* 11 bonū *B* deus ishł (isrł *DC*) *PDC* isrł deus *BP'* 12 dn̄m *B* 13 uere *om. DP'* his *PC* commudorum *P* (d *ex* t) 14 cęlestium *P* (i *ex* u) 15 altitudine *P* (d *ex corr.*) cognoscit *D et* (i *ex* e) *P'* 19 accipimus *P* suscepimus *B* 20 sustineamus *BDP'* 21 futurum *P* (u *tert. ex* o) futuro *C* 22 receperit *B* receperint *cet.* et futura *C* 23 non possunt . . . luctati . . . exercitati sint *C* exercitatus *BDP'* 24 p•roeliorum *P*

iniuste adficitur in hoc saeculo gratulatur uel quod hic soluat pretia delictorum suorum uel quia nouit eam esse apud dominum uberiorem gratiam, si iniuste pro eius nomine aut pro bono aliquo opere acerba patiatur, secundum quod scriptum est quia nulla gloria est, si peccantes punimini et suffertis, sed si benefacientes et patientes, haec est gratia apud deum. in hoc enim uocati estis, quia et Christus pro uobis mortuus est relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledixit, cum pateretur, non comminabatur. ergo iustus etiam si in eculeo sit, semper iustus est, quia iustificat deum et minora se peccatis suis dicit sustinere, semper sapiens est; non enim aufertur eculei tormentis uera et perfecta sapientia, non amittit quod est, quia timorem excludit foras studio et proposito caritatis: nouit ut sapiens dicere quia indigna sunt quae in hoc corpore sustinemus remuneratione futurae gloriae et omnes huius temporis passiones superuenturam mercedem aequare non possunt. bonus igitur huic semper est deus, qui nouit quo tempore metat. et ideo quasi bonus agricola hic arat agrum suum quodam abstinentiae rigidioris uomere: hic stirpat quadam falce uirtutum amputatrice uitiorum: hic stercorat humiliando se usque ad terram sciens quia deus de terra suscitat inopem et de stercore erigit pauperem, denique apostolus Paulus nisi aestimatus esset stercora, numquam Christum sibi potuisset adquirere: hic custodit

5 I Petr. 2, 20—23 13 Luc. 7, 29 16 I Ioh. 4, 18 18 sq. Rom. 8, 18 21 Ioh. 15, 1 24 Psalm. CXII 7 26 Philipp. 3, 8

3 d̄n̄m *PC* dñ *cet., fort. recte* 4 acerba aliqua *DP'* patitur *D* 5 est gloria *DP'* 6 et] ut *DP'* 8 et *om. DP'* mortuus *P* (us *ex* os) 9 sequamur *B* 11 non maledixit *BDP'C* 12 si *ante* iustus *transponit B* 13 aculeo *D et* (ł e *s.* a) *P'* semper *pr. in ras. B* qui *B* 15 aculei *D et* (ł e *s.* a) *P'* 16 propositione *B* 18 remuneratione *D* (*s.* ł memora) rememoratione *P'* (*s.* ł une) 19 omnes *P* (e *ex* i) 22 rigidioris abstinentiae *DP'* 23 amputatricem *PB*

fructus suos, ut illic securus recondat. semper itaque ei bonus est deus, quia semper quae bona sunt de deo sperat.

Accipe aliud. quam bonus inquit deus Istrahel rectis corde! non ergo omnibus bonus est deus? ille quidem omnibus bonus est, quia saluator est omnium hominum, maxime fidelium. et ideo uenit dominus Iesus, ut saluum E faceret quod perierat; uenit enim, ut peccatum mundi tolleret, uulnera nostra curaret. sed quia non omnes medicinam expetunt, sed plerique refugiunt, ne medicamentis conpungatur uis ulceris, ideo uolentes curat, non adstringit inuitos. accipiunt igitur sanitatem qui medicinam expetunt, illi autem qui refutant medicum nec requirunt bonitatem medici quam non experiuntur sentire non possunt. qui autem curatur etiam F sanatur, ideoque his bonus est medicus quos sanauit. his igitur bonus deus quibus peccata donauit; qui autem insanabile peccatum habet mentis suae ulcere quomodo potest medicum bonum aestimare, quem refugit? pulchre itaque apostolus, ut praemisimus, explanauit quia et omnibus bonus est deus, qui uult omnes homines saluos fieri. et maxime fidelibus diuinae bonitatis praerogatiua seruatur, quibus et uoluntas dei opitulatur et gratia. sed et psalmista 664 A dicendo: quam bonus deus Istrahel rectis corde! ad ipsorum sententiam rettulit qui aliter de deo sentire non norunt nisi quia bonus ad omnia et in omnibus est.

Denique sequentibus exponit ipse quid senserit, dicendo: B mei autem paene moti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus pacem

6 Luc. 19, 10 7 Ioh. 1, 29 19 I Tim. 2, 4 26 Psalm. LXXII 2 sq.

1 fructuos *P* securos *B* securius *DP'* 2 est *om.* *DP'* 3 illud *B* inquit *s. u.* *P* isħł *P* isrł *cet.* 4 ergo (e *in ras.*) omnibus (o *s. u.*) *P* 5 hominum *om.* *DP'* 7 enim ergo *P* ergo *C* 10 adstringit *P* (n *s. u.*) 11 expectunt *P* (c *eras.*) 15 bonus est *DP'* 16 peccatum *P* (p *ex* m) 17 aestimare] habere *DP'* fugit *B* pulchre *P* (c *postea add.*) 20 pietatis *DP'* 21 dei *om.* *B* 22 istrahel *P* isrł *cet.* 23 rettulit *P* (t *pr.* *s. u.*) retulit *cet.*

peccatorum uidens. non utique pedes corporis <dicit et>
gressus, sed directionem mentis et gressum, de quo alibi C
dicit: non ueniat mihi pes superbiae et manus peccatorum non moueat me. ideo semper petendum est ut
dirigat dominus nostrorum animorum uestigia, ne labantur et
lubrico quodam erroris effusa stabilitatem sui tenere non
possint. prolapsionis autem causa ea est quod pacem aemulatus est peccatorum. aemulari autem debemus quae bona
sunt, non ea quae plena dedecoris, sicut et apostolus Paulus
expressit dicens: bonum autem aemulari in bono semper. D
6 nec te moueat quod pacem in malo posuit. denique et in
euangelio habes esse pacem, quam respuit Christus, ut ipse
ait: pacem meam relinquo uobis, pacem meam do
uobis: non sicut mundus dat, ego do uobis. est enim
pax quae non habet offendiculum, est quae habet. quae ex
dilectione est non habet offendiculum, quae ex simulatione
habet. ideo et propheta dicit: pax, pax; et ubi est pax?
refugiamus ergo pacem peccatorum; conspirant enim aduersum E
innocentem, coeunt ut iustum opprimant, uiduam exterminent
7 uel expugnent eius pudorem. et ideo non est reclinatio
morti eorum, non declinatio, ut plerique codices Latini
scripti sunt, sed reclinatio. quando enim laboramus et
incuruamur ad opus aliquod atque inclinamur, nos reclinare
consueuimus; peccatores autem grauium scilicet delictorum
et maxime impii se reclinare non possunt, de quibus dictum
est: et dorsum illorum semper incurua. non enim se F
erigunt ad caelestia qui Christo non adhaeserunt. et ideo nec

3 Psalm. XXXV 12 10 Galat. 4, 18 13 Ioh. 14. 27 17 Ezech. 13, 10 19 Sap. 2, 12 20 Psalm. LXXII 4 26 Psalm. LXVIII 24

1 peccatorum *om. B* uidens *s. u. P* dicit et *addidi,* appellat *Gelenius* 2 mentes *P* 5 amicorum *B* 6 errore *B* 7 ea causa *DP'* 10 exprẹssit *P* (r *s. u.*) 11 malū *B* et *om. B* 12 pacem esse *B* 13 meam *om. DP'* 14 enim *P* (i *s. u.*) 15 est] et *DP'* habet ... quae ex *om. DP'* 16 simulationem *DP'* 17 ubi] non *B* 19 iustos *D* 23 aliquid *B* 25 impiis *B* (s *eras.*) 26 dorsa *B* 27 quia ñ *B* (ñ *eras.*) nec *PP'* non *BC* non nec *D*

resurgunt cum eo quorum mors pessima, sicut scriptum est: mors peccatorum pessima. qui autem Christo commoritur et consepelitur cum illo non solum reclinatur, sed etiam resuscitatur. de quo pulchre illud conuenit dictum: uniuersum stratum uersasti in infirmitate eius, maxime si martyr sit, cuius infirmitas passione soluitur, mors resurrectione.

8 Uidimus illum diuitem, qui indutus purpura et bysso in 665 A hoc saeculo recumbebat et epulabatur cottidie splendide, de cuius mensa quae cadebant pauper Lazarus colligebat, quemadmodum in tormentis positus in inferno se reclinare non poterat, sed uix ad Abraham non totum se, sed solos oculos erigebat rogans ut mitteret Lazarum, qui extremum digiti sui in aquam tingueret et linguam eius refrigeraret. ergo morti reclinatio non erat, nec firmamentum in plaga eius. B
9 nihil enim prosunt flagella post mortem. et ideo Dauid dum esset in istius corporis uita, in flagella se praeparabat, ut eum dominus reciperet castigatum. considera iterum mihi sanctum Iob, qui perfusus erat ulceribus et concutiebatur omnibus membris et plenus erat totius corporis sui doloribus, glaebas terrae uulnerum suorum sanie et umore dissoluens, quemadmodum cum se in hoc corpore positus reclinare non C posset, requiem mortis inuenerit. ideoque conscius sui dixit: mors uiro requies. is igitur in plaga non motus est nec nutauit sermonis sui lubrico, qui in omnibus illis nihil peccauit labiis suis, sicut scriptura testatur, sed magis plagae suae repperit firmamentum, per quam confirmatus in

2 Psalm. XXXIII 22 II Cor. 7, 3 Rom. 6, 4 4 Psalm. XXXX 4 8 Luc. 16, 19—24 14 Psalm. LXXII 4 19 Iob 2, 7 sq. 24 Iob 3, 23 25 Iob 2, 10

1 sicut *om.* *B* 2 commoritur *P* (o *pr.* *ex* u) moritur *B* 4 se pulchre *DP'* 6 cui*us *P* (i *longum*, i *eras.*) 9 splendidę *P* (d *alt.* *ex* t) 12 uix* ab *B* se totum (*om.* sed) *B* se *s. u.* *P* 14 aquam *B* aqua *cet.* intingueret *DP'C* illius ergo *B* 15 in plaga *om.* *DP'* 23 posset *P* (e *ex* i) ideo (*om.* que) *B* consciuus *P* (u *pr.* *del.*) 24 requies uiro *C* his *PC* placa *P* 25 nutauit *B* mutauit *cet.* 27 repetierit *DP'*

Christo est. ergo et Iob et Dauid, quia hic flagellati sunt,
firmamentum habuerunt in plaga sua, quia flagellat pater
filium quem suscipit, qui autem hic non flagellantur ibi
non suscipiuntur ut filii. ideoque in laboribus hominum non D
sunt et cum hominibus non flagellabuntur, ut in per-
petuum cum diabolo flagellentur.
4, 10 Ideo optinuit inquit eos superbia eorum, cooperti E
sunt iniquitate et impietate sua. malum uestimentum
iniquitas, quod si qui uoluerit in nobis tenere, remittere nos
oportet, ne incipiat in iudicium uenire nobiscum. et si qui
tunicam nostram quam accepimus spiritalem auferre conetur,
remitte pallium iniquitatis, sume operimentum fidei atque
patientiae, quo se operibat Dauid in ieiunio, ne amitteret F
integimenta uirtutis. ipsum ieiunium operimentum est. denique
nisi sanctum Ioseph texisset ieiuna sobrietas, adulterae pro-
teruitas exuisset. quo ieiunio si se tegere uoluisset Adam,
nudus non fuisset effectus. sed quia de ligno scientiae boni
et mali contra interdictum caeleste gustauit et imperatum
ieiunium praeuaricatus est incontinentiae cibo, nudum se esse
cognouit. quod si ieiunauisset, et fidei seruasset exuuias nec
se aspexisset intectum. non ergo nos induamus iniquitate et
impietate. ne de aliquo nostrum dicatur: et induit se 66
maledictionem. male se induit et Adam, qui dum quaerit
11 integimenta foliorum, maledictionis excepit sententiam. in-
duerunt se maledictione Iudaei, de quibus scriptum est:

2 Prouerb. 3, 12 Hebr. 12, 6 5 Psalm. LXXII 5 7 Psalm. LXXII 6 15 Gen. 39, 12 17 Gen. 3, 6 sqq. 22 Psalm. CVIII 18

3 recipit *BP'* 4 suscipiuntur *B* (u *alt. ex* e) 5 perpetuum *B* perpetuo *cet.* 7 eos inquit *B* (*om.* eorum) cooperti *P* (i *s. u.*) 8 sunt *om. DP'* 9 quid si *P* 9 *et* 10 qui *P* quis *cet.* 10 incipiat *om. B* 13 operiebat *BDP'C* 14 integumenta *B* tegumenta *DP'C* 15 nisi *P* (s *in ras.*) ieiunia *C* sobrietas ieiunia *DP'* 16 tegeret *P* (et *ex* it) 18 contra *P* (a *in ras.*) 20 ieiunasset *BP'C* et *om. BDP'* 21 intellectum. nos *B* 23 quaereret *DP'* 24 integumenta *BP' et* (u *in ras.*) *D* tegumenta *C* foliarum *P* (o *s.* a) filiorum *B*

prodiuit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt
in dispositionem cordis. ab adipe adipale enim dicitur, id
est pingue. sicut enim anima bonis pasta et referta uirtutibus
tamquam adipe et pinguedine repletur, ut scriptum est,
sic iniquitas, quae quasi ex adipe procedit, non tenuis et B
exilis significatur, sed plena uitiorum. denique non fortuito
quodam lapsu in errorem incidere, sed consilio et dispositione
in sacrilegium transierunt.

2 Posuerunt in caelum os suum, et lingua eorum C
transiuit super terram. ponere in caelo os suum quid sit
docet nos ille ex fratribus adulescentior, qui regressus ad
patrem dixit: pater, peccaui in caelum et coram te.
ponunt autem in caelum os suum qui sibi criminum auctori- D
tates natiuitatis putant quadam necessitate deferri. hi nec
caelo nec terris parcere solent, ut cursu quodam stellarum
arbitrentur uitam hominis gubernari. nihil prouidentiae, nihil
bonis moribus derelinquunt. atque utinam et isti sicut ille
unus de duobus adulescentibus reuertissent: bonus dominus
remedium non negasset. et tamen etiamsi ipsi nolint sanari,
reseruat dominus regressionis gratiam, ut qui in Istrahel
expulsi sunt per cordis proprii caecitatem per plenitudinem E
ecclesiae reuertantur et non uacuos dies uitae istius ducant,
sed plenos habeant bonae operationis et fidei, cum repleuerit
eos dominus gratia spiritali. quomodo autem reuertantur
accipe. quia caecitas inquit ex parte Istrahel contigit,

1 Psalm. LXXII 7 4 Psalm. LXII 6 8 Psalm. LXXII 9 12 Luc. 15, 18 25 Rom. 11, 25 sq.

1 prodiit *DP'C* 2 adipale *scripsi* adipsal *PC* adeps *B* *et* (*in quibus antea spatium est 5 fere litt.*) *DP'* id est *om.* *DP'* 5 sicut *BC* ∗et *P* (s *eras.*) 6 fortuitu *DP'* 7 labso *P* 10 trans. in terra *B* ponere *P* (re *s. u.*) caelum *B*, *recte puto, cf. u. 13* 13 autem *om.* *B* 14 natiuitatis *C* natiuitates *PB* uanitates *DP'* hic (c *eras.*) *P* hii *DP'C* nec] in *DP'* 15 cęlo *P* (c *s. u.*) cursu *P* (u *alt. ex* o) 17 moribus bonis *B* derelingunt *P* 18 reuersi essent *B* reuerterentur *DP'* 19 etiam ipsi si nolunt *DP'* 20 istrahel *P* (e *s. u.*) isrł *cet.* 24 dominus *om.* *DP'* 25 *sq.* istrahel *P* isrł *cet.*

donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Istrahel
saluus fieret. sed quia mysterium oportebat impleri ut
concluderet deus omnia in incredulitate, id est redargueret
atque conuinceret — cum enim duo contendunt, si unus F
superior sit, dicitur: conclusit illum alterum — ideoque per
suam misericordiam, ut subditus fieret deo mundus, regressus
est quidem populus in heredibus, <sed> seri sceleris errore
traductus est, ut deum non crederet occultorum esse praescium.
sed dominus illis ut quandoque redimantur, salutis futurae
gratiam reseruauit dicens: ideo reuertetur huc populus
meus. quid est huc? id est ad me, ad aequitatem et
13 iustitiam meam, ad cultum meum. et implebit dies uitae
suae. quod utique sic accipies, ut populus quidem redimatur, G
qui crediderit. in quo etsi non redimantur qui non crediderunt,
14 tamen redemptio populi dei praerogatiua defertur. isti ergo in
errore positi dixerunt: quomodo sciuit deus? et si est
scientia omnis in altissimo? putant enim non esse in
deo scientiam, quia peccatores abundant prosperis saecularibus.
et adhuc inducit eos loquentes: ecce ipsi peccatores et
abundantes in saeculum optinuerunt diuitias. habes
hoc in euangelio planius expressum, ubi Simon ille Pharisaeus
uidens quod mulier illa peccatrix uenit in domum eius et
super pedes Christi effudit unguentum dicebat intra se: hic
si esset propheta, sciret utique quae et qualis mulier,
quae tangit eum, quia peccatrix est. sed patientia dei
non praeiudicat ueritati et praescientia eius ac prouidentia

2 Rom. 11, 32 5 Reg. I 26, 8 10 Psalm. LXXII 10 12 Psalm. LXXII 10 16 Psalm. LXXII 11 19 Psalm. LXXII 12 23 Luc. 7, 39

6 misericortiam *P* 7 est *om.* *DP'* populos *P* sed *addidi* sed is celeri *scr. Costerius* seri *PC* seris *B* seu *D* sui *P'* sceleri *PDP'* 8 traditus *DP'* ut *C* et *cet.* 10 ideoque *DP'* reuertentur *PC* reuertatur *DP'* 11 et] ad *B* 12 meum *om.* *B* implebit *ed. Rom.* impleuit *libri* 14 crediderit in eo (*om.* in quo) *DP'* 15 redemptio *scripsi* redempti *P* (p *s. u.*) *cet.* ergo *P* (r *ex* c) 16 sciuit *P* (*s. u ras.*) scit *B* 19 et *om.* *B* 20 scło *B* 21 plenius *B* farisaeus *P* 24 qualis esset *B* qualis est *P'C* 25 peccatrix *P* (i *s. u.*)

hoc ipso amplius probatur quod in peccato positus successu affluit saecularium prosperorum. quod fortior uidens ridet, incautus transducitur et mouetur. C

Denique psalmista dicit dixisse se: ergo sine causa iustificaui cor meum et laui inter innocentes manus meas, hoc est: uideo illos abundare, uideo illis commoda D omnia secundare, me autem conteri atque exagitari temptationibus plurimis. frustra ergo dedi me innocentiae atque ad studium sobriae conuersationis intendi. et pulchre ait: laui inter innocentes manus meas, ut non adrogare sibi summam innocentiae, sed sedulum deferre studium uideretur. interea non inpune huiusmodi a se sermonem exisse testatur. nam tota die flagellatum esse se memorat, quia frustra iusti- E ficasse se domino cor suum dixerat; post flagella autem continuo secuta est prauae opinionis correctio. statim enim index meus inquit in matutinis, id est in aperto et perspicuo; lux enim ueritatis conprehendens eum non siuit haec sentire quae dixit. reuincebat itaque et redarguebat me ueritatis lumen offusum animo meo, eo quod non recte dixerim: sine causa iustificaui cor meum. locutus enim illa sum tamquam in tenebris constitutus et recordanti illa mihi cor F conpungebatur, conpuncto autem corde inluminabatur affectus, ut fieret in corde meo ignis flammigerans, qui faciebat in me diei spiritale principium. inluminata itaque oriente mihi die et quasi in multis matutinis positus intellegebam quia extra constitutionem generationis filiorum dei factus sum, qui cum primo credidissem eo quod operator mundi prouidens genera-

4 Psalm. LXXII 13 13 Psalm. LXXII 14 16 Psalm. LXXII 14 23 Hier. 20, 9

1 successum (m *del.*) afluit *P* 2 prosperitatum *B* 4 dicit dixi (dixit, t *eras.* *P'*) ergo *DP'* iustificaui sine causa *C* 5 nocentes *B* 9 subriae *P* probę *D* (prob *in ras.*) *P'* pulchre *P* (r *s. u.*) 10 sibi *om.* *B* 11 sed sedulum] sed ullum *DP'* 13 se esse *DP'*, se *om.* *B* 15 correptio *DP'C* 16 uindex *DP'* aperto *P* (a *s. u.*) 19 effusum *DP'C* 20 sum enim illa *DP'* 21 et *om.* *DP'* 26 constructionem *DP'* 27 operatur *P* (u *ex* o) *DP'*.

tioni humanae omnia ad utilitatem nostri uel tristia uel ea
quae parum delectent fecerit, tam bonam sententiam postea
17 prauis opinionibus turbatus amiserim. conferebam itaque cum
corde meo et dicebam mihi: si narrabo sic quia sine
causa iustificaui cor meum; occurrebat mihi dei uox
dicens: ecce generationi filiorum tuorum, cui disposui,
id est: ecce in scripturis inuenis quia disposui, o tu Adam,
generationi filiorum tuorum quia fortuito diuitiae ad impios,
non aliquo merito deferantur. nec praemia uirtutis sunt
emolumenta thensauri, ut e contrario ⟨non⟩ inopia poena
peccati est, sed indiscrete ueniunt ista, quae modo fluminis
18 quodam saeculi profluuio uolutantur. et existimabam et
uidebar mihi cognoscere hoc esse uerum, hoc congruere
diuinae prouidentiae et conuenire, me autem frustra in his
turbatum esse in quibus inhaerere non debui.
7, 19 Itaque quia uidebar mihi ueram sententiam conprehendisse
et cognitionem esse rei ipsius adsecutus, dicebam mihi: hoc
labor est ante me, donec introeam in sanctuarium
dei et intellegam in nouissimo, id est: solus mihi labor
superest, ut ingrediar in sanctuarium dei, ubi est Cherubin,
id est cognitionis profundum, et non laborem in incertis et
uanis opinionibus; narratio enim fatui sicut sarcina in
uia. ideo ingrediamur adytum cognitionum sacrarum atque
interiora penetralia ueritatis, ut non sit in nobis labor;
sapientia enim nos a sensu laboris abducit. denique non est
labor in Iacob, causa autem laboris ignorantia est, quoniam

4 Psalm. LXXII 15 sq. 6 Psalm. LXXII 16 12 Psalm. LXXII 16 17 Psalm. LXXII 16 sq. 20 Exod. 25, 17 21 Philo de uit. Moys. III 8 (II 150, 15) 22 Sir. 21, 16 (19) 26 Gen. 27, 20

1 tristitia *P* (ti *alt. s. u*) *B* (ti *alt. eras.*) 2 fecerint *P* (n *s. u. eras.*) 3 amiserim turbatus *B* 6 generationi *P* (e *s. ras.*) 7 id est] adest *DP'* in] his *DP'* scribturis *P* (i *pr. s. u.*) 8 tuorum *om. B* fortuitu *DP' et m2 B* 10 thensauri *P* (n *s. u.*) thesauri *cet.* ut *PBDP'* et *C* nec *a* non *addidi* 12 et (e *in ras.*) uidebar (r *in ras.*) *P* 14 prudentiae *B* 17 rei ipsius esse *C* 18 sanctoaurium *P* 21 cogitationis *DP'* et non est labor *B* 23 aditum *libri* 24 non *om. DP'* in *om. B* 25 nos *om. B*

qui nescit iustis reposita esse praemia non reficitur a laboribus, sed magis inprudentiae suae labore curuatur et frangitur. E ingrediamur ergo sanctuarium dei, ubi sunt Cherubin, in quibus est recordantia sacrae cognitionis et ueri illius atque aeterni luminis. in illo candelabro imago resplendet, quo possimus intellegere in nouissimo. sanctus etenim in ultimo cognoscit et perfectam sapientiam processu aetatis adipiscitur dicens: notum mihi fac, domine, finem meum et numerum dierum meorum qui est, ut sciam quid desit mihi. qui est finis nisi ille, cum traditur regnum deo patri, F quando reuelantur occulta sapientiae? hunc finem nostri certaminis requirebat propheta cupiens cognoscere quid deesset suae perfectioni; finis enim disciplinae nostrae et studiorum perfectio est.

Haec ergo prima uerae ratio cognitionis, quia fortuito accidant quae in saeculo sunt: secunda illa, quia propter eorum tergiuersationes posuisti eis successus profluos saecularium commodorum et abundantiam diuitiarum, ne causarentur propter inopiam se et acerbitatem alicuius doloris et luctus minus fuisse deuotos atque in culpam latrocinii et direptionis studium necessitate egestatis inpulsos. non enim 669 A ad tranquillitatem uitae usuramque laetitiae diuitiis opimati aut honoribus eleuati sunt, sed ut querella excluderetur, coaceruaretur aerumna. deiciuntur itaque dum eleuantur

5 Exod. 25, 30 6 Sir. 48, 24 (27) 8 Psalm. XXXVIII 5 11 Psalm. L 8 16 Psalm. LXXII 18 24 Psalm. LXXII 18

3 ergo] igitur *DP'* 4 recordatio *BDP'* 5 resplendet *P* (et *ex* it) 7 adipiscetur *P* (e *ex* i) 8 mihi fac dne *P* mihi dne fac *C* fac mihi dne *DP' et* (*qui* domine *post* meum *transponit*) *B* 9 qui *P* quid *C* quis *cet.* 10 qui *PC* quis *cet.* fines *P* 11 sapienae *P* hunc *P* (nc *in ras.*) 13 uestrae *B* 15 ergo *om. B* uera *DP'* cognitiones *P* qui•a *P* (i *eras.*), *om. B* fortuitu *DP'C* 16 in] a *B* 17 tergiuersationes (es *ex* is) posuisti (i *alt. postea add.*) *P* successus *P* (c *pr. ex* b) 18 commotorum *P* (o *alt. ex* u) abundantiam *P* (dan *s. u.*) nec auferentur *B* 19 se *eras. B* acerbitatem *P* (b *ex* u) 22 laetitiae] legitime *DP'* opinati *B* 23 quaerella *P* querela *cet.* 24 coarcerbaretur *PBC* coaceruaretur *D* (u *pr. ex* b) dum] de *B*

huiusmodi uiri. non enim gratia, sed ruina est, ubi nec diuturni usus muneris reseruatur et adimitur excusatio delinquendi. quod enim grauioris pondus querellae quam illud diuinum quod habes in Michaeae libro prophetae: popule męus, quid feci tibi aut in quo contristaui te aut B quid molestus tibi fui? rȩsponde mihi. nonne eduxi te de terra Aegypti et de domo seruitutis liberaui te? ecce quomodo deiciuntur impii, dum adleuantur, querella eorum excluditur, poena aceruatur. caelestibus enim beneficiis inuitati deserere non debuerunt uitae securitatis et prosperitatis datorem, cui magis debuerant obtemperare. sed sicut iustitia dei magna ita etiam seuera uindicta. quando enim impius perseuerare consueuit, de quo et alibi habes scriptum: C uidi impium superexaltatum et eleuatum super caedros Libani et transiui, et ecce non erat: et quaesiui eum, et non est inuentus locus eius? incredibilis celeritas extinctionis eius. uides subito impium in hoc saeculo potentem: dum tu transis, ille iam non est. quanta est enim umbra in terra, quam non diuturna! transpone uestigium, et umbra praeteriit. aut si hic aliquid mouet, ad ea quae futura sunt attolle mentis uestigium et inuenies illic impium non futurum, quem hic esse credebas; non D enim est qui nihil est. denique dominus eos cognouit qui sunt ipsius; qui autem non sunt eos non agnoscit, quia ipsi eum qui est non agnouerunt.

4 Mich. 6, 3 sq. 14 Psalm. XXXVI 35 sq. 23 II Tim. 2, 19

1 enim uiri gratia *B* 3 querellae *P* querelae *cet.* illū *B* 4 ëẍ popule *P* (le *ex* lae) 5 constraui *B* 6 fui tibi *P'C* 7 seruitutes *P* 8 querella *P* querela *cet.* 9 aceruatur *DP'* acerbatur *cet.* cęlestibus *P* (i *s. u.*) 10 securitatis et *Erasmus* securitatis sed *DP'* setutilitatis sed *P* utilitatis et *BC* 11 obtemptare *B* 13 alibi *P* (a *s. u.*) 14 super} sicut *B* 17 inecredibilis *P* (e *pr. del.*) 19 enim est *B*, est *om. P'* non *om. DP'C* diu*turna *P* (r *eras.*) 20 moụet *ed. Rom.* mouent *PBD* mouerit *P'* maneant *C* 22 credebas *P* (e *pr. s. u.*) 23 denique *P* (i *ex* e) 25 eum *P* (u *in ras.*)

23 De ipsis ergo et hic dicit: defecerunt et perierunt E
propter iniquitatem suam uelut somnium exurgentis, id est: ita deficiunt et euanescunt impii, sicut
somnium exurgentis e somno primum, quia in tenebris sunt
et in tenebris ambulauerunt nec residet aliquod eorum boni
operis uestigium, sed similes eorum qui somnium uident. qui
autem somniat in nocte somniat, nox autem in tenebris. filii
tenebrarum sunt priuati sole iustitiae et splendore uirtutis, F
dormientes semper et non uigilantes, de quibus bene dicitur:
dormierunt somnum suum et nihil inuenerunt. etenim
cum animae eorum a corpore <sint> separatae, tamquam
resoluti a corporis somno nihil inuenient, nihil tenebunt et
quod tenere se arbitrabantur amittent, quoniam stultus et
insipiens cum diuitiis exundauerit, relinquet alienis diuitias
suas neque simul ad inferna descendet cum eo gloria domus
24 eius. sequentia quoque demonstrant quomodo ipsius non inueniatur imago, sed intereat, quoniam imago eius in ciuitate
domini illa superiore Hierusalem non inuenitur. dominus enim
pinxit nos ad imaginem et similitudinem suam, sicut ipse
docet dicens: ecce ego, Hierusalem, pinxi muros
tuos. si bene egerimus, manet in nobis ista imago caelestis; 670 A
si male quis agit, deletur in illo haec imago, illius utique
qui descendit e caelo, et est in eo imago terreni. unde et
apostolus dicit: sicut portauimus imaginem illius

1 Psalm. LXXII 19 sq. 5 Psalm. LXXXI 5 8 Malach. 4, 2 10 Psalm. LXXV 6 15 Psalm. XXXXVIII 18 16 Psalm. LXXII 20 20 Esai. 49, 16 24 I Cor. 15, 49

4 e] a *B* 5 residet *P* (e *alt. ex* i) resedit *DP'* aliquod *P* (o *ex* i) 6 similes *C* similis *cet.* 8 tenebrarum *P* (ene *s. u.*) 10 somnium *PD* 11 sint *addidi* 12 nihil *alt.*] nil *DP'C* 13 se tenere *DP'* 14 exundauerit *C* exundauerint *P* (ri *s. u.*) *cet.* relinquet *C* relinquent *cet.* 15 eo *PBC* eis *P'*, *om. D* (*in quo* eum *pro* cum) 16 eius *PBC* eorum (*om.* domus) *DP'* demonstrant *P* (s *s. u.*) ipsius] impius *ed. Rom.* 17 imago *B*, *om. cet.* inueniantur, sed intereant *DP'* 18 hierusale *P* 20 dicens *P* (i *ex* o) hierusale *P* (a *s. u.*) murus *P* 22 et si *DP'* qui *B* 24 imaginem *om. B*

terreni, portemus et imaginem huius caelestis. bonorum ergo imagines perseuerant et in illa dei ciuitate resplendent. si quis autem ad grauiora peccata deflexerit nec egerit paenitentiam, imago eius aboletur uel eicitur, sicut Adam de paradiso eiectus est et exclusus. quicumque autem pie honesteque se gesserit intrat in ciuitatem dei et infert imaginem suam, ut in illa dei fulgeat ciuitate. domine, in ciuitate tua imagines ipsorum ad nihilum rediges, quia isti in lumine fulgere non possunt qui tenebrosis se operibus induerunt. exemplum arcessamus de saeculo. uide quemadmodum in ciuitatibus bonorum principum imagines perseuerent, deleantur imagines tyrannorum.

9, 25 Haec ergo considerans animoque intendens sanctus propheta delectatus est, qui fuerat ante turbatus. unde ait ipse: quia delectatum est cor meum et renes mei resoluti sunt. et ego ad nihilum redactus sum et nesciui et uelut iumentum factus sum apud te. et ego semper tecum. 'cum cognouissem' inquit 'quia deus humana curat et respicit, requieuerunt renes mei,' hoc est: ex maxima fatigatione ueteris inprudentiae requieui *per* agnitionem boni caelestis et gratiae. sunt etiam quidam renes animae, qui uexantur in nobis per ignorantiae laborem: hi resoluuntur ad requiescendum caelestis agnitione doctrinae et quasi fulcro quodam caelestium praeceptorum subnixi fouentur. 'tunc' inquit 'intellexi quia uane fatigabar, quoniam id quod
26 uerum est nesciebam.' et uelut iumentum factus sum.

6 Apoc. 3, 12 7 Psalm. LXXII 20 14 Psalm. LXXII 21—23

3 autem *om.* *B* 6 se *om.* *DP'* 8 imaginis *P* redigis *P* 9 tenebris *B* 10 accersemus *DP'* accersiamus *C* 12 imaginis *P* 15 meum *P* (u *s. u.*) 15 *et* 19 renis *P* 18 cognouissem *P* (s *pr. s. u.*) 19 humana *P* (na *s. u.*) 21 etiam] enim *Costerius* renes *P* (e *alt. ex* i) 22 hi *B* hii *cet.* 23 requiescendum *P* (d *ex* t) 24 fulchro *C* pulchro *P* (r *s. u.*) *cet.* *post* quodam *in DP' spatium est 6 litt.* quodam fulcro *a et liber bybliothecae canonicorum s. Ambrosii* 25 faticabar *P* patiebar *DP'* 26 est *om.* *DP'* factus *P* (s *in ras.*)

pulchre addidit apud te; comparatione enim caelestium
homo quid est nisi iumentum inrationabile? nam et stellae,
cum sint lucidae, uanescunt solis exortu. et Moyses ait: non
sum idoneus ab hesterno die, ex quo coepisti
loqui cum seruo tuo. et tenui inquit uoce et tardi- F
locus sum. ita ergo et homo, non dicam Christi, sed
angelorum comparatione mutum uidetur esse iumentum. sed
tamen nemo desperet, quia homines et iumenta saluos facit
dominus. et ideo quia non ex me, sed ex te didici, tibi
adhaerebo semper, ut desinam esse iumentum, et dicas mihi:
tu autem hic sta mecum. circumfusus enim dei gratia
incipit homo esse qui per imprudentiam praetendebat insensi-
bilitatem et inscientiam bestialem; homo enim eo probatur,
si capax sit rationis et gratiae, itaque a mutis animalibus
separatum esse se gaudet et in hominum adscitum esse
consortia, quae deus uisitat et tuetur. quid est enim homo
nisi quia eius memor est dominus aut quia a domino uisitatur?

27 Unde quasi uisitatus ab eo dicit: tenuisti manum 671 AB
dexteram meam et in uoluntate tua deduxisti me
et cum gloria adsumpsisti me. sic accepimus et
secundum Graecum sic conuenit. dixit enim Graecus: ἐκράτησας
τῆς χειρός, id est tenuisti manum, τῆς δεξιᾶς μου dexteram
meam. bene dirigitur cuius dexteram deus manu sua tenet.
potest dicere: dominus a dextris meis, ne commouear.
Adam si a dextris suis dominum habere uoluisset, non esset

3 Exod. 4, 10 8 Psalm. XXXV 8 11 Deut. 5, 31 16 Psalm. VIII 5 18 Psalm. LXXII 23 sq. 24 Psalm. XV 8

1 addidit *P* (d *tert. ex* t) 2 et (*in ras.*) *P*, *om. DP'* 3 soles *P* 4 idoneus *P* (o *ex* e) 5 uoce *B* uocem *cet.* tardiloquus *ed. Rom.* (tardilocus *scripsi*) tardilocutus *PB* tarde locutus *cet.* 6 ego *P* 8 desperet *DP'* desperat *cet.* homines *P* (e *ex* i) fecit *C* 9 deus *DP'* qui non *DP'* 15 *alt.* esse *om. B* 16 enim est *D* (enim *s. u.*) *P'* 20 suscepisti *B* accipimus *DP'* 21 ЄkpaTHCaTTHCXIpOC *libri*, *corr. Erasmus* 22 id ... manum *om. C* THOΔЄξICMOY *PB et magis corrupta C* THO *et deinde spatium 10 fere litt. D*, *om. haec et uerba* dexteram meam *spatio relicto P'*, *corr. Gelenius* 25 suis *om. B* habere *om. DP'*

a serpente deceptus. sed quia oblitus est mandatum dei et
uoluntatem serpentis impleuit, manum eius diabolus tenuit C
et ad lignum scientiae mali et boni fecit extendi, ut interdicta
decerperet. praeiudicatum est in illo omnibus et coepit
uniuersis aduersarius ad dexteram stare. unde et illa in Iudan
maledicti forma processit: et diabolus stet a dextris
eius. si illud maledictum graue, maxima est ista benedictio,
qua maledictionis durae uincla laxantur. ideo dominus Iesus
ad dexteram sibi diabolum statuit, sicut in Zacchariae legimus
libro; hominis enim causam locumque susceperat. ibi ergo D
stetit, ubi Adae stabat hereditas. quasi bonus athleta permisit
eum ad dexteram sibi stare, ut eum retrorsum repelleret
dicens: uade retro, Satanas. itaque aduersarius loco
deiectus recessit; tibi autem ne diabolus staret a dextris,
ait: ueni, sequere me. praeuidens igitur Dauid aduentum
domini, qui nos a potestate aduersarii liberaturus descendit e
caelo, ait: dominus a dextris mihi, ne commouear.
cui autem a dextris erat diabolus mouebatur. merito ergo et E
hic ait: tenuisti manum dexteram meam, id est: ut
iam peccare non possim, ut ille lubrico ante fluctuabundus
uestigio fida possim statione consistere. quam bene hoc
apostolus dixit, quando turbatum eum dominus uidit et
extendens suam dexteram titubare non passus est atque
intrepido firmauit incessu. liberatus itaque Petrus quid aliud
est locutus nisi hos propheticos uersus: tenuisti manum

6 Psalm. CVIII 6 9 Zach. 3, 1 13 Matth. 4, 10 15 Matth. 19, 21 20 Matth. 14, 30 sq.

2 et manum *DP'* 3 boni (bonū *B*) et mali *BC, fort. recte* 5 ad dexteram *om. DP'* iudam *BDP'C* 6 furma *P* 8 qua *DP', om. cet.* uingla *P* 9 diabolum *P* (o *ex* u) zachariae *BDP'C* libro legimus *BDP'C* 11 stabat] stetit *B* athleta *P* (e *postea add.*) 12 eum *pr. post* sibi *transponit P'* sibi *om. B* 14 a] ad *P* 16 discendit *P* 17 dextris est *DP'* 19 manu *P* est] es *P* 21 fidei *DP'* hic *DP'* apostolus hoc *B* 22 apostolus *P* (o *alt. ex* u) quantum *B* eum turbatum *DP'* uidit dominus *DP'* 23 manum (*s.* dexteram) suam *D* manum dexteram suam *P'* 24 intrepito *P* aliut *P* 25 nisi *P* (ni *s. u.*) propheticos hos *B* manu *B*

d e x t e r a m m e a m, e t i n u o l u n t a t e t u a d e d u x i s t i m e
e t c u m g l o r i a a d s u m p s i s t i m e? quae est dextera nisi F
actuosa animae uirtus? quae si uoluntate domini dirigatur, nihil aliud desiderat, nil requirit, nullas mundi huius opes, nulla adiumenta deposcit.

8 Ideo dicit sanctus: q u i d e n i m m i h i r e s t a t i n c a e l o?
e t a t e q u i d u o l u i s u p e r t e r r a m? id est: tu portio 672 A
mea es, abundas mihi ad omnia, nihil quaesiui aliud nisi ut te partem haberem, nulli me caelesti, ut gentiles faciunt, subdidi creaturae, nullas saeculi huius diuitias et uoluptatum inlecebras concupiui. nullius egeo, qui a te adsumptus sum, nec superest in caelestibus quod amplius quaeram. nihil habens omnia habeo, quia Christum habeo, cui pater altissimus n o n p e p e r c i t, s e d p r o n o b i s o m n i b u s t r a d i d i t e u m; q u o m o d o e r g o n o n c u m i l l o o m n i a n o b i s
d o n a u i t? sicut apostolus dixit; omnia enim in Christo, B
per quem omnia et in quo constant omnia. omnia ergo in *illo* habens aliam non quaero mercedem, quia ipse merces est uniuersorum. ideoque perfecto dixit: t o l l e c r u c e m t u a m e t s e q u e r e m e. qui illum sequitur non praemio ducitur ad perfectionem, sed perfectione consummatur ad praemium. imitatores enim Christi non propter spem boni sunt, sed pro amore uirtutis; Christus enim per naturam bonus, non propter
praemii cupiditatem. ideo passus est, quia eum benefacere C
delectauit, non quia incrementum gloriae ex sua passione

6 Psalm. LXXII 25 14 Rom. 8, 31 sq. 16 Coloss. 1, 16 sq. 19 Marc. 8, 34

1 me *P* (e *s. u.*) 2 suscepisti *DP'* nisi *P* (si *s. u.*) 3 actuosa *P* (u *ex* o) domini uoluntate *DP'* 4 quaerit *DP'* 6 enim *P* (i *s. u.*) mihi *om. B* 9 haberem partem *B* scelesti *D* *et* (s *pr. eras.*) *P'* gentiles *P* (e *alt. ex* i) 10 subdidi *P* (d *alt. ex* t) huius *om. P* 11 nullius (u *alt. s. u.*) •egeo *P* 15 eum] illum *DP'* 16 donabit *P* dixit *PD* dicit *P'* ait *BC* 17 quo stant *DP'* 18 quia *P* (a *s. u.*) 19 perfecte *DP'* 21 perfectionem *alt. P* (m *eras.*) 22 imitatores *P* (i *alt. s. u.*, e *ex* i) 24 benefacere *P* (bene *s. u.*) benefacere eum *DP'*

quaerebat. ideo qui illum imitari cupit non quod sibi, sed quod aliis prosit operatur. unde non inmerito deficit sibi, aliis
29 autem uirtutis incremento ualescit. et conuenienter dicit: defecit cor meum et caro mea, deus cordis mei. neque enim possunt perpetua succedere, nisi terrena defecerint. deficit ergo caro, quando mortificantur quae sunt carnalia, deficiunt et illi qui mortificationem Iesu Christi in sua carne D circumferunt; mors enim Christi in illis operatur, ut omnis errorum moriatur inlecebra. unde colligitur quia et cor hominis deficit, quando mortificantur cogitationes malae, quae de corde procedunt, ut terrena omnia abscondat obliuio et fiat deus cordis eorum qui beati mundo corde deum uidere mereantur, ut adpropinquent tibi et non se segregent. deus enim adpropians, non repulsor adpropinquantium est; omnibus E enim uult salutis causa esse, non mortis. denique neminem repellit nisi qui se ab eius conspectu putauerit sequestrandum.
30 quoniam ecce inquit qui elongant se a te peribunt. unusquisque enim operibus suis pietati tuae sese aut iungit aut separat; fugit enim deum qui operatur ea quorum cognitione metuat deprehendi, sicut ille qui tectus parietibus et circumfusus tenebris a domino deo sese existimat non uideri, uidetur autem, cum dicitur: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. sicut enim mulier quae fornicatur non adhaeret uiro nec una caro cum uiro suo nec unus spiritus est, sed diuidit sese ac separat fornicando, ita quaecumque anima non adhaeret deo, sed uanis idolorum cultibus inseruiens fornicatur diuidit se sacrilegii scaeuitate et longe fit a domino,

4 Psalm. LXXII 26 7 II Cor. 4, 10 12 Matth. 5, 8 13 Iacobus 4, 8 17 Psalm. LXXII 27 20 Sir. 23, 18 (26) 22 Psalm. LXXII 27 24 I Cor. 6, 15 sq.

9 error *B* 10 cogitationes *P* (e *ex* i) 11 de *s. u. P* 12 mundi *BC* 13 segregentur *DP'* (*om.* se) 14 appropiantium *DP'* adpropinquantum *B* 15 causa non mortis esse *B* 18 suae *B* 19 cognitione *B* cognitionem *P* (e *in ras.*) *C* cogitationes *DP'* 20 sicut *P* (t *s. u.*) 21 non existimat *B* 22 omnē qui fornicatur *B* 24 cum uiro suo *om. B* 27 sacrificii *B* scaeuitate *P* obscenitate *B* (ob *s. u. m2*) scenitate *cet.*

quae prope esse deberet; perit autem qui separatur a domino.
1 unde sanctus, qui dei iudicium reformidat, semper adhaerere
uult Christo et in eo spem suam ponere, ut laudet dominum,
cui est honor, gloria, perpetuitas a saeculis et nunc et
semper et in omnia saecula saeculorum. amen.

<IIII.> (II.)

DE INTERPELLATIONE DAUID.

1 Multi quidem deplorauerunt infirmitatem fragilitatis humanae, 637 DE
excellentius tamen ceteris sanctus Iob et sanctus Dauid. ille
superior directus uehemens acer et quasi grauibus exasperatus
doloribus maiore coturno: hic blandus et placidus atque man-
suetus, mitiore affectu, ut uere quem imitandum sibi proposuit
cerui imitaretur affectum. nec te moueat, si tantum prophetam
ferae similitudine uidear praedicare, cum legeris ad apostolos F
dictum: estote astuti sicut serpentes, simplices
2 sicut columbae. sed tamen quamuis istiusmodi similitudines
piis adstruantur exemplis sitque innocens et mitis natura
ceruorum, illum ceruum ad imitationem prophetae propositum
hoc loco arbitror, de quo Solomon paternae mentis adsertor
in Prouerbiis dixit: ceruus amicitiae et pullus gratia-
rum confabuletur tibi. uerus enim dei filius in semet

2 Psalm. LXXII 28 13 Psalm. XXXXI 2 15 Matth. 10, 16 20 Prouerb. 5, 19

2 semper reformidat semper *B* 4 et gloria *B* 5 se.culorum *P* EXPLICIT TRACTUS (TRACTATUS *C*) SCI AMBROSI DE INTERPELLATIONE SCORUM ET DAUID (i *ex* u *P*). INCIPIT TRACTATUS EIUSDEM DE APOLOGIA PROFETAE DAUID AD THEODOSIUM AUGUSTUM *PC* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII DE INTERPELLATIONE SCORUM IOB ET DAUID. INCIPIT DE INTERPELLATIONE DAUID ET IOB *DP'* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII EPI DE INTERPELLATIONE IOB ET DAUID. INCIPIT EIUSDEM DE TOBIA *B* 9 excelentius *P* 10 et acer *B* grauidus (*in mg. m2* grauibus) *B* 11 placitus *DP'* 12 mitiori *DP'C* 14 uidear similitudine *DP'* 15 et simplices *DP'* 18 propositum *P* (po *s. u.*) 19 solomon *P* salomon *cet.* mentes *P*

ipso naturam, quam animantibus ipse donauit, expressit, qui in hunc mundum tamquam ceruus aduenit et cum iis se mira simplicitate iungebat a quibus ei parabantur insidiae. fertur enim huiusmodi ceruorum esse simplicitas, ut cum se exagitari uiderint, iis sese equitibus adnectant, qui ministeri fraudis adpositi specie fugae ac simulatione societatis inducto ad retia usque deducant. ita ergo dominus tamquam ignaru periculi atque inprouidus Iudaeis dolum sibi struentibu admiscebatur et societatem sibi Iudae proditoris adsciuit. cuius simulatione funesta usque ad crucis laqueos et retia passionis accessit. unde conuersus ad eum dixit: Iuda, osculo filium hominis tradis? et hoc quidem modo uenit ad synagogae retia uolensque se induit, sed non implicatus est
3 nec instrictus, qui omnes resoluit. denique eminebat super retia. et quia sui eum non susceperant, uocabat ecclesiam et ei suam gratiam conferebat, sicut ipsa sacrosancta ecclesia in Canticis protestatur dicens: adiuraui uos, filiae Hierusalem, in uirtutibus et fortitudinibus agri, si suscitaueritis et resuscitaueritis caritatem usquequo uoluerit. petit ergo in odore agri, quem olebat sanctus Iacob, id est illa fide, illa deuotione excitari sponsum suum a filiabus Hierusalem, ut festinet ad sponsam, et excitari in se eius caritatem aut etiam ipsum excitari, quia caritas sponsus est. deus enim caritas est, sicut dixit Iohannes. sed ille non passus se ab aliis excitari, qui sponte properabat,

9 Matth. 10, 4 11 Luc. 22, 48 13 et 14 Cant. 2, 9 17 Cant. 2, 7 20 Gen. 27, 27 24 I Ioh. 4, 16

1 qui (*s. u.* cum) *D* cum *P'* 6 fraudes *P* societates inductos (os *ex* us) *P* 9 iudae proditoris sibi *B* 10 passionis retia peruenit *B* 11 oscolo *P* 12 uenit *om.* *B* 13 uolens se inducit *B* induxit *C* implicitus *BDP'C* 14 instrictus *B* instructus *cet.* 16 suam ei *B* sancta *B* 18 agri si *DP'* agris *P* (s *s. u.*) agri ne *BC* 19 et ne resuscitaueritis *B*, et resuscitaueritis *om.* *C* 21 iob *DP'* sponsam suam *B* 22 sponsam *ed. Rom.* sponsum *P* (s *pr. s. u.*) *cet.* exitari *P* eius in se *B* 25 est passus *B* se *om.* *B*, est *P'* aliis] eis *B* quia *B*, *fort. recte*

egressus de thalamo suo exultabat ut gigans ad currendam uiam. uidit eum sponsa et uocem uenientis audiuit subitoque 639 A conuersa ait: ecce hic aduenit saliens super montes, transiliens super colles; maiores enim salit, minores transilit, ne piae festinationis inpedimenta patiatur. similis inquit est consobrinus meus capreolae aut inulo ceruorum super montes Bethel. bonus ceruus, cuius mons domus est dei, in quam tanta celeritate currebat, ut sponsae uota et desideria praeueniret. denique quem de longinquo uenientem uiderat, repente sibi adesse cognouit, unde B et ait: ecce hic post parietem nostrum, prospiciens per fenestras, eminens per retia. respondit consobrinus meus et dixit mihi: exurge, ueni, proxima mea, formonsa mea, columba mea, quia ecce hiems praeteriit, imber abiit: discessit sibi; flores uisi sunt in terra. hiems synagoga est, imber populus Iudaeorum, qui solem uidere non potuit, flores apostoli sunt. et addidit: messis incisionis aduenit, uox turturis audita est in terra nostra. messis illa ecclesiae fides est, uox turturis pudicitia est.

4 Nec his solis .... sed etiam cerui similitudinem suscepit C Christus, quia ueniens in terras serpentem illum diabolum sine ulla sui offensione protriuit, cui calcaneum suum obtulit, sed eius uenena non sensit. unde dictum est ei: super aspidem et basiliscum ambulabis. simus ergo et nos

1 Psalm. XVIII 6 3 Cant. 2, 8 5 Cant. 2, 9 8 Gen. 28, 17 11 Cant. 2, 9—12 18 Cant. 2, 12 23 Ioh. 13, 18 Gen. 3, 15 24 Psalm. LXXXX 13

1 egressus *P* (e *alt. s. u.*) suo *om. B* exultauit *B* gigans *P* gigas *cet.* 4 super *om. B* maiores *P* (e *ex* i) 6 est inquit *B* aut inulo *P* aut hinnulo *DP'C* hinuloque *B* 7 bether *P* 8 est domus *B* et (*eras.*) in *P* 9 uota sponsae *DP'* 11 hic est post *B* prospiciens *P* (s *pr. s. u.*) 14 formonsa *P* formosa *cet.* 15 praeteriit imber *in ras. P* apparuerunt (*s.* ł uisi sunt) *D* 16 est *P* (s *s. u.*) 17 flores *P* (e *ex* i) 21 *lacunam indicaui, quamquam fort.* etiam <eo> *sufficit;* contentus *post* solis *add. in mg. m2 B* suscepit *DP'* suscipit *cet.* 23 sui *om. DP'*

cerui, ut super serpentes ambulare possimus. erimus cerui, si uocem Christi sequamur, quae praeparat ceruos et facit morsus serpentium non timere ac si qui forte fuerint uulnerati, aufert eorum dolorem soluendo delictum de his ceruis dicit dominus ad Iob: custodisti partus ceruorum? numerasti autem menses eorum plenos partus, partus autem eorum soluisti uel enutristi filios eorum, ut non timeant? audi quomodo non timeant filii ceruorum talium. doceat te Esaias dicens: et puer paruulus mittet manum in cauernam aspidum, et non illi nocebunt. et ut agnoscas quod ecclesiae filios significare uidetur addidit: partus autem eorum emittes? dirumpent filii eorum et multiplicabuntur in generatione. exibunt et non reuertentur retro. nemo enim mittens manum in
5 aratrum et aspiciens retro habilis est regno dei. merito ergo ceruus factus est dominus, ut tales sibi ceruos uox domini praepararet, de quibus ait: in nomine meo daemonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent et si mortiferum quid biberint, non illis nocebit. tollebant enim serpentes, cum spiritu oris sui sancti apostoli de latebris corporum eruerent nequitias spiritalis, nec uenena mortifera sentiebant. denique cum exiliens de sarmentis Paulum uipera momordisset, uidentes barbari pendentem uiperam de manu eius, putabant repente moriturum. at ille

5 Iob 39, 1—3 9 Esai. 11, 8 sq. 12 Iob 39, 3 sq. 14 Luc. 9, 62 17 Marc. 16, 17 sq. 21 Ephes. 6, 12 22 Act. 28, 3—6

1 possemus *P* 2 sequamur et quae nos *B* 3 at *B* (*in mg. m2* ał ac) 4 delictum *ex* dilectum *P* 7 enutri *B* (*in mg. m2* ał enutristi) 9 esęias *P* 10 manum suam *P'C* non illi *C* non illis *PBD* illi non *P'*; *sed fort.* illis *utpote ex* illis *u. 19 ortum delendum est; cf. LXX* 11 uideretur *B* 12 disrumpent *P'* dirrumpent *B* 14 manum suam *P'* in] ad *BC* 15 aspiciens *P* (n *s. u.*) respiciens *DP'* 16 talem *P* (s *s.* m) dominus (*om.* uox) *B* 17 praepararet *P* (ra *s. u. m2*) 18 eicient *P* (e *alt. ex* u *m2*) 19 biberint (*ex* beberent) *P* illis] eis *B* 20 sui• *P* 21 eruerunt *P* euterent *B* (*in mg. m2* ał eruerent) spiritales *P* (es *ex* is) *cet.* 24 ad *P*

stabat intrepidus nec uulnere mouebatur nec ueneno infundebatur. unde uidentes eum non tamquam hominis condicione genitum, sed tamquam dei gratia editum supra homines esse arbitrabantur. uide ceruum uiperas de latebris eruentem spiritu diuino, qui erat in naribus eius, sicut dixit 640 A Iob. conuersus inquit Paulus in spiritu et respiciens cum dolore ad pythonem ait: praecipio tibi in nomine domini Iesu Christi continuo exire ab ea. et exiuit eadem hora. uide ceruum quando uenit ad baptismum et sacri fontis ablutus inriguo omnia persecutionis uenena reiecit. uide ceruum dominum Iesum, quando uenit ad Iohannem Baptistam et dicenti sibi Iohanni: ego a te debeo baptizari, et tu uenis ad me? respondit: sine modo. et hoc dicto in aquas salutem sitiens publicam tota B auiditate descendit. sed iam satis nobis in exordio tractatus sicut in principio anni more uulgi ceruus adlusit. pergamus ad cetera.

6 *Interpellat*, ut dixi, Dauid dicens ad dominum: sicut C ceruus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te, deus. sitiuit anima mea ad deum D uiuum. quando ueniam et parebo ante faciem dei? aestuat sanctus nec sese capit — maior est enim animi magnificentia quam cuiuslibet corporis magnitudo — et securus meriti de terris ad caelestia euolare desiderat, sicut et alibi

5 Iob 27, 3 6 Act. 16, 18 9 Psalm. XXXXI 2 12 Matth. 3, 14 sq. 16 cf. Ducange Gloss. med. et inf. lat. s. u. ceruula T. I p. 277 (ed. Favre) 18 Psalm. XXXXI 2 sq.

1 intrepitus *P* 4 uiperā *B* 6 dn̄s ad iob *B* 7 ad pytonem (phytonem *C*) ait *PC* ait ad phitonem *B* ad phytonem *DP'* 8 domini *om. DP'*, domini nostri *B* xp̄i ih̄u *P* ea *ed. Paris. a. 1569* eo *libri* uenientem (*om.* quando) *B* 10 fontes *P* fontis unda *DP'* in regno *DP'* 11 uenit *post* Baptistam *transponit D* 12 dicente *P* (te *ex* ti *m2*) *C* iohanne *B* 13 uenis *P* (u *s. u.*) 14 dicto] moto *D* modo (*ex* t) *P'* puplicam *P* 17 ad *B* (*in mg. m2*) *DP'*, *om. PC* diximus *DP'* 21 apparebo *BP'* ant faciem *P* 22 animi•• (*eras.*, *om.* est enim) *B*

dicit ipse: quis dabit mihi pinnas sicut columbae: et uolabo et requiescam. hic enim laquei, quibus etsi non inplicatur iustus, tamen inpeditur: hic dolores et sollicitudines, illic laetitia, ubi gratia: hic postremo corporis uincula, quae Paulus soluere gestiebat, ut omnibus exutus inpedimentis domino liber adsisteret. hoc ergo sitiebat anima Dauid, ut iam non per fidem, sed faciem ad faciem deum uideret, nec solum peregrinaretur a corpore, sed corpore solueretur; dissolui enim et cum Christo esse multo melius, quia iusto mori est lucrum. et grande quidem lucrum carere peccato, delictorum inlecebris non moueri. quis enim mundus ab sorde, quando nec unius diei uita hominis in terra caret delictorum contagione? uiuendo ergo innocentiae damna contrahimus, morte finem erroris adipiscimur. lucrum ergo morte adquiritur, uitae autem usu tamquam miseris debitoribus usurarii nominis ad reatum faenus augetur. et bene sitit anima, quae festinat ad fontem, non aquae istius, sed uitae aeternae, de quo supra dixit: quoniam apud te fons uitae et in lumine tuo uidebimus lumen. merito ergo Dauid properabat peruenire et apparere ante faciem dei, cuius uultus lumen est, quia omnes quos dominus spectat inluminat.

7 Fuerunt inquit mihi lacrimae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie: ubi est deus tuus? ibi bene lacrimae panes sunt, ubi esuritur iustitia. beati

1 Psalm. LIIII 7 5 Philipp. 1, 23 7 I Cor. 13, 12 9 Philipp. 1, 23 10 Philipp. 1, 21 12 Iob 14, 4 sq. 18 Psalm. XXXV 10 21 Psalm. IIII 7 Ioh. 1, 9 23 Psalm. XXXXI 4 25 Matth. 5, 6

1 pinnas *P* pennas *cet.* 2 enim sunt laquei *B* 4 ubi] ibi *B* 5 uingula *P* 6 inpedimentis *P* (p *ex* m) 7 faciem *pr. P* facie *cet.* 9 solueretur *B* resolueretur *P* (1 *s. u.*) *cet.* disolui *P* esse cum xpo *DP'* multo *P* (o *ex* um) 10 iusto *P* (o *ex* u) 11 dilictorum *P* 12 ab *P* a *cet.* 13 delictorum (*ex* dilectorum) contagionem (m *del.*) *P* contrahimus damna innocentiae *B* 18 te est *BDP'* 20 uenire *D* 21 spectat *ed. Paris. a. 1569* expectat *libri* 23 mihi *om. B* 25 pa[illegible] *P* (e *ex* i)

enim qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam
ipsi saturabuntur. sunt igitur lacrimae quae panes sunt
et confirmant cor hominis. cui disputationi etiam illud
Ecclesiasticum conuenit dictum: mitte panem tuum ante
faciem aquae, quia ibi panis caelestis, ubi aqua gratiae, B
quoniam recte accipiunt substantiam uerbi et mysticae
rationis alimentum quibus flumina aquae uiuae de uentre
labuntur. similiter quoque ibi panis hic uiuus, ubi aqua
lacrimarum et fletus est paenitentiae. sic enim scriptum est:
in fletu exierunt, et in consolatione reuocabo eos.
beati ergo quorum lacrimae panes, qui ridere meruerunt, quia
8 beati qui fletis. horum memor inquit effudi super me
animam meam. sanctus colligit ab his quae foris sunt et
supra se effundit animam suam, ut anima supra corpus effusa C
infirmitatem carnis abscondat, tegat corporis adpetentiam et
uirtus ubique animae mentisque praetendat. unde et in posterioribus dicit: effundam in conspectu eius orationem
meam. ubi effunditur oratio, ibi tecta peccata sunt. quorum
autem memorem se dicit? eorum utique quae desiderabat, ut
ueniret et appareret in conspectu dei, ut eius aulam illam
uideret aeternam, in qua spatiabatur animo et praesumpto
9 delectabatur ingressu. quoniam ingrediar inquit in locum D
tabernaculi admirabilis usque ad domum dei in
uoce exultationis et confessionis sonitus epulantis.

3 Psalm. CIII 15 (16) 4 Eccl. 11, 1 7 Ioh. 7, 38 8 Ioh. 6, 51 10 Hier. 38 (31), 9 11 Luc. 6, 21 12 Psalm. XXXXI 5 17 Psalm. CXXXXI 3 (2) 18 Psalm. XXXI 1 Rom. 4, 7 22 Psalm. XXXXI 5

5 ubi *P* (ibi *m2*) *B* panis *P* (i *ex* e) ibi *B* 6 misticae *PBDC* 8 hic panis ibi *B* 11 panes lacrimae *B* redire *PC et* (*in mg. m2* al ridere) *B* 13 collegit *DP'C* 14 effudit *DP'* 15 corporis *PBC* corpus *DP'* adpetentiam *scripsi* ad pęnitentiam *PBC* per pęnitentiam *DP'* 16 uirtus (*in mg. m2* al uirtutē) *B* uirtutes *DP'* mentisque *P* (i *ex* e) mentesque *D* 17 eius] tuo (*om.* meam) *DP'* 18 tecta *om. B* (*add. in mg. m2*) 20 ueniret *P* (et *ex* it) uenirent *B* conspectu *P* (u *ex* o) 21 uideret *P* (e *alt. ex* i) uiderent *B* 24 sonitus *P* sonus *cet.*

non inmerito flebat, quoniam uersaretur in terris, cui caelestia tabernacula deberentur et quem aulae potentis expectaret introitus. denique illam solam omnibus regni sui opibus praeferebat, sicut ipse testificatus est alibi dicens: unam petiui a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnes dies uitae meae et ut uideam delectationem domini. delectatio domini in ecclesia est. ecclesia est imago caelestium; etenim postquam umbra praeteriit, imago successit. umbra synagoga est: in umbra lex, in euangelio ueritas. ideo in euangelii lumine ueritatis imago resplendet. flebat igitur propheta quia differebantur plena gratia bona et referta laetitiae.

3, 10 Denique et in posterioribus dicit: heu me quod incolatus
meus prolongatus est! et ideo interpellabat dominum,
quia ad meliora properabat. in ipsis tamen adflictationibus
saeculi magna erat consolatio praesentium, spes futurorum.
quis enim non erigeret animum, qui posset sperare in taber-
naculo caelesti beata illa sibi consortia reseruari? sed quia
infirmae condicioni plerumque futura taedio sunt, praesentia
uexationi, ideo et sancti prophetae insurgentibus corporis
11 fluctibus anima turbabatur. nolo enim mireris si propheta
animam suam dicit esse exagitatam, cum dixerit ipse dominus
Iesus: nunc anima mea turbata est. qui enim suscepit
nostras infirmitates nostrum quoque suscepit affectum, in quo

4 Psalm. XXVI 4 — 8 Hebr. 10, 1 Col. 2. 17 — 13 Psalm. CXVIIII 5 — 23 Ioh. 12, 27

1 quoniam] quomodo *DP'* uersaretur *P* (re *s. u.*) 3 sui *om. D* opibus *B* operibus *cet.* 4 petii *BP'* 6 omnibus diebus *BDP'* 7 uoluntatem (*del. m1 et s. scr.* delectationem) *B* domini] enim *DP'* 9 susçessit *P* (c *s.* ş) sinagoga *PB* 11 resplendet *P* (et *ex* it) refulget *B* defferebantur *P* 12 gratiae *BC* ferta (*in mg. m2 al* referta) *B* laetitia *DP'* 13 quod *PC* quia *cet.* 15 afflictionibus *BP'* 17 animâ *B* possit *PDP'* 18 reseruare *PDP'* 19 praesenti *B* 20 uexationi *P'* (*in ras.*) uexatione *B* ueratiori (*in mg.* uenerationi) *D* 22 suam *om. B* (*in mg m2 al* animam suam) 23 quis *B* (s *eras.*) suscipit *P* (*corr. m2*) *B* 24 infirmitates nostras *B*

et tristis erat usque ad mortem, non propter mortem; mors enim uoluntaria maestitiam habere non potuerat, in qua futura B erat uniuersorum laetitia, uniuersorum refectio. de qua et alibi dixit: et surrexi et uidi, et somnus dulcis mihi factus est. bonus somnus qui fecit non esurire esurientes, non sitire sitientes, quibus sacramentorum dulcedinem praeparauit. quomodo ergo anima eius timore turbata est, qui fecit aliorum animas non timere? tristis ergo usque ad mortem, donec consummaretur gratia. quod probatur ipsius testimonio dicentis de morte sua: baptisma habeo baptizari, et C quomodo angor, usque dum perficiatur? turbatus igitur Dauid lubricis saeculi huius anfractibus dicit: quare tristis es, anima, quare conturbas me? spera in deum, quoniam confitebor illi: salutare uultus mei et deus meus. ergo quando anxii et solliciti sumus, spes nos futurorum expectatione confirmet. uide singula. spera, quoniam confitebor, inquit, non 'confiteor,' sed 'confitebor'; hoc est: tunc melius confitebor, quando reuelata D facie gloriam dei speculatus in eandem imaginem reformabor. subito cum se consolaretur, in se reuersus ait: ad me ipsum anima mea turbata est, id est: qui alios confirmare debeo ipse conturbor, et quia ex me non habeo firmamentum, de auctore sumamus.

4 Propterea inquit memor ero tui, domine, de terra EF Iordanis et Hermonin. memor est de terra Iordanis,

1 Matth. 26, 38 4 Hier. 38, 26 10 Luc. 12, 50 12 Psalm. XXXXI 6 18 II Cor. 3, 18 20 Psalm. XXXXI 7 24 Psalm. XXXXI 7

2 poterat *BDP'* 4 factus est mihi *B* 8 tristis *P* (is *alt. ex* es) 10 dicentis *P* (is *ex* es) pabtisma *P* (*corr. m1*) baptismate *B* 11 usque *om. B* (*in mg. m2* at usque dum) 12 anfractibus saeculi (*om.* huius) *B* dixit *BD* 13 anima mea *BDP'C* et quare *BC* 14 deo quoniam adhuc *B* 15 sumus et sollicīti *B* 16 nos *post* expectatione *transponunt DP'* confirmat *DP'* 19 dni *B* eadem imagine *B* eandem *P* 20 reuersus] rursus *DP'* 21 mea *om. B* (*in mg. m2* at anima mea) 24 domine *om. B* (*in mg. m2* at tui domine) 25 iordanes *P* hermonin *PB* hermoniim (ii *m2 ex* u) *DP'* hermonii *C* iordanis *P* (i *alt. ex* e)

in quo gratia memoriam deuotionis accumulat. in Iordanen
Neman Syrus ille descendit et mundus a lepra factus est. in
Iordane baptizatus est Christus, quando formam lauacri salutaris
instituit. Iordanis nomen descensionem significat, quam de-
scendit dominus Iesus, qui a contagio delictorum uicinos
Iordanis fluminis emundauit. hic fluuius exit de Aegypto et
diuidit terram repromissionis. ergo qui turbatur, si boni
consulit, ex Aegypto exit et sequitur uiam lucis; Hermonin
enim uiam lucernae interpretati sunt. exi ergo prius ex Aegypto,
si uis lumen Christi uidere. exiuit Chananaea a finibus gentium 643 A
et Christum inuenit, cui dicebat: *miserere mei, fili Dauid!*
exiuit ex Aegypto Moyses et propheta factus est et remissus
ad populum, ut de terra adflictionis eorum animas liberaret.
lucerna autem Christi in corpore. haec tibi lucerna uiam
monstrat. unde et sanctus ait: *lucerna pedibus meis
uerbum tuum*, lucerna, quod inluminauerit animas uniuer-
sorum et in tenebris uiam monstrauerit. euangelium uia
lucernae est; in umbra lucet, id est in saeculo. unde et alibi B
habes: *niue dealbabuntur in Selmon*, id est in obum-
15 bratione. Iordanis quoque Christus, qui diuidit terram, quo-
modo diuidat audi: *et tuam ipsius animam pertran-
sibit gladius ad reuelandas multorum cordium
cogitationes*, eo quod sit nostrarum diuisor animarum, qui
in intima cordis secreta descendat et cogitationes mentium

1 Reg. IIII 5, 14 3 Matth. 3, 13 sqq. 4 Philo Legg. alleg. II 22 (83, 1) 6 Philo Legg. alleg. II 15 (77, 7) 8 Philo de migr. Abr. 14 (448, 20) 10 Matth. 15, 22 12 Exod. 2, 15 13 Exod. 3, 17 15 Psalm. CXVIII 105 16 Ioh. 1, 9 19 Psalm. LXVII 15 21 Luc. 2, 35

1 iordanem *DP'C* 2 neman *P* naama *C* naaman *cet.* lebra *P* 4 instituti *P* descensionis *B* quam *P* quia *B* (*in mg. m2* al qua) *DP'* qua *C* 5 qui a] qua *B* 6 aegypto *P* (y *ex* i) 7 bonis *B* (in *mg. m2* al boni) 8 hermonin *PB* hermonum *P'* (*m2* -iim) *DC* 9 enim] etiam *B* lucernae *P* (c *s. u.*) 10 cananea *PB* 12 exiuit ergo moyses ex aegipto *B* 13 eorum animas] populum *B* (*in mg. m2* animas eorum) 14 in xpi *B* 15 sanctus dauid *DP'* 19 umbratione *B* 22 cogitationes cordium *B* 24 intima *B* intimo *P* intimi *cet.* descendat *P* (e *pr. ex* i) cogitationes *P* (e *ex* i *m2*)

deprehendat. hic gladius uerbum est dei uiuum. denique ad Hebraeos sic legis: uiuum enim uerbum dei et ualidum C et acutius omni gladio acutissimo penetrat usque ad diuisionem animae et spiritus artuumque et medullarum. hic est fons Siloa, qui dicitur missus, quoniam Christus a patre dixit esse se missum. est et illa diuisio, quae colligitur ex eo quod ripam utramque Iordanis tribus incoluerint Iudaeorum, quoniam filius hominis, qui posterioribus temporibus descendit e caelo, uerus ille Iordanis, uerus ille diuisor terrestrium atque caelestium diuiduam D possessionem patribus dedit, unam quae possideretur in terris, alteram quae futurae uitae meritis seruaretur. quorum utrumque soli conuenit Christo, uel caelestia diuidere uel occulta deprehendere; interiora enim diuidit qui occulta deprendit, quod est utique diuinitatis insigne. denique sic habes scriptum quia deus dixit: laetabor et diuidam Sicima. haec est illa magnifica portio, quam Iacob filio suo Ioseph praestantiorem omnibus deputauit. unde ait: ego autem do tibi Sicima magnificam super fratres tuos, quam accepi E de manibus Amorraeorum in gladio meo et sagitta, quod diuisio soli domino deberetur, quae uerbo, hoc est

2 Hebr. 4, 12 5 Ioh. 9, 7 16 Psalm. LVIIII 8 18 Gen. 48, 22

1 uiui *B* (*in mg. m2* al uiuum) 2 uiuum est dei uerbum *B* 3 agutius *P* penetrat usque *PC* penetraturque *B* (*in mg. m2* al penetratque) penetrans usque *DP'* (διικνούμενος *LXX*), *fort. recte* 5 est *om.* *DP'* 6 se esse *BDP'* 7 utramque ripam *B* 8 incoluerit *B* (*in mg. m2* al incoluerint) incoluerat *DP'* 9 descendit *P* (e *pr. ex* i) 10 diuisor *PC et post* caelestium *transpositum B* promissor *DP'* terestrium *P* possessionem diuiduam *B* 12 uitae futurae *P'* 13 conuenit soli *B* 14 deprendit *P* deprehendit *cet.* 16 dns *B* Sicima *scripsi* sicimam *P* sycimam *B* sycçimam *D* siccimam *P'* sichimam *C* 17 magna *DP'* ioseph *in ras. B* praestantiorem *P* (s *s. u.*) 18 unde ait *P s. u. m2* autem *om. B* 19 sicimam *B* sycima *D* syocima *P'* sichimam *C* magnificam *C* magnificum *cet.* 20 manu *B* 21 quod] quae *B* deberetur *B* (*in mg. m2* al debetur)

spiritali illo ueri Solomonis gladio conprehenditur. quid est soli? patri sine Christo aut Christo sine patre? minime. cum solum dico patrem, filium non separo, quia in sinu et secreto patris filius est. cum solum filium dico, et patrem iungo, sicut iunxit et filius dicens: ecce uenit hora, ut me solum relinquatis; sed non sum solus, quoniam pater mecum est. sic ergo et pater beatus et solus potens dicitur, ut ab eo filius non sequestretur, qui in patre semper est. denique praeclare Iohannes: in principio erat uerbum, sed sine patre non erat. et deus pater erat, sed non erat sine uerbo, quia uerbum erat apud deum.

16 Haec Sicima ecclesia est; ipsam enim elegit Solomon, cuius latentem distinxit affectum. haec Sicima est Maria, cuius animam gladius dei transit et diuidit. haec Sicima est ascendens, sicut interpretatio habet. quae sit ascendens, audi dicentem de ecclesia: quae est, quae ascendit dealbata innitens super fratrem suum? haec est actuosa, quae graece ἐναργής dicitur, quod fide operibusque resplendeat. cuius filiis dicitur: opera uestra luceant coram patre
17 meo, qui in caelis est. memor ergo est dei Dauid de terra Iordanis et Hermonin a monte modico. quis est iste mons modicus? consideremus ne forte diuinitas Christi mons

1 Reg. III 3, 24 3 Ioh. 1, 18 5 Ioh. 16, 32 7 I Tim. 6, 15 8 Ioh. 10, 38 9 Ioh. 1, 1 11 Ioh. 1, 1 12 Reg. III 3, 27 13 Luc. 2, 35 16 Cant. 8, 5 19 Matth. 5, 16 21 Psalm. XXXXI 7

1 gladio *ante* illo transponit *B* 2 sine *post* patri *s. u. m2 P* 3 patrem dico *D* patrem ... filium dico *om. B* sinu *P* (nu *in ras.*) 4 est filius *DP'* 5 iunxit *P* (nxit *in ras., fuit fort.* iuncxit) et iunxit filius *B* filius *P* (l *s. u.*) 10 sine uerbo non erat *B* 12 *sqq.* sycima *BD* syccima *P'* sichima *C* 13 distinxit] elegit *B* maria est *B* 14 dei *om. DP'* ascendens *P* (s *alt. s. u.*) 15 habet *ex* auit *P* 16 est ista quae *DP'* 18 ἐναργής *scripsi* ωNIATIT *PC* ωNATIT *D* (*in mg.*) *P'*·ωNYATYθ *B*; *cf. praefationem* quod (d *s. u.*) (i *ex* e) *P* splendeat *B* 19 filiis *P et* (iis *ex* ius) *DP'* filius dicitur *P* (*lineola deleta*) dicit *BC* quoram *P* 20 in *P s. u.* 21 ermonin *P* hermonin *B* hermoniim *P'* hermonum *D* hermonii iste *DP'C* este *P*, *om. B* 22 mons (s *s. u.*) magnus *P* (⁄ *bis*

magnus. denique caelum et terram compleo dicit
dominus. si ergo diuinitas Christi mons magnus est, utique
incarnatio eius mons exiguus est. utrumque ergo Christus, et
magnus mons et minor: magnus uere, quia magnus
dominus et magna uirtus eius, minor, quia scriptum B
est: minorasti eum paulo minus ab angelis. unde
Esaias dicit: uidimus eum, et non habebat speciem
neque decorem. idem tamen et ex magno minor factus et
ex minore magnus: ex magno minor, quia cum in forma
dei esset, semet ipsum exinaniuit et formam serui
accepit, et ex minore magnus, quia dicit Daniel: et lapis,
qui elisit imaginem, factus est mons magnus et
impleuit omnem terram. lapis hic si requiris qui sit,
agnosce: lapidem quem reprobauerunt aedificantes, C
hic factus est in caput anguli. idem tamen et cum
exiguus uideretur, magnus erat. cui rei adstipulatur Esaias
dicens: puer natus est nobis, filius datus est nobis,
cuius initium super umeros eius, et uocatur magni
consilii angelus. omnia propter te Christus, lapis propter
te, ut tu aedificeris, mons propter te, ut tu ascendas. ascende
ergo supra montem, qui caelestia petis. ideo inclinauit caelum,
ut tu esses uicinior, ideo adsurrexit in uerticem montis, ut D
8 ‹te› eleuaret. non inmerito ergo abyssus abyssum inuocabat,

1 Hier. 23, 24 4 Psalm. CXXXXVI 5 6 Psalm. VIII 6 7 Esai. 53, 2 9 Philipp. 2, 6 sqq. 11 Dan. 2, 35 14 Psalm. CXVII 22 17 Esai. 9, 6

2 utique *P* (i *s. u.*) 3. 16. *p.* 280, 1 exicuus *P* 4 mons magnus *B* 5 scriptum *P* (p *s. u.*) 6 minurasti *P* unde et *D* 7 eseias *P* (e *alt. s. u.*) et *s. u. P, om. DP'* habentem *DP'* 9 minorem *P* (m *alt. del.*) magnus factus *B* 10 exinnaniuit *P* (n *pr. del.*) 11 ut *P* (e *s.* u) et *C, om. cet.* 13 quis *DP'C* qui sit si requiris *B* 15 item *P et* (*corr.* m2) *D* cum et *B* 17 et filius *DP'* 18 humeros *P* (o *ex* u) *cet.* uocabitur *DP'C* 19 christe *B* (*in mg. m2 al* christus) 21 super *B* ideo *Costerius* inde *libri* 22 surrexit *B* 23 te *add. ed. Rom.* eleuaret *P* (et *ex* it) merito *P*; *nihil lucramur scribendo* non merito ... tuarum? abyssum *P* (s *pr. s. u.*) inuocat *DP'*

ut iste mons fieret exiguus, de quo ait propheta: abyssus
abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarum. non
praeualebat uetus testamentum ad istius mundi redemptionem;
inuocabat et quasi ad auxilium arcessebat nouum testamentum.
clamabat lex adnuntians euangelium. erat enim semiplena et
ideo erat necessarium, ut ueniret qui legem inpleret. finis
enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, qui E
uenit legem implere, non soluere. quomodo abyssus lex audi
dicentem: iudicia tua sicut abyssus multa. simul hinc
intellege utrumque unius esse sapientiae testamentum, quod
quasi suum uenit implere. cataractas autem intellegimus pro-
funda uerborum et uim caelestis eloquii, quae fluxere nobis
sicut imber e caelo. ergo remedium taediorum omnium
Christus et scriptura diuina atque in temptationibus unum
perfugium.

5, 19 Denique ubi aduertit Dauid quod eleuationes fluctuum F
saecularium super se uenirent, quas necesse est plurimas
subeamus in istius salo uitae, memor domini miserationum,
quas innumeris promisit oraculis, ad precem conuersus inter- 645 A
pellat deum sciens quod misericordia eius in luce mandatur,
id est in lege, quia lux praecepta tua, in temptationibus
autem quasi in noctis tenebris manifestatur. unde tamquam
uiator, qui repatriare desideret et peruenire quo tendit, con-
fragoso tamen uitae huius itinere fatigatus ducem arcessit
20 et adleuamentum obsecrat. apud me inquit oratio deo
uitae meae; dicam deo: susceptor meus es. bene nota

1 Psalm. XXXXI 8 6 Rom. 10, 4 6 et 8 Matth. 5, 17 9 Psalm. XXXV 7 12 Sir. 39, 6 (9) 21 Esai. 26, 9 25 Psalm. XXXXI 9 sq.

4 arcessiebat *B* accersiebat *DP'* arcercebat *C* 5 seminis plena *DP'* 6 necessariūs *P* necessarius *BDP'* 8 abysbsus *P* (b *alt. eras.*) audi dauid dicentem *B* 13 taetiorum *PC* 15 remedium *B* (*in mg. m2* refugium) 16 eleuationes (es *ex* is) *m2 P m1 D* 17 uenerint *P* (*corr. m.?*) *DP'* 21 lux *ed. Rom.* (φῶς *LXX*) lex *libri* 22 innocentis *PP' et* (en *eras.*) *BD* tenebras *DP'* 23 desideret *P* (a *s.* e *tert.*) desiderat *C* tendat *B* 24 accersit *P'* (c *pr. s. u.*) acersit *D*

iam sibi quaerit auxilia et promissi auctorem conuenit atque B usitati muneris praebitorem, ut in subueniendo, si meritum hominis offendit, diuinum non offendat exemplum. dicit aliqui: ‘quando suscepit eum deus’? ut hoc adstruamus, ueni mecum ad scripturae sacrae exordium, uide quomodo dominus manibus suis de luto hominem figurauerit, unde et hic ipse in posterioribus dicit: manus tuae fecerunt me et plasmauerunt me. quasi figulus quidam deus fabricam carnis est operatus humanae. et ad Hieremiam dicitur: descende in domum figuli, et illic audies uerba mea. figulo utique C saepe contingit, ut dum uas fingitur, cadat de manibus eius et iterum colligat lutum, ut uas reformet. denique et Hieremias dicit: descendi et uidi quo modo cecidit uas, quod ipse faciebat in manibus suis. et iterum inquit: fecit uas aliud quo modo placuit illi. recte ergo susceptor dicitur, quia manibus suis nos ipse suscepit, ipse formauit. humani figuli uasa sunt illa, alia in honorem, alia in contumeliam. omnes sumus fictilia uasa: etsi rex sit aliqui, uas D fictile est: etsi apostolus, uas est. unde et Paulus: habemus, inquit thensaurum istum in uasis fictilibus et propheta de rege dicit: depretiatus est Iechonias sicut uas, cuius opera non est necessaria. et addidit: terra, audi

5 Gen. 2, 7 7 Psalm. CXVIII 73 9 Hier. 18, 2 13 Hier. 18, 3 sq. 14 Hier. 18, 4 19 II Cor. 4, 7 21 Hier. 22, 28 22 Hier. 22, 29 sq.

1 iam *P* (m *del. lineola, sed ea erasa*), *om. C* sibi *om. B* 2 praeuitorem *P* praeuisorem *D* (*in mg.* ł promissorem) promissorem *P'* 3 dicunt *B* aliquis *P* (s *s. u. m2*) *C* aliquando (*om.* quando) *DP'* 4 suscepit *P* (e *ex* i *m2*) 5 escribturae *P* (e *pr. eras.*) 7 plasmauerut *P* 8 ficulus *P* (*item 10. 17*) dī *P* (dš *m2*), deus *om. B* (*in mg. m2* ał quidam deus) 10 audies illic *B* uerba *P* (r *s. u.*) itaque *DP'* 11 contigit *P* fingit *C* 12 ieremias *P* 13 descendi *P* (e *pr. ex* i *m2*) 14 in *om. B* 15 aliut *P* illi] ei *B* 16 suscepit *P* (e *ex* i *m2*) plasmauit *B* 17 humaniș *P* 18 uasa fictilia *B* aliquis *P* (s *s. u.*) *BC* aliquod *DP'* tamen fictile uas est (*om.* etsi a. uas est) *B* 19 uas <fictile> est *tacite Maurini* 20 thensąurum *P* thesaurum *cet.* istum *om. DP'* 21 demptiatus *B* (*in mg. m2* ał depreciatus) 22 est *PC* sunt *cet.*

uerbum domini, scribe uirum istum abdicatum. quasi patrio iure deus noster filios solet abdicare degeneres; ideo et terra eos scribit qui filii terrae sunt. unde cum Iudaei accusarent adulteram, dominus Iesus digito scribebat in terra. iusti autem non in terra scribuntur, ut legimus. quibus dicitur: gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in caelo.

21 suscepit ergo nos dominus, quando nos finxit: suscipit et quando iubet nasci. unde ait iustus: suscepisti me ex utero matris meae. cuius matris? priusquam te formarem in utero, noui te. quos format et suscipit; exeuntes quoque suscipit: et priusquam exires de uulua matris, sanctificaui te. susceptor est qui susceperit manibus, ut generis operator humani susceptor dicitur, et qui uisitatione susceperit, ut protegat. unde alibi ipse dicit propheta: qui habitat in adiutorio altissimi, dicet domino: susceptor meus es tu et refugium meum. prima susceptio est operationis, secunda defensionis. denique audi Moysen dicentem: extendens alas suas adsumpsit eos et suscepit eos super scapulas suas. sicut aquila suscepit, quae fetus suos examinare consueuit, ut teneat atque enutriat quibus ueri indolem partus et incorruptae gratiam naturae adstipulari aduerterit aut repellat in quibus degeneris originis infirmitatem in tenera adhuc aetate deprehenderit.

3 Ioh. 8, 6 et 8 6 Luc. 10, 20 8 Psalm. CXXXVIII 13 9 Hier. 1, 5 11 Hier. 1, 5 14 Psalm. LXXXX 1 sq. 18 Deut. 32, 11

2 ideo et terra *PBC* si dš in (in *in ras.*) terra *D* sic dš in (c dš in *in ras.*) terra *P'* 3 quia *BD* 5 *post* iusti *add. B uerba uu. 8—10* suscepisti me ... noui te (*in mg. m2* hęc in altero codice uetusto non habentur) 5 ut legimus *om. B* (*add. in mg. m2*) 6 quia *PDP'* quod *BC* 7 suscipit *pr. P* suscepit *alt. P'* 8 quando nos *B* unde et iustus ait *B* suscepisti *P* (e *ex* i) *B* suscepit *cet.* ex] de *DP'* 12 sanctificaui *P* (n *s. u.*) 13 operator *om. B* (*in mg. m2* generis operator) dicitur *P* (a *s.* i *alt. m2*) uisitatione *B* uisitationem *P* (si *s. u.*) *DP'C* 15 dicit *P* 19 suscipit *B* 20 nutriat *B* 21 uere *B* indolem *D* (*ex* indolens) indolens *P* (n *del.*) indolis *B* indoles *P'C* 22 repellit *B* (*in mg. m2 al* repellat) indigneris *B* (*om.* in) 23 adhuc infirmitate *B* (*in mg. m2 al* adhuc aetate)

Quare me oblitus es et quare me reppulisti? deus non 646 A obliuiscitur — inpossibile est enim ut obliuiscatur, cui omnia B quae sunt facta et futura praesentia sunt —, sed nostra peccata meritum ei obliuionis infundunt, ut obliteret eos quos indignos sua uisitatione cognouerit; eos enim cognoscit dominus qui sunt ipsius. tamen ubi aliqui iniquitatem operantur, his dicit: non noui uos. quis est ergo qui possit deo dicere: quare me oblitus es? sed tamen commune hoc sanctis nobisque infirmibus est. sanctus dicit quasi meriti sui C conscius, et tamen quo sanctior, hoc humilior. quodsi uix sanctus dicit, quid ego dicam peccator, nisi ad illud referam: quare operis tui oblitus es, quare uisitationis tuae oblitus es, postremo quare infirmitatis meae oblitus es? quid est enim homo nisi quia uisitas eum? non ergo obliuiscaris infirmum. memento, domine, quia infirmum me fecisti, memento quia puluerem me finxisti. quomodo stare potero, nisi solidaturus hoc lutum semper intendas, ut de uultu tuo soliditas mea D prodeat? cum auerteris faciem, turbabuntur omnia: si intendas, uae mihi. non habes quod in me aspicias nisi contagia delictorum; nec deseri utile nec uideri est, quia dum uidemur offendimus. possumus tamen aestimare quia non repellit quos uidet, quia emundat quos aspicit. ignis ante eum

1 Psalm. XXXXI 10, XXXXII 2 5 II Tim. 2, 19 7 Matth. 7, 23 12 Hebr. 6, 10 14 Psalm. VIII 5 (6) Hebr. 2, 6 15 Psalm. CII 14 17 Iob 10, 9 18 Psalm. CIII 29 22 Ioel 2, 3

1 me *pr.*] mei *B* 2 enim *P* (i *s. u.*) 4 obliuionis ei *B* obliteret *P* oblitinteret *C* obliget *DP'* obliuiscatur *B* 6 ipsius] eius *BC* operantur iniquitatem *DP'* 7 operantur *P* (n *s. u.*) uos *P* (o *ex* u) est *om. B* possit *P* (it *m2 ex* e) posset *DP'* 8 deo dicere] non timere *DP'* tamen] nomen *DP'* 9 nobis (*om.* que) *DP'* infirmib. *P* infirmus *C* firmis *DP'* inferioribus *B* (*in mg. m2 al* infirmioribus) quasi *P* (si *s. u.*) 10 sanctior *P* (c *s. u.*) 12 *post* oblitus es *add.* postremo *PDP'C* quare uisitationis tuae oblitus es *om. B* 13 postremo quare inf. meae oblitus es *om. C* 14 non *P* (n *alt. s. u. m2*) 18 prodeat *P* (d *in ras.*) 19 intendis *DC* habes *P* (b *ex* u) quid *B* 21 repellet *P* (i *s.* e *tert., sed hoc* e *ipsum ex* i *factum esse uidetur*) 22 uidet *P* (e *ex* i)

23 ardet, qui crimen exurat. bonum est ergo nobis, ut non
repellamur. ideo queritur Dauid, quia repulsum se credidit,
qui fuerat ante susceptus. denique in posterioribus dixit: in E
te confirmatus sum ex utero. sed et supra scriptum
habemus: in te proiectus sum ex utero de uentre
matris meae deus meus es tu. bonum est et proici, sed
in deum. denique ex persona Christi hoc in XXI psalmo
dicitur, qui uere in patrem de utero proiectus est uirginis;
non enim terrena eum excepere morientem. unde in cruce
positus, cum emitteret spiritum, ad patrem dixit: in manus
24 tuas commendo spiritum meum. non ergo aliqui ad- F
dant: domine, ut psaltae faciunt, quod neque in Latino
codice inueni meo neque in Graeco neque in euangelio,
quod est euidentius. denique supra dixerat: pater, dimitte
illis hoc peccatum, et ideo tamquam patri in manus
eius commendare se spiritum suum, in cuius sinu semper
est filius. quamquam etsi addant quod dixerit domine, con-
siderent quod quasi homo in morte positus hoc loquatur.
25 ergo proiectus est de utero in patrem, de uentre matris suae,
hoc est: definiuit quod ille uterus qui proiecit eum uenter est
matris. pater autem dicit: ex utero ante luciferum genui
te. non proiecit utique filium pater, a quo numquam egressus
est filius, sicut ipse ait: traditus sum et non egrediebar.
non proiecit eum, cui eiusdem substantiae unitate conectitur. 647A

3 Psalm. LXX 6 5 Psalm. XXI 11 10 Luc. 23, 46 14 Luc. 23, 34 16 Ioh. 1, 18 21 Psalm. CVIIII 3 23 Psalm. LXXXVII 9

1 exuret *B* (*in mg. m2* exurat) exurit *DP'* 3 dicit *B* 5 proiectums *P* (m *del.*) 6 et *om. DP'* 7 uicesimo primo *DP'C* 9 terrana *P* (æ *ex* a *pr. m2*) 10 dixit] ait *B* 11 *post* tuas *add.* dne *D* (*eras.*) *cet.* (*in B h*[illegible] *adscripta sunt in mg. m2?* al in manus tuas dne ... in latino) al[illegible]ui *om. B* (*add. in mg. m2*) addant *D* (e *s.* a) 12 quod neque *B m2 in* [illegible] quodquę *P* (d *s. u.*) quoque *B* quod nec *cet.* 15 hoc *om. DP'* 16 c[illegible]mendare *P* (d *in ras.*) commendabat *DP'* se *om. DP'C* 16 si[illegible] *P* (m *del.*) 18 hec *P'* 19 est *om. DP'*, *post* utero *transponi*[illegible] 20 diffiniuit *BDP'* 21 dixit *B* luceferum *P* 22 pater filium[illegible] digressus *B*

potest ergo et sic legi: in te proiectus sum ex utero de uentre matris meae, ut sequatur: deus meus es tu, ne discedas a me. potest et sic: de uentre matris meae deus meus es tu, quoniam et in utero positus a te numquam recessi; tecum eram qui tamquam Ionas in utero ceti positus te pro populo deprecabar. et uere de uentre matris suae cum deo erat, secundum quod scriptum est: quoniam priusquam sciret puer bonum aut malum, elegit quod bonum est et: antequam patrem uocaret aut matrem, B uirtutem Damasci et spolia Samariae depraedatus est, ut gentibus euocatis regnum patri piae cultu deuotionis adquireret.

6 Uideamus cetera. quare inquit me reppulisti et quare C tristis incedo, dum adfligit me inimicus, confringit ossa mea? exprobrauerunt mihi qui tribulant me, dum dicitur mihi cottidie: ubi est deus tuus? quare tristis es, anima? et reliqua. prima interpellatio querellam habuit, D quod conperendinarentur bona, quorum iam fructus desiderabatur. secunda interpellatio, quod expectatus prudentibus Christi differebatur aduentus, quem lex adnuntiauerat, quem prophetae pollicebantur, et eo inpatientius aestuabant corda

1 Psalm. XXI 11 2 Psalm XXI 11 (12) 5 Ion. 2, 1 7 Esai. 7, 16 9 Esai. 8, 4 13 Psalm. XXXXI 10 sqq.

5 ionas *om.* *B* (*in mg. m2* al tanquam ionas) coeti *P* cęti *BD* 6 matris uentre suae *B* 7 secundum *P* (n *s. u. m2*) 8 elegit *P* (e *alt. ex* i) eligit *C* 9 uocaret patrem *DP'* 10 spolia Damasci *B* (*in mg. m2* al spolia samarię) 11 est *P* (t *s. u.*) cultu *om.* *B* 13 me inquit *B* reppulisti *P* (p *alt. s. u.*) 14 incedo *P* (e *ex* i) inimicus *P* (u *ex* o) inimicus meus *DP'* 15 *post* me *add.* inimici mei *B* 16 mihi *om.* *DP'* 17 anima mea *D* *et* (*qui add.* et quare conturbas me) *P'* querelam *BDP'C* 18 cumperendinarentur *B* (*om.* quod; *in mg. m2* al quod cōperendinarētur), *om. spatio relicto* *P'*) corum *P* 19 interpellatio *P* (l *alt. s. u.*), *om.* *DP'* 20 desiderauerat *B* (*in mg. m2* al adnuntiauerat) 21 pollicebantur *P* (l *alt. s. u.*)

iustorum, quoniam ad omnium redemptionem cognouerant esse uenturum ...... quoque uniuersorum, quibus euangelico tramite uiam uirtutis aperiret bonorumque operum semitas demonstraret, sicut ipse dixit in Prouerbiis: dominus creauit me principium uiarum suarum. ideo ergo dicebatur ei: ubi est deus tuus? quia adhuc non uenerat Christus, sed sperabatur. saeuiebat ergo diabolus, ut obtereret quos sciebat in aduentum domini credituros, et <eos> diuersis adflictabat exitiis. interpellat ergo Dauid, ut morantem excitet questu prophetico, festinare urgeat, admoneat subuenire. habemus similitudinem huius interpellationis etiam in posterioribus, ubi dicit idem propheta: ut quid reppulisti nos, deus, in finem? et ibi aperte quod congregationis suae oblitus sit et uirgam suae hereditatis abiecerit flebiliter deplorauit et quod in plebem dei insurrexerint eius inimici, de quibus ait: et gloriati sunt qui oderunt te in medio festi tui. forte hic uersiculus uideretur Assyrios declarare, qui triumphauerunt populum Iudaeorum, nisi sequeretur: posuerunt signa sua signa, et non cognoui. signa semper in bello sunt, quae proeliaturos praeire consuerunt et agmen ducere militare. unusquisque numerus aut legio signa sequitur sua. et si dispersi fuerint bellorum tumultu, eo ubi signa sua esse per-

4 Prouerb. 8, 22 12 Psalm. LXXIII 1 13 Psalm. LXXIII 2 sq. 15 Psalm. LXXIII 4 18 Psalm. LXXIII 4 sq.

1 lacunam *significaui; excidit fort.* mentes inluminaturum; quoniam ad omnium (ad omnium *om. C*) redemptionem cognouerant esse uenturum (uenturam *C*) quoque (quodque *P* d *s. u.*, et *DP'*, *qui om.* quoque) uni uersorum *PDP'C* quoniam ad omnium corda iustorum redemptionem gentium cognouerant esse uenturum quorum uniuersorum *B* (*in mg. m2* al quoniam ad redemptionem cognouerant uniuersorum. quorum uniuersorum?) 3 ueritatis *DP'* 4 dicit *DP'* 8 aduentu *BDP'* et eos *scripsi* et *BDP'*, *om. PC* 9 exicidet *P* (i *pr. eras.*, e *alt. ex* i) questu *P* questu (*in mg. m2* al et questu) *B* 15 insurrexerint *P* (n *alt. s. u.*) 16 oderant *P* 17 triumfauerunt *P* triumpharunt *P'* 20 consueuerunt *DP'* 21 et unusquisque *B* sua sequitur *B* 22 prospexerint esse *B*

spexerint quam<quam> longe positi reuertuntur. unusquisque 648 A ductor haec signa constituit et sequenda praescribit. sed sunt etiam alia signa, quae uictor hostis inponit et tamquam captiuis obseruanda decernit, sed qui fidelis est miles propria 27 signa sequitur, non cognoscit aliena. quae sint aliena signa intentius et inpensius consideremus. signum suum posuit Christus in frontibus singulorum; ibi quoque antichristus signa sua ponit, ut proprios recognoscat. sed qui in occulto Iudaeus B est, illi uerus confessor dicit: posuerunt signa sua signa, et non cognoui. posuerunt diabolus et ministri eius, sed ego nesciui illa, quia non consensi artibus eius, non adquieui eius imperiis. posuit Assyrius Nabuchodonosor signa pueris Hebraeorum et mutauit illis nomina et praecepit, ut adorarent imaginem eius et recederent ab sollemnibus patrum suorum ritusque Chaldaeos posthabita dei lege sequerentur. constituit hoc rex, sed statuit Daniel in corde suo, ut regalis mensae C contagia declinaret. recte ergo ei conuenit dicere quia signa non cognouit aliena. iussum erat ut Hebraei pueri adorarent imaginem regis; responderunt ei: non adoramus imaginem tuam. apte ergo dixit unusquisque eorum: posuerunt signa sua signa, et non cognoui, id est non sum expertus, non ullo consensu recepi, non aliqua societate in me transtuli. unde et de dei filio legimus quia peccatum non cognouit. et alibi habes: quoniam qui custodit mandatum non D

6 Apoc. 7. 3; 9, 4   13 Dan. 1, 6 sq.   19 Dan. 3, 18   23 II Cor. 5, 21   24 Eccl. 8, 5

1 quamquam *scripsi* quamlibet *B* quam *cet.*   longe *P* (n *s. u.*) positi fuerunt *D*   2 doctor *D* (u *s.* o)   3 in captiuis *DP*   5 agnoscit *BC*   6 signa sua *DP'*   7 Christus] deus *B*   antecristus *P*   sua signa *B*   8 ponet *B* posuit *DP'*   9 illi *DP'* ille *cet.*   signa *alt.* *P* (g *ex* i)   10 eius signa sed *DP'*   11 non *alt.* *PDC* et non *B*   nec *P'*   12 imperiis eius *B*   adsyrius *P*   nabuchodonosor (u *ex* o) *P*   13 mutabit (u *s.* b) *P*   14 ab *scripsi* ad *P* a *cet.*   15 chaldeos *P m1* chaldeorum *P m2* caldeorum *C*   legē *P*   lege dei *DP'*   16 danihel *D*   18 cognouit *B* (*in mg. m2* cognoui)   19 adorabimus *P'*   20 aperte (*om.* ergo) *B*   21 signa *P* (i *s. u.*)   22 sensu *DP'*

cognoscit uerbum nequam, cum liquido clareat quia non cognitio inprobitatis, sed societas criminosa sit. ipse etiam Dauid in posterioribus dicit: declinantes autem a me malignos non cognoscebam, ubi autem uoluerint haec signa aduersarii ponere declarat. sicut in uia inquit supra summum. quasi in silua lignorum securibus conciderunt ianuas eius in id ipsum, bipenni et ascia deiecerunt illud. quid sibi hoc uult nisi ut ostendat quia fides nostra non quasi in uia esse debeat, ne ueniant uolucres caeli et auferant eam, sicut uerbum illud, E quod legis in euangelio, non debere circa uias et semitas seminari?

28 Ergo uolentes fidem sancti huiusce eradicare aduersarii, qui non uident signa sua in corde eius, temptauerunt quasi in uia, id est in peruio conlocare; cor autem in summo est, quia oculi sapientis in capite eius. et posuerunt signa quasi in silua lignorum, quae cito exuruntur igne aut securibus conciduntur; exit enim ignis de silua et exurit etiam caedros F Libani. hoc autem faciendum putarunt, ut polluerent diuini nominis tabernaculum, quod in nobis est. sicut enim templum dei sumus, ita sumus et tabernaculum dei, in quo domini festa celebrantur. ergo tu, o homo, summum tuum custodi, ut conquasses capita inimicorum uerticem capilli

3 Psalm. C 4 5 Psalm. LXXIII 5 sq. 10 Luc. 8, 5 16 Eccl. 2, 14 Psalm. LXXIII 4 sq. Hier. 26 (46), 22 sq. 18 Zach. 11, 1 20 I Cor. 3, 16; II Cor. 6, 16 23 Psalm. LXVII 22

1 cognoscet *B* (γνώσεται *LXX*), *fort. recte* 3 malignos a me *B* 5 deponere *B* in *om. DP'* 6 supra *om. B* 7 conciderunt *P* (ci *s. u.*) indipsum *P* 8 deiecerunt *P* (c *ex* r) illut *P* hoc sibi *B* 10 uolucres *P* (e *ex* i *m2*) 13 sancti *ante* uolentes *transponit B* huiusce *Erasmus* cuiusce *PBC* cuiusue *DP'* aduersarii era-dicare *B* 14 quę *B* uident *B* uidentur *P'* (ur *eras.*) et signa *P* (g *s. u.*) 15 somno *B* (*in mg. m2* sūmo) 16 oculus *B* sapientis *P* (is *ex* es) 18 exiit *DP'* siluis *B* 19 putauerunt *BDP'* 20 est in nobis *B* 22 summum *DP'C* somnum *P* somnium (*in mg. m2* sūmum) *B*

perambulantium — in superfluis enim perambulant, non in
sanctis: in uertice capilli, non in uertice deuotionis et fidei —,
et si spiritus potestatem habentis in te ascendat,
ut habes in Ecclesiaste, locum tuum non derelinquas.
etenim superiorem te Christus constituit, quem ad imaginem
dei fecit. tene ergo superiorem fidei et pietatis locum, quem
a Christo accepisti, ut superior factus ascendentem de inferio- 649 A
ribus, hoc est de terrenis et saecularibus spiritum nequam
facile repellas et signa eius non suscipias in pectore tuo. non
occupet animae tuae uestibula nec introitus mentis tuae et
quasi in silua lignorum ignibus suis fragilia et caduca
populetur aut securibus suis ianuas tui cordis excidat. sit
igitur in nobis non silua, sed uinea: sit porta nostri oris et
cordis clausa diligentius, ne hostis introeat. cito diffindit
ianuam, si patentem inuenerit; at uero Christus pulsat, B
non deicit, qui confortauit, o Hierusalem, seras portarum
tuarum. Christus manu pulsat, ut aperias, ad-
uersarius securibus concidit, et ideo scriptum est, ne securis
et malleus in domum dei intret. foris debet esse superbia ac
fallacia, non intus; foris enim pugnae, pax intus, quae supra
omnem intellectum est. non scindatur ferro anima tua, sed ut
anima Ioseph ita anima tua ferrum pertranseat, ne principale
tuum uelut quoddam tabernaculum uerbi in ipso fidei prin- C

2 Psalm. LXVII 22 3 Eccl. 10, 4 5 Gen. 1, 26 sq. 11 Psalm. LXXIII 5 sq. 15 Cant. 5, 2 Luc. 12, 36 16 Psalm. CXXXXVII 1 sq. (12 sq.) 18 Reg. III 6, 11 (7) 20 II Cor. 7, 5 Philipp. 4, 7 22 Psalm. CIIII 17 sq.

1 perambantium *P* 3 habens *B* 4 non] ne *B* relinquas *DP'* 5 te xps superiorem *DP'* quem *PC et* (*post* dei transpositum) *B* quia *DP'* 7 a Christo *om. B* (*in mg. m2* quem a christo) 8 se (*eras.*)| saecularibus *P* 9 eius *om. C* 11 caduca et fragilia *B* 14 diffindit *scripsi* diffidit *DP'* defidit *P m1* defigit *P m3 C* deficit *B* (in quo ianua; *in mg. m2* al deijcit ianuā) 15 patehtem eam *B* at] a *P* 16 ducit *B* (*in mg. m2* al deijcit) quia *DP'* hierusalem *P* (e *pr. s. u. m2*) serras *P* 19 malleus *P* (e *ex* i *m2*) domo *DP'* ac] et *B* 20 enim *om. DP'* 22 per ferrum pertranseat *B* (per *alt. postea add.*)

cipio et doctrinae spiritalis diruatur ingressu. fundatus enim usu atque exercitatione immobilis perseuerat nec locum dat ei qui in summum quasi transfigurans se in angelum lucis conatur ascendere. qui si in nobis sua signa non uiderit, auctoritatem resistendi habere non poterit. ergo ne adfligat nos inimicus, ne ossa nostra confringat, non deficiamus perseuerare in Christo, ut dicat de nobis: triduum habent quod perseuerant mecum, et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. beatus, cui ipse cordis dederit firmamentum, ut deficere non possit in istius uitae tramite constitutus. non deficit qui sperat in domino atque ei intimo confitetur affectu, quandoquidem etiam eques ille, cuius equi calcaneum serpens momordit, etsi retro cecidit, deceptus tamen non est, quia salutem expectauit a domino.

8, 29 Tertia quoque interpellatio, quod in medio hominum nequitias exercentium constitutus causam suam ab eorum contagio cupiat separari. quod multi ad dominum Iesum referendum putant, eo quod ipsius solius est non timere iudicium, qui uincit cum iudicatur. habet enim a uiro iniquo iudicium, in quod uolens Christus ingreditur, ut habes scriptum: populus meus, quid feci tibi aut quid contristaui te? ceterum cum ipsi omne iudicium dederit pater, non quasi infirmo utique, sed quasi filio, quod potest ipse subire iudicium? si iudicium patris arbitrantur filio esse subeundum, pater

3 II Cor. 11, 14 6 Psalm. XXXXI 11 7 Matth. 15, [illegible] 9 Psalm. XXXXII 2 11 Prouerb. 28, 25 Psalm. XXXXI 6 et [illegible] 12 Gen. 49, 17 sq. 15 Psalm. XXXXII 1 21 Mich. 6, 3 22 Ioh. 5, [illegible] 24 Ioh. 5, 22 sq.

3 transfigurans *P* (s *pr. s. u.*) in *om. B* 4 uideret *P* (-it *corr.*) *DP'* 7 habet *DP'* 11 intimo ei *DP'* 12 ille eques *BC* 15 met[illegible] *P* (d *s.* t *m2*) 17 contagione *D* 18 est *om. B* 21 popule *D*[illegible] quit *alt. P* in quo *B* 22 ipsi omne iudicium *PDP'* omne iudicium i[illegible] (ipsi *C*) *BC* 23 utique infirmo *DP'* sed quasi filio *B* (*om.* qu[illegible] ... dedit filio; *in mg. m2* ∵ Deest, *quae infra in mg. add.* al sed qu[illegible] ... iudicium subire ... ut omnes etc. Vel sic: sed quasi ... subire iudiciu[illegible] ... pater utique etc.)

utique non iudicat quemquam, sed omne iudicium
dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut
honorificant patrem. pater honorat filium, et tu diiudicas?
hoc eo posuimus, ne quis nos arbitraretur quasi metu quae- 650 A
stionis in locum domini subrogare personam prophetae, cum
sanctus Dauid praeuidens spiritu insurrecturos Iudaeos aduersus
domini passionem iudicium suae fidei non pertimescat, discerni
quoque causam suam a persecutorum gente deposcat, ne
malis generis sui et posteritatis heredibus prosapia totius
30 Iudaici generis implicetur. non inmerito ergo turbatur, qui
uidet sibi aduersus carnem et sanguinem esse luctamen, atque B
in se ipso sibi graue esse naufragium, in suo corpore tem-
pestatem, quam sustinere non ualeat, nisi caeleste auxilium
suffragetur; nemo enim grauior hostis homini quam domestici
eius. quid autem tam domesticum quam sibi homo et suae
carnis infirmitas? et ideo festinat propheta et toto precatur
affectu, ut Christus adueniat, fortitudo uniuersorum, qui
suscipiat omnes infirmitates et faciat utraque unum conpug-
nantesque sibi mentis et carnis inimicitias sublato soluat
pariete, qui internum quominus in concordiam conueniret C
diuidebat affectum. ergo quia in se ipso sibi erat pugna,
erat a proximis, qui legis et aequitatis inmemores laqueos
fraudis et insidias praeparabant, speratumque differebatur
remedium, repulsum se arbitrabatur, quasi recusaret uenire
qui promiserat remedio se futurum, et tamquam ab spe
lucescentis diei in tenebrarum profunda reuocatus orabat, ut
squalorem huius saeculi repulsura lux inradiaret, aeterna

14 Mich. 7, 6 18 Ephes. 2, 14 sq. 27 Psalm. XXXXII 3

3 honorificat *DP'C* 4 posuimus *P* (i *s. u.*) arbitretur *DP'* quasi in estu *B* (*in mg. m2* al metu) 7 suae fidei] domini *B* pertimiscat *P* 8 •••• gente deposcit (i *ex* a) *B* 11 uidet *P* (e *ex* i) luctamen *P* (c *s. u.*) 14 homini hostis *B* 17 xps *P'C et* (s *ex* i *m2*) *B* xpi *PD* 18 compugnantes *B* (*om.* que *et* unum; *in mg. m2* al utraque unum, uidelicet compugnantes) 19 mentes *DP'* soluat *om.* *B* (*in mg. m2* al sublato soluat) 22 proximis *P* (r *s. u.*, i *alt. ex* u) 26 lucescentis *P* (e *pr. ex* i *m2*) 27 repulsa *DP'*

adesset ueritas, quae fallacem imaginem mundi huius aboleret.
31 adfuit deus uotis, qui solet et inprouisus adsistere et non rogantibus se manifestare, sicut ipse ait: palam factus sum non quaerentibus me, et piis adstipulatus oratis uotorum seriem celeri praeuenit effectu subitoque in ecclesiam et in tabernacula sua sanctum prophetam deduxit in spiritu atque ante oculos eius sacrum altare constituit, in quo futura esset totius mundi redemptio et uniuersorum toto orbe remissio peccatorum.

9, 32 Uidens ergo in spiritu illam dulcedinem sacramentorum caelestium, illam mensam, quae repellit insidias adterentum, sicut ipse in superioribus dixit: parasti in conspectu meo mensam aduersum eos qui conterunt me, ait: et introibo ad altare dei mei, ad deum, qui laetificat iuuentutem meam. pulchre dixit quasi Adam: et introibo. eiecti enim eramus de paradiso domini, ex quo Adam peccati sui conscius uultum domini declinauit. decore quoque addidit: et introibo ad altare dei, quasi in conspectum dei rediret. auersus enim erat a muneribus nostris, quando Cain parricidae illius munera non probauit. latebat Cain alienus a domini conspectu: furens effera uis animi, quod in fratris sui dominus respexerat munera, sub offensione proprios reliquit heredes. occiderat Abel non sibi, cuius et sanguis clamabat ad dominum, sed occiderat omnibus nobis. nullius prope iam sacrificium probabatur, quia non erat qui faceret bonitatem, non erat usque ad unum, quando nec deo fides nec fratris

3 Esai. 65, 1 6 Psalm. XXXXII 3 12 Psalm. XXII 5 14 Psalm. XXXXII 4 17 Gen. 3, 8 20 Gen. 4, 5 21 Gen. 4, 5 sq. 23 Gen. 4, 10

5 eclesia *P* (c *s. u.*) ecclesia *P'* 8 totius mundi esset *B* 11 atterentium *DP'C* 12 dixit] ait *B* 13 conterunt] tribulant *B* me] nos *DP'* ait *om. B* (dicit *s. u. m2*) 15 pulchre *P* (r *s. u.*) ada ... ad dm̄ *DP'* 17 decore] de qua re *DP'* 18 conspectum *scripsi* co... spectu *libri* 19 aduersus *PB* a *om. B* 21 conspectu *P* (s *s.* ... conspectu dn̄i *DP'* uis *PC* ui *B* lis *DP'* 23 occideret (*in mg.* ... occiderat) autem *B* 25 bonum *B* (*in mg. m2* al bonitatem) 26 fra... germanitatis *B* (*in mg. m2* al fratris germanitati)

ermanitati pietas reseruata est. uenit dominus Iesus, ut B
esuscitaret Adam, resuscitatus est et Abel, cuius munera
lacuerunt deo. optulit semet ipsum dominus Iesus, id est
rimitias sui corporis in sanguinis aspersione melius loquente
uam sanguis Abel locutus in terra est. respexit deus in eius
nunera, ex quo ipse reconciliationis diuinae gratiam bonis
eliquit heredibus. recte igitur sanctus Dauid, quasi ex persona
econciliati hominis ait: et introibo ad altare dei mei,
d deum, qui laetificat iuuentutem meam. adstruamus C
unc locum, si possumus, etiam alterius prophetae exemplo,
uemadmodum hominis et auersatus sit dominus prius sacri-
icia et postea sit eidem reconciliatus. habemus in Esaiae
ibro scriptum dicente deo: quo mihi multitudinem
acrificiorum uestrorum? dicit dominus. plenus
um, id est: abundo meis, uestra non quaero, holocautomata
rietum et adipem agnorum et sanguinem taurorum et hircorum
nolo, nec sic ueniatis in conspectum meum. et utique a fetu D
pecorum optulerat Abel sacrificium, in quo placuerat deo, sed
ypum non requirebat, qui expectabat sacrificii ueritatem;
xpectabatur enim passio domini salutaris. quis enim inquit
sta requisiuit de manibus uestris? calcare regiam
neam non adponetis. et infra: cum extenderitis
nanus ad me, auertam faciem meam a uobis. sed
auamini, mundi estote, auferte malitiam ab animis
estris. iudicate pupillo et iustificate uiduam et
uenite disputemus, dicit dominus. claret igitur quod E

4 Gen. 4, 4 Hebr. 12, 24   8 Psalm. XXXXII 4   13 Esai. 1, 11
20 Esai. 1, 12 sq.   22 Esai. 1, 15—18

3 *fort.* placuerant   dominus Iesus *om.* *B* (*in mg. m2* al ipsum dominus
esus)   4 corporis sui *B*   5 est in terra *BP'*   11 et hominis *Erasmus*
aduersatus *B* (*in mg. m2* al auersatus)   prius *C* praeter *B*
in mg. m2 primum) *cet.*   12 eidem] ei *DP'*   18 dno *BDC*, *recte puto*
5 olocaustomata *P* (s *s. u.*) holocaustomata *cet.*   17 conspectum *P*
onspectu *B*   meo *P* (*ex* meum) *B*   20 saluatoris *DP'*   22 non *P*
n *alt. s. u.*)   25 popillo *P*   26 igitur *P* (i *alt. s. u.*)

et ante auersus sit dominus a sacrificiis hominis et postea reconciliatus, ut respicere in nostra sacrificia dignaretur.

34 Ideo ergo securus intrat qui ad domini ingreditur misericordiam. denique bono seruo dicitur: intra in gaudium domini tui, de seruo autem nequam dicitur: tollite illum in tenebras exteriores. ideo et Adam eiectus de patria caelesti et illa sede paradisi in insulam peccati est relegatus. recte ergo dicit scriptura: renouamini, insulae, quia peccatorum fluctibus sicut insulae in istius mundi freto circumuenimur. istae ergo insulae per aduentum domini peccatorum remissione renouatae sunt, id est homines in lauacro medii inter aquas quasi insulae constituti tundebantur undarum molibus sicut insulae sonoris peccatorum relidentibus fluctibus, sicut insulae, in quibus ante uelut fraudum scopulis erant simplicibus crebra naufragia, quia dolus erat in corde et in ore blanditiae. at uero posteaquam dominus Iesus, in quo dolus non est, adueniens in hunc mundum caelestis expositione doctrinae humanarum profunda mentium serenauit et tranquillitatem refudit affectibus singulorum auferens saepta discordiae, quasi quaedam portuum coepere adpropinquantibus esse suffragia, ut unusquisque nauigium suae quietis in proximi aut fratris constituat affectu et in secessu quodam

35 piae mentis haereat litorali. non inmerito ergo tamquam renouatus clamat Dauid: et introibo ad altare dei mei, ad deum, qui laetificat iuuentutem meam. ut qui supra se inueterasse inter inimicos suos dixerat, uti

4 Matth. 25, 21 5 Matth. 25, 30 8 Esai. 41. 1 17 I Petr. 2, 22 24 Psalm. XXXXII 4 26 Psalm. VI 8

1 adnersus *B* a *om. B* 2 reconciliatus *P* (re *s. u. m2*) 3 mis ricortiam *P* 4 gautium *P* 6 exterioris *P* Adam ... sede *s. u. m2* deiectus *D* 9 in**sulae *P* 11 homines *P* (e *ex* i) 12 quasi i sulae *P* (si in *in ras.*) 13 insulae *om. DP'* consonoris *B* 14 fra dium *B* (r *ex* l) scopolis *P* (v *s.* o *alt.*) 15 et (*eras.*) *P, om.* c 16 ad *P* 17 hunc *P* (n *s. u.*) 18 tranquilitatem *P* 19 aspectib *B* (*in mg. m2 al* affectibus) 21 naufragia *DP'* quietis *P* (i *al* *ex* e) 22 fratris *P* (i *ex* e) 23 mentis *P* (i *ex* e) 26 uti] ut *B*

in sexto legimus psalmo, hic ait iuuentutem sibi ex inueterata prolapsionis humanae senectute renouatam. renouamur enim per lauacri regenerationem, renouamur per spiritus sancti effusionem, renouabimur etiam per resurrectionem, sicut in posterioribus dicit: renouabitur sicut aquilae iuuentus tua. quomodo renouemur audi: asperges me hysopo et C mundabor, lauabis me et super niuem dealbabor. et in Esaia ait: si fuerint peccata uestra ut foenicium, ut niuem dealbabo. recte renouatur qui de tenebris peccatorum in lucem uirtutum mutatur et gratiam, ut qui taetra prius conluuione sordebat supra niuem albenti nimis fulgore resplendeat.

36 Confitebor tibi in cithara, deus meus. habet D citharam suam anima nostra; neque enim diceret Paulus: orabo spiritu, orabo et mente: psallam spiritu, psallam et mente, nisi haberet citharam, quae plectro sancti spiritus resultaret. cithara est caro nostra, quando peccato moritur, ut deo uiuat: cithara est, quando septiformem E accipit spiritum in baptismatis sacramento. testudo enim dum uiuit, luto mergitur; ubi mortua fuerit, tegmen eius aptatur in usum canendi et piae gratiam disciplinae, ut septem uocum discrimina numeris modulantibus obloquatur. similiter caro nostra, si uiuat inlecebris corporalibus, in quodam caeno uiuit et uoragine uoluptatum: si luxuriae moriatur atque incontinentiae, tunc ueram uitam resumit, tunc edere incipit F bonorum operum dulce modulamen. dulcis sonus est casti-

5 Psalm. CII 5   6 Psalm. L 9   8 Esai. 1, 18   13 Psalm. XXXXII 4   15 I Cor. 14, 15   21 Uerg. Aen. VI 646

1 sexto *P* (se *s. u. m2*)   2 enim] ergo *DP'*   3 sancti spiritus infusionem *B*   6 asperge *P*   8 eseia *P* (a *s. u.*)   ut *P et* (*in mg. m2* al sicut) *B* sicut *cet.*   foenicium *P* (o *s. u.*) *D* fenicium *P'C* coccinium *B* (*in mg. m2* al fenitium)   10 lucem *P* (c *s. u.*)   11 nimis] niuis *DP'*   fulgore *P* (o *ex* u) fulgurę *P'*   13 deus deus meus *B*   16 psallam . . . mente *om. DP'*   psallam *P* (s *s. u.*)   21 gratiam *P* gratia *B* (*in mg. m2* al gratiam) *cet.*   22 modolantibus *P* (v *s.* o *alt.*)   24 uoraginem *P* (m *del.*)   luxoriae *P*   25 resumit *P* (u *s. u.*)

moniae, dulcis sonus timentium deum. denique in omnem terram exiuit sonus eorum. dulcis sonus est fidei, quae adnuntiatur, ut scriptum est, in uniuerso mundo. hic sonus a nobis exeat ad deum, sicut exiuit etiam a Thessalonicensibus, ut etiam non canentes canamus et bonorum concentu operum dominum praedicemus, cui est honor gloria perpetuitas a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum. amen.

1 Psalm. XVIII 5 2 Rom. 1, 8 4 I Thess. 1, 8

2 quę *P m1* qui *P m2 C* 3 adnuntiaturįș *P* (is *exp. m2*) scribtumtum *P* (*alt.* tum *eras.*) 4 exeat a nobis *DP'* etiam *del. m2 B, om. DP'* tehessalonicensibus *P* (h *ex corr.*, s *pr. s. u.*) 6 concentu *C* conceptu *PDP'* operum contēptu *B* (*in mg. m2* concentu) 7 nunc ***** *B* semper *P* (m *s. u.*) 8 secusorum *P* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSI EPI DE DISPUTATIONE ADSUMPTA DE SCO IOB ET DE PSALMO SEPTUAGESIMO SECUNDO (N *s. u.*). INCIPIT TRACTATUS EIUSDEM SCI AMBROSI DE INTERPELLATIONE SCI IOB *P* EXPLICIT DE INTERPELLATIONE SCI DAUID. INCIPIT EIUSDEM TRACTATUS DE INTERPELLATIONE SCI IOB *B* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII DE DISPUTACIONE ASSŪPTA DE S. IOB. INCIPIT TRACTATUS EIUSDEM DE INTERPELLACIONE S. DD. *C* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII DE INTERPELLATIONE IOB ET DD EX PSALMO XLI. INCIPIT DE HELIA ET IEIUNIO *DP'*

DE APOLOGIA PROPHETAE DAVID
AD THEODOSIVM AVGVSTVM.

B = Bononiensis 32 bybliothecae, quae est Bononiae in Galliae oppido, hodie Boulogne sur mer, saec. VII f. 1r, initio mutilus; incipit p. 306 u. 8
P = Parisiacus 1732 (olim Thuaneus) saec. VIII f. 175r; desinit c. 8 s. 41
P' = Parisiacus 12137 (olim Corbeiensis) saec. VIIII f. 61r
O = Oxoniensis Bodleianus 137, f. 1r saec. XII
R = Remensis 229 saec. VIIII f. 66u
B' = liber musei Britannici Add Ms. 18332 saec. X f. 149r
A = Aurelianensis 148 (125) saec. VIIII p. 27
C = liber Sanctae Crucis, nunc Laurentianus XVII dext. 12 saec. XI f. 103r
D = Dunelmensis B 4, 12 saec. XI f. 104u
D' = Duacensis 227 saec. XII f. 32u
P'' = Parisiacus 11624 (olim Diuionensis) saec. XI f. 115r
T = liber s. Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352 saec. XII f. 112r
B'' = Bruxellensis 1893/99 saec. XII f. 59r
T' = Trecensis 284 saec. XII f. 106r
L = Laudunensis 178 saec. XII f. 160r
α = editio Amerbachiana

1, 1 Apologiam prophetae Dauid praesenti adripuimus stilo 675 A
scribere, non quo ille indigeat hoc munere, qui tantis meritis B
enituit uirtutibusque effloruit, sed quia plerique gestorum
eius lecta serie non introspicientes uim scripturarum uel
occulta mysteriorum mirantur quomodo tantus propheta
adulterii primo, deinde homicidii contagia non declinauerit.
2 ideo nobis studio fuit ipsam recensere historiam, quae patuisse
peccato uidetur. namque in secundo Regnorum legimus libro C
quoniam deambulans Dauid in domo sua regia prospexerit
lauantem mulierem — nomen illi Bersabee — formae egregiae
et gratia et uultu decoram praestantique admodum facie.
quibus inlecebris delenitum potiendi eius sumpsisse affectum.
erat autem mulier uiro nupta; Uri nomen marito, cui man-

8 Reg. II 11, 2 sqq.

INCIPIT TRACTATUS EIUSDEM DE APOLOGIA PROPHETAE DAUID AD THEODOSIUM AUGUSTUM *P* INCIPIT LIBER SCI AMBROSII AD THEODOSIUM AUGUSTUM DE APOLOGIA DAUID *D'* INCIPIT APOLOGIA DAUID *RB'AD* INCIPIT DE APOLOGIA SANCTI DAUID *TL* SCI AMBROSII INCIPIT DE APOLOGIA SANCTI PATRIS DAUID *C* TRACTATUS SCI AMBROSII DE DAUID *T'*. *deest inscriptio in P'' et spatio uacuo relicto in B''. de P' confer praefationem* 1 apologian *O* apollogiam (l *exp. m2*) *P'* 2 quod *C* (d *s. u. m2*) *B''* 4 tecta *P'D'O* lecta (ł t *s.* l) *P''* intro aspicientes *P'ADT'* 5 misteriorum *P* 6 primo (*s.* ł primum) *P'* primum *D'* 9 regali *P'D'OT'* regia (*s.* ł regali) *P''* 10 bersabee *D'O* bethsabeae *AB''L et* (h *s. u. m2*) *T* bersabeae *cet.* formae egregiae et gratia et uultu decora *PB'' et* (*in mg. m2 add.* ał) *T'* (*eadem praebet Thuaneus recentior a Maurinis adhibitus, in quo legitur* decoram, *quod recepi*) formae gratia (gratę *O*) et uultus decore *T'* (*in textu*) *cet.* 11 praestanti (*om.* que) *P'D'O* facie *om. P'* 12 delenitum *P m1* delinitum *P m2 P'* (li *ex* le) *cet.* 13 urie *P'* (e *s. u. m2*) *T* (e *eras.*) uriae *P''D'T'* uiri *A* (*in quo* uriae *pro* marito) nomendatis (a *s.* e) *P'*

datis regiis conposita scaena est necis. nam etsi nihil ad impedimentum cupiditatis, plurimum tamen ad uerecundiam
3 adulterii obstare uita eius aestimabatur. itaque ut a planioribus D
exordiamur, quem deus iustificauit ne tu diiudices. pro minimo mihi est inquit Paulus ut a uobis diiudicer
aut ab humano die, sed neque me ipsum diiudico. 676 E
et adhuc erat in corpore situs, adhuc temptationi obnoxius, sed ideo se non diiudicabat, quia spiritalis a nemine diiudicatur nisi a solo deo. denique subdidit: qui diiudicat me dominus est. itaque nolite ante tempus quid iudicare. sed Dauid iam tempus inpleuit et gratiam meruit et iustificatus a Christo est, quandoquidem Dauid se dici filium ipse dominus gratulabatur et qui eum ita confitebantur in-
luminabantur. cur hominem dei a praemio in iudicium uocas? B
iudicauit iam de eo dominus, de quo dixit ad Solomonem: si ambulaueris in conspectu meo, sicut ambulauit Dauid pater tuus in sanctitate cordis et iustitia ad hoc, ut faceret secundum omnia quae mandaui ei. hic ergo iudicio dignus an praemio est, qui fecit secundum omnia mandata caelestia ambulans in sanctitate et iustitia cordis? ubi aliorum peccata et uitia delitescunt, ibi Dauid

4 I Cor. 4, 3 8 I Cor. 2, 15 9 I Cor. 4, 4 sq. 12 Matth. 15, 22; 20, 30 sqq. 16 Reg. III 9, 4

1 regiis *P''* (i *pr. s. u.*) regis *RB'ACT'* scena *libri* est scena *LTT'* 2 inpedimentum (in *ex* im) *P* 3 uitaẹ (e *exp. m2*) *P'* aestimabatur (s *s. u.*) *P* 4 exordiamur *B''L* exoriamur *cet.* ne *PB''* et (*s. u. m2*) *R*, *om. cet.* diiudices *P* (es *ex* is) diiudicas *P'CLOTT'* et (di *s. u.*) *P''* iudicas *AD* 5 minimo (mi *ex* me) *P* diiudicer *P'* (di *ex* de) *D'* (di *s. u.*) iudicer *AOT'* 6 iudico *AD* 8 diiudicaba[t] (di *ex* de) *P'* anemi•ne *R* animi ne (est *m2 s.* ne) *B'* diiudicatu[r] *P'* (di *ex* de) *et* (e *m2 s.* ạ) *B'* 10 quid *PD'O et* (d *s. u. m2*) *P'* *om. cet.* diiudicare *P'P''B''D'T'* 12 quandoquidem (n *s. u. m2*) *P* 13 confitebantur (n *alt. s. u.*) *P'* 15 solomonem *P* salomonem *cet.* 18 secundum ... ei *infra in mg. P'* 19 iudicio dei *P'* (dei *s. u. m2*) *D'O* an praemio est qui fecit] a peccato uidetur *P'D'* aut praemio uidetur *L* aut praemio uidetur ambulans *T* (*in ras., in quo* ambulans *deinde deletum est*) 21 uitia et peccata *P''T'*

uirtutis et gloriae suae diuinum accepit testimonium. et de eius peccato disputamus otiosi, pro cuius merito et gratia C aliorum peccata reuelata sunt! nam cum offendisset Solomon, quod non custodisset mandata domini, et regnum eius disposuisset deus scindere in plurimas partes, ait ad eum: uerum tamen in diebus tuis non faciam haec propter Dauid patrem tuum. de manu filii tui accipiam illud. uerum tamen non totum regnum accipiam, sceptrum unum dabo propter Dauid seruum meum. iustificante igitur domino quis est qui tantum diiudicat uirum? quod deus inquit mundauit tu D commune ne dixeris. saluo tamen iudicio caelesti, quo etiam ipse honorifices tantum prophetam, in eius actus moresque ingredere. non miraris hominem et angelis adae- 677 A quandum iudicas plurimum uitae suae, immo a pueritia in diuitiis honoribus imperiis demorantem, in multis temptationibus positum semel tantum locum errori dedisse et ei errori, quo etiam angeli caelorum, ut scriptura memorat, de sua gratia et uirtute deiecti sunt? sane et alter legitur error ipsius, quod numerari fecerit populum.

5 Unusquisque nostrum per singulas horas quam multa B delinquit, et tamen unusquisque de plebe peccatum suum confitendum non putat: ille rex tantus ac potens ne exiguo

6 Reg. III 11, 12 sq. 11 Act. 10, 15 18 Gen. 6, 2 19 Reg. II 24, 10

3 releuata *AT'*, *ex* reuelata *m1 P''B'' m2 C* redeitata (*s. m2* releuata) *O* solomon *P* salomon *cet.* 6 hoc *O* 9 *post* dabo *excidisse uidetur* filio tuo (τῷ υἱῷ σου *LXX*); tibi *post* dabo *add. O s. u.*, illi *s. u. P'D'*, tibi *add. post* meum *B''CDLT*, *post* unum *T'* 11 diiudicat *P* (di *ex* de) *et* (e *s.* a) *P''* diiudicet *B''T'* 12 ne commune *LT* 13 honorifices (es *ex* is) *P* honorificat *P'D'O* actis *R* actis (u *s.* i *m2*) *B'* 14 non *ex* nom *L* nam *AB''T'* miraris *B'* (e *s.* a *m2*) adaequandum *P'* (um *ex* am) *B'* (um *ex* o *m2*) 16 diuitiis (i *alt. s. u.*) honoribus (ri *s. u.*) *P* 17 locum *s. u. P'* errori locum *T'* •errori (t *eras.*) *R* eo *R* eo (i *s.* o) *P''*, *om. A* 23 confitendum non *PP'B''D'O* non confitendum *cet.*

quidem momento manere penes se delicti passus est con-
scientiam, sed praematura confessione atque inmenso dolore C
reddidit peccatum suum domino. quem mihi nunc facile
repperias honoratum ac diuitem, qui si arguatur alicuius
culpae reus, non moleste ferat? at ille regio clarus imperio,
tot diuinis probatus oraculis, cum a priuato homine corripe-
retur quod grauiter deliquisset, non indignatus infremuit, sed
confessus ingemuit culpae dolore. denique dominum dolor
intimi mouit affectus, ut Nathan diceret: 'quoniam paenituit
te, et dominús transtulit peccatum tuum.' maturitas D
itaque ueniae profundam regis fuisse paenitentiam declarauit,
6 quae tanti ęrroris offensam traduxerit. alii homines cum a
sacerdotibus corripiuntur, peccatum suum ingrauant, dum
negare cupiunt aut defendere, ibique eorum maior est lapsus,
ubi speratur correctio. sancti autem domini, qui consummare
certamen pium gestiunt et currere cursum salutis, sicubi
forte ut homines corruerunt naturae magis fragilitate quam
peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt pudoris E
stimulo maiora reparantes certamina, ut non solum nullum
adtulisse aestimetur lapsus inpedimentum, sed etiam ueloci-
tatis incentiua cumulasse. ergo si currentium non soluitur
cursus, cum aliqui forte ceciderunt, non luctantium contentio,

6 Reg. II 12, 1 sqq. 10 Reg. II 12, 13

1 pęnes *P* 2 praemâtura (ur *s. u. m2*) *P'* premitur a *D'* inmenso (o *ex* e) *P'* inmensę (o *s.* ę *m2*) *A* 4 honoratum ac diuitem *in ras. T* diuitem ac honoratum *B'T'* "diuitem ac (ac *s. u.*) "honoratum *P''* diuitem honoratum *AC* ac diuitem honoratum *R et* (ac *eras.*) *D* arguatur *P'* (ur *postea add.*) 5 ad̦ (t *s.* d̦) *P* 6 cumque *RB''C et* (que *eras.*) *P''DT* 8 pro culpae *B'* ** culpae *T* dolore *P'L* dolorum *RB'* dolorem *T* (m *exp.*) *cet.* doloris *P'* (is *s. u. m2*) *D'* 9 affectu *D'* 12 transduxerit *P'T' et* (ns *s. u.*) *P''T* traduxerit ad ueniam (ad ueniam *add. m2*) *B'* 17 corruerunt *PB''* conruerint *P'R* (*hi* int *ex* unt) *cet.* 18 acrius *P'D'O* 22 ceciderunt *PRCT* ceciderint *P'* (int *ex* unt) *cet.* luctantium *P'D'LO et* (c *s. u.*) *T* laetantium *cet.* contentio *PRB'ACD* contentio est *P'D'ḶOT' et* (est *s. u.*) *T* contentio (*s.* ł cunctatio est) *P''* continentia *B''*

sed inoffensa manent certamina, quin etiam plerique post unum aut alterum lapsum gratia maiore uicerunt: quanto magis agonem pietatis ingressi non debent unius prolapsionis offensione censeri, cum beatus sit qui se potuerit reparare F post lapsum, quoniam post mortem quoque resurgere munus beatorum est.

Alias quoque prodesse peccatum possumus conprehendere et prouidentia domini sanctis obrepsisse delicta. propositi enim ad imitandum nobis sunt, et ideo curatum est, ut et ipsi aliquando laberentur. nam si inoffensum a uitiis inter tot lubrica huius saeculi curriculum peregissent, dedissent nobis occasionem infirmioribus aestimandi cuiusdam superioris eos naturae ac diuinae fuisse, ut delictum recipere et culpae consortium habere non possent, quae opinio utique ut exortes nos illius substantiae ab inpossibili imitatione reuocaret. praeteriit igitur illos paulisper dei gratia, ut nobis ad imita- 678 A tionem uita eorum fieret disciplina et sicut innocentiae ita etiam paenitentiae magisterium de eorum actibus sumeremus. ergo dum lapsus eorum lego, consortes etiam illos infirmitatis agnosco: dum credo consortes, imitandos esse praesumo. admonet etiam apostolus Paulus prospexisse dominum deum nostrum, ne uel reuelationum sublimitate uel secundo operum continuante processu humanus etiam in sanctis extolleretur adfectus nec sibi deputarent uirtutique adtribuerent suae quod B

21 II Cor. 12, 7

1 quid *P'D'LO et* (quid *ex* quin) *T* etiam quod *L et* (quod *add. m2*) *T* 4 censeri *R* (e *alt. m2 in ras.*) *et* (i *s.* ę *alt.*) *B'* 8 sancti *P et* (sanctis *m2*) *P'R* oprepsisse *R* (*m2 ex* opripisse) opripisse (b *s.* p) *B'* obressissae *A* obrepisse *C* 9 nobis ad imitandum *LTT' et* (*add.* dati) *D'* 10 inoffensam *P'* inoffensa *B''* (in *s. u.*) *D'O* 11 curricula *P* (r *pr. s. u. m2*) *P'B''D'O et* (v *ex* a) *P''* 13 immo (*m2 s. u.*) naturae *B'* ac *PP'B''D'O, om. cet.* 15 in (*eras. R, exp. P''T*) illius *RB'CP''T* 17 uita *PP'B''O* uitae *T* (*in mg. m2* al uita) *cet.* 18 etiam] et *P'D'O* 19 consortes (es *ex* is) *P* 22 reuelationum (la *s. u.*) *P* uel *pr. in ras. m3 T', om. CDLT* opere *P'D'O* 23 continuato (to *ex* nt) *R*

diuina sibi operatione conlatum foret. ergo ne in tantum iudicium ruerent atque in perfidiae foueam deciderent, passus est illis dominus subintrare culpam, ut et ipsi aduerterent diuinis se auxiliis indigere ducemque salutis suae quaerendum esse cognoscerent. denique Paulus infirmitatem sibi profuisse testatur dicente domino roganti sibi, ut a se stimulus carnis suae discederet: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate consummatur. meritoque gloriatur in infirmitatibus; sciebat enim uirtutis abundantia plurimos etiam sanctos sine remedio conruisse. quanto igitur commodius uni aut duabus reprehensionibus locum dedisse quam traxisse in perpetuum diuinitatis offensam!

3, 9 Quid etiam illa adiciam quae ex ipso usu mundi conicere possumus, quia plerosque cum in aliquo probauerimus officio, eosdem quasi industrios atque inpigros in alio munere uolumus experiri? quam multi athletae cum isto certandi genere praeualuerint, ad aliud genus uocantur certaminis! quid, si et te dominus deus tuus, cum aliquod specimen uirtutis dederis tuae, in alio uirtutum genere uult probare? Iob sanctum currentem inoffense temptari tamen filiorum interitu et corporis totius ulceribus passus est, ut in hoc quoque eius uirtutem probaret, si nec iniuriis et acerbitatibus coactus deuotionem sui minueret affectus. non liquet quod etiam sanctum Dauid fide nobilem, praestantissimum mansuetudine, manu fortem probare uoluerit, quemadmodum uitium

6 II Cor. 12, 7—9 8 II Cor. 12, 9 20 Iob 1, 19; 2, 7

1 operationem (m *eras.*) *R* furet *P* 3 illos *P''B''CDLT* subintroire *RB'AP''CDT'* subire *LT* 6 dn̄o *PP'B''D'O* dō *cet.* 11 uni aut duabus (*ex* duobus *m2 D*) reprehensionibus *P'DD'LOT' et ex corr. P''T* uno (unū *B'*) aut duobus reprehensioni *P''T* (*hi ante corr.*) *cet.* 13 illam *RB'AC et* (m *eras.*) *T* quam *RB'AP''C* quae (*ex* quam) *T* 18 quid] qui *CDO* si et *C* (et *s. u. m2*) et si *LTT'* cum alio *P'D'* 19 alio te *P'* (te *s. u. m2*) *T* (o *in ras.*) *D'L* aliquo *RB'AB''CD* aliquo *P''* 21 totius corporis *LTT'* ulceribus *om. R* (*in mg. m2* aegritudine) 22 probarent (n *del. m2*) *P* sic (c *del.*) *RP''* et] nec *T'* 23 no *P* nam (*ex* non) *T* nunc *D*

tegeret, lapsum emendaret, ut nos doceret quemadmodum possemus admissum operire peccatum? nisi forte uilis causa alicui uidetur, ut propter nostram correctionem tantus errarit propheta, cum propter omnium redemptionem infirmitates nostras Christus susceperit, qui peccatum pro nobis factus est, cum peccatum non cognouerit. et indignum aestimatur nec ueri simile creditur quod Dauid propter posteritatis profectum unius lapsus opprobrium inciderit, cum ipse dominus pro nobis sit factus obprobrium, sicut ipse ait: e g o a u t e m s u m u e r m i s e t n o n h o m o, o b p r o b r i u m h o m i n u m e t a b i e c t i o p l e b i s et alibi: e t o p p r o b r i a e x p r o b r a n t i u m c e c i d e r u n t s u p e r m e? ergo futurae dispensationis mysterium 679 A
in suis ante praemisit, et seruuli quidem condicionis suae peccata portarunt, ideo non potuerunt etiam ipsi exortes esse peccati: dominus autem onus suscepit alienum, ideo solus fuit sine consortio delictorum.

1 Ad summam apostolo quoque docente cognouimus in figura gesta esse conpluria, quae temporibus gesta superioribus sunt. nam cum dixisset in deserto patres a serpentibus uulneratos non aliter potuisse sanari, nisi Moyses serpentem suspendisset B
aereum, quo uiso letales illi morsus atque infusiones ueneni noxiae curabantur, subiecit: h a e c a u t e m i n f i g u r a f a c t a s u n t i l l i s a d n o s t r a m c o n r e c t i o n e m. in figura aereus ser-

5 II Cor. 5, 21 9 Psalm. XXI 7 11 Psalm. LXVIII 10 19 I Cor. 10, 9 Num. 21, 8 sq. 22 I Cor. 10, 11

2 possemus *RB'AP''T'* possimus *cet.* 3 nostram *s. u. m2 P'* erraret *P* (et *ex* it) *cet.* 7 ueri *ex* uiri *m2 P* 8 opprobriuûm (u *pr. del. m2*) *P* 9 *sqq.* opprobrium (p *pr. ex* b) *P* 10 opprobrium (o *alt. ex* u) *P* 14 et *alt. PP'B''D'O, om. cet.* exprobrantium tibi *B''CDD'LOTT'* (τῶν ὀνειδιζόντων σε *LXX*) 15 onus *om. RB'A, s. u. P''* solus (o *ex* u) *P* 17 summa *RB'T* summā (ā *m2 ex* a) *D*, ad summam *om. D'* figuram *P'D'* figura• *T* 18 conpluria (a *s. u.*) *P* quam plura *B''DT'* conplura *cet.* 19 uulneratos (os *ex* us) *P* 21 aeneum *B''T'* letalis *P* morsum *P* infusiones *P* (es *ex* is) *R* (es *ex* em) infusionem *B'A* infusio *P''LT* 22 figuram (m *eras.*) *P* 23 correptionem *RB'ACDP''T*.

pens tamquam confixus cruci, quia uerus crucifigendus generi adnuntiabatur humano, qui serpentis diaboli uenena uacuaret, in figura maledictus, in ueritate autem qui totius mundi maledicta deleret. alibi quoque, id est ad Galatas ait quia d u o s f i l i o s h a b u i t A b r a h a m, u n u m d e a n c i l l a e t C u n u m d e l i b e r a e t subdidit: s e d i s q u i d e m q u i d e a n c i l l a s e c u n d u m c a r n e m n a t u s e s t, q u i a u t e m d e l i b e r a p e r r e p r o m i s s i o n e m. q u a e s u n t p e r a l l e g o r i a n d i c t a. quid sit per allegorian sequentibus exposuit euidenter dicens duas illas generationes, unam de ancilla, alteram de libera, duo esse testamenta, unum quidem a monte Sina in seruitutem generans, in quo monte legem Moyses accepit a domino, alterum autem ab Hierusalem, quae est libera, quae in Isaac filios, hoc est in libertate gratiae, non D litterae seruitute generauit;. seruis enim poena decernitur, liberis confertur gratia. nonne in typo geminae plebis Iacob duas accepit uxores, ex quibus diuersam subolem procreauit? cur patriarcha Iudas propriae nurus post filii sui mortem legitur expetisse concubitum, quo geminorum partus est editus, nisi ut figura praecederet utroque Iesu domini testamento, quorum alterum in typo futurae mortis eius est con- E ditum, alterum in euangelii ueritate, duos populos esse

4 Galat. 4, 22 6 Galat. 4, 23 sq. 16 Gen. 29, 25 et 28 18 Gen. 38, 11 sqq.

4 idest (in *s.* st *m2*) *P* idem *T* (em *ex* ē) *ACDLT'* idēste (ste *eras.*) *P''* galatas *PO* galathas *cet.* 6 his *P* (h *exp.*) *R* (h *eras.*) *F* quidem *om.* *AP''B''T'* 8 *inde a uerbo* repromissionem *incipit B* allegorian *B* allegoriam *cet.* 9 allegorian *B et* (*m2* allegoriā in) *P* allegoriam *cet.* in sequentibus *P'* (in *s. u. m2*) *D'* 10 generationes *P* (es *ex* is) 12 seruitute *ALT* monte *post* Moyses *transponunt* *RB'ACD*, in monte *T* 14 isac *B* isaac (a *alt. s. u.*) *P* filio *ILT* in *om.* *BP'O* non *BPP'AD'O* non in *cet.* *atramento in uu.* 16—20 *detrito paucae tantum scripturae libri B dignosci possunt* 17 duabus (s *s.* bus) *P'* uxores *P* (es *ex* is) 20 ihu dni *PRDO* dni ihu *B*[illegible] *T* ihs dns *BP'D'L* iesus (s *alt. postea add.*) dns (s *in ras.*) *T* ihu dno *B'AC''* ihu dno (i *s.* o) *P''* 21 coram *RB'*

generandos, quorum posterior in crucis signo saepem omnem ac munitionem populi superioris incideret — hic est populus manu prior, ortu posterior — uel quia ipse dominus Iesus natus ex tribu Iuda opera sua ante praemisit quam nobis ex uirgine nasceretur?

Quid de Ioseph loquar, qui a fratribus adpetitus, exutus patrio uestimento, in lacum missus, in seruitutem uenditus euidens dominicae incarnationis expressit indicium, eo quod ille dilectus patri cum esset in dei forma, non rapinam arbi- 680 A traretur esse se aequalem deo, sed ipse se exinaniret, ut formam serui accipiens ueniret et se usque ad mortem crucis humiliaret, cuius pretio et emptus et uenditus a suis fratribus genus redemit humanum? in cuius typo Dauid minor electus ex fratribus, unctus in regnum solus belli grauis periculo singulari certamine uniuersum populum liberauit, triumphauit in decem milibus, ita ut puellae cum tympanis psallerent: Saul triumphauit in milibus, Dauid in decem B milibus. quae figura in illis iuuenculis nisi animarum, quae triumphalem psalmum concinunt Christo? genuit ex se filios, unum incestum et alium parricidam, eo quod incestus et parricidalis populus adfixam patibulo crucis carnem proprii uiolaturus esset auctoris. denique in tertio psalmo Abessalom

1 Psalm. LXXXVIII 41 6 Gen. 37, 23 sqq. 9 Philipp. 2, 6—8 12 Matth. 26, 14 sq. 13 Reg. I 16, 11 sqq. 15 Reg. I 17, 32 sqq. 17 Reg. I 18, 7 19 Reg. II 13, 1 sqq.; 17, 4 22 Psalm. III 1

1 saepe *RB'AB''C* sepem (*s. ras.*) *T* 2 ac *BP'DD'LT' et T* (omnem ac *in ras.*), *P* (*ex* haec), *P''* (*ex* hanc), hanc *B''* (n *s. u.*) *cet.* 3 ortu posterior *om. BP'DO* 4 ante praemisit opera sua *CDLT* 6 quid (d *s. u.*) *P* 10 ipse se *BP'O* se ipse *D'* se ipsum *B''* semet ipsum *P''T'* ipsum se *cet.* et formam *BP'D'O* 11 usque adque (adque *del.*) *P* 15 triumfauit *BPRO* 16 decem (e *alt. ex* i) *P'*, .X. (*s.* decim) *R* puella *RB'* 17 triumfauit *BPO* 19 triumfalem *BPO* filios (o *ex* u) *P*, (o *in ras.*) *T* 20 et *om. T'* 21 populus (u *alt. ex* o) adfixam (x *m2 s. ras.*) *P* patibulis *RB'AC et* (o *s.* is) *P''* patibulo (o *in ras. ex* is) *T* carne propius *RB'* carnem propius *C* 22 solaturus *RB'AC* uiolaturus (*s.* uio *ras.*) *P'' et* (*ex* solaturus) *T* deque *RB'* de quo *AP''T* habessalom *BP* abissalon (n *ex* m) *P'* abessalon *RB'*

13 titulus praemittitur et passio domini prophetatur. quid de
Solomone sancto loquar, cuius posteriora cum graui errore
non careant, uulgus tamen Iudaïcum ipsum aestimat uenisse C
pro Christo? et quam multos grauis erroris offensa reuocauit!
maior itaque culpa plus profuit, ne supra hominem crederetur
qui uitio non caruisset humano. fuit igitur in eo inuidiosa
14 sapientia et culpa suasoria, quae hominem conprobaret. quid
igitur obstat, quominus etiam Bersabee sancto Dauid in figura
sociata fuisse credatur, ut significaretur congregatio nationum,
quae non erat Christo legitimo quodam fidei copulata conubio, D
quod auersariis quibusdam foret uestibulis in eius gratiam
praeter legis ingressura praescriptum, in qua nuda mentis
sinceritas et aperta simplicitas lauacri iustificante mysterio
ueri Dauid et regis aeterni mentem transduceret, lacesseret
caritatem? merito uenit occultus et qui falleret principem
mundi tamquam Uri illum, qui interpretatione dicitur lumen
meum, transfigurantem se in angelum lucis. uenit inquam in
hunc mundum et uenit occultus, tamquam adulter intrauit, E
ut ius legitimum uindicaret.
4, 15 Distinximus allegationes ualidas, ut arbitramur, et in figura
fuisse textum huius historiae conprobauimus: nunc superiora
repetamus et tamquam exutum spiritalibus indumentis intro- 681

2 Reg. III 11, 4 sqq. 17 II Cor. 11, 14

1 profetatur *BP* 3 aestimant *RB'ACP''T' et* (n *exp.*) *T* estimauit *D* (uit *in ras. m2*) uenisse (s *pr. s. u. m2*) *P* 4 graues errores *RB'ACDP''T'*, grauis erroris *in ras. T* offensa *P'* (a *m2 ex* ę) *uerba inde a* reuocauit *usque ad p. 309 u. 20* tam facile *desunt in B, in quo excidit folium* 8 bersabee *PP'D'* bersabeę *RB'CO* bethsabee *D* (ts *in ras.*, h *s. u. m2*), bethsabeę, betsabęe, bethsabee *cet.* sancto *om. P'D'* 10 erant *RB'AP''B''* conubio *P'* (b *ex* u) conuiuio *O* coniugio *T* (*in ras.*) *L* 11 auersariis *scripsi* aduersariis *P* transuersariis *cet.* 12 leges (es *ex* is) *P* ingressura *PP'D'LO et* (*in spatio uacuo postea add.*) *T* iura *cet.* praescribto *P* praescripta *DT'* 14 ueri (e *ex* i *m2*) *P* transduceret *P* (tra *in ras.*) traduceret *L* 15 et *om. RB'ACDP''LT'* 16 urie (e *s. u. m2*) *P'* urię *D'* uirũ *A* (*in ras., s. m2* ł uriã) huriam *P''* uriam *T'* 20 allegationes *PAD* (*hi* e *pr. ex* i) *P''D'LO* alligationes *cet.* 22 uestimentis *RB'ACP''LTT'*

spiciamus errorem. peccauit Dauid, quod solent reges, sed paenitentiam gessit, fleuit, ingemuit, quod non solent reges, confessus est culpam, obsecrauit indulgentiam, humi stratus deplorauit aerumnam, ieiunauit, orauit, confessionis suae testimonium in perpetua saecula uulgato dolore transmisit. quod erubescunt facere priuati rex non erubuit confiteri. qui tenentur legibus audent suum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat qui nullis legibus tenebatur B humanis. quod peccauit condicionis est, quod subplicauit correctionis. lapsus communis, sed specialis confessio. culpam itaque incidisse naturae est, diluisse uirtutis. quis gloriatur inquit castum se habere cor? nec unius diei infans mundus esse scripturae testimonio declaratur. da mihi aliquem sine prolapsione delicti. ualidissimus omnium Sampson legitur, qui leonem etiam suis manibus strangulauit; sed utinam C amorem suum suffocare potuisset! messes incendit allophylorum et ipse mulieris unius arsit igniculo. Iephthae uictor ab hoste remeauit, sed uexilla referens triumphalia suo uictus est sacramento, ut pietatem occurrentis filiae parricidio remunerandam putaret. primum omnium quid opus fuit tam facile iurare et incerta uouere pro certis, quorum nesciret euentum?

3 Reg. II 12, 13 sqq. 11 Prouerb. 20, 9 12 Iob 14, 4 sq. 15 Iudd. 14, 6 et 17 16 Iudd. 15, 5; 16, 4 sqq. 17 Iudd. 11, 30 sqq.

3 obseņịrauit (c *s.* ņị *m2*) *P'* humo *B''CDLT* stratis (v *s.* i) *P'R* 5 et (*eras. R*) testimonium *RB'A* perpetua (a *m2 ex* um) *P'* 8 tenebaṅtur *P* 9 suḅplicauit (p *s.* b *m2*) *P* supplicauit *cet.* 11 delịsse (e *s.* ị *m2*) *P'* delesse *P''* (*ex* diluisse) *D'OT'* diluisse (*s. m2* ł delesse) *T* gloriabitur *AB''DP''TT'* 13 *** aliquem *P'* 14 promịṣsione (lap *s.* ṃịṣ) *B'* sampson *P* sanson *AD'* samson *cet.* 15 leonem etiam *PP'B''D'O* etiam leonem *cet.* strangulaḅit (v *s.* ḅ *m2*) *P* utin *RB'* 16 allophylorum *P* (ph *ex* f *m2*) allophilorum *AB''DD'T'* allofilorum *cet.* 17 arsit (r *ex* s) *P''* cersit *RB'* cessit *B''CDLT* iephthe *D'T* ieptę *PAP''T* heptae (h *eras.*) *R* hieptę *B'* iepte *O* iepthe *cet.* 18 uexilla (e *ex* i) *P* triumphalia (ph *ex* f *m2*) *P* 19 filio *B'* 20 quid (i *ex* o) *P''* quod *RB'AB''*

deinde aliquis sacramenta tristia domino deo reddit, ut
cruentis soluat sua uota funeribus? D
17 Nec de sacerdotibus silendum arbitror, ne nostra uidear
dissimulare delicta. Aaron ipse summus sacerdos, quo duce
pariter ac Moyse rubrum pedes mare transiuit populus
Hebraeorum, rogatus a plebe ut deos sibi faceret quos adora-
rent aurum poposcit, in ignem misit, et caput uituli figuratum
est, cui sunt oblata sacrificia. quo indicio claruit auri cupidi-
tatem materiam esse perfidiae et auaritiae studio sacrilegia
solere generari. iterum tantus sacerdos locum incidit offensionis E
cum sorore sua Maria. nam dum fratri uterque obtrectant
quod alienigenam accepisset uxorem, ilico Mariam contagio
18 maculosae carnis effloruit. quo loci euidentis fuit figura
mysterii, quod sacerdotalis ille populus patrum fraterno
populo posterioribus temporibus derogaret Aethiopissae illius
nesciens sacramentum. nam si cognouisset, non reprehendisset
quod cum ueteri mysterio conueniret. itaque cum Iudaeus F
eum qui ex gentibus credidit dicit esse communem et uult
a lege secernere, lepram habet, quam non poterit euadere,
nisi spiritalis ei legis agnitio ad ueniam fuerit suffragata.
19 ergo et Dauid, qui sciret hominem se esse natum lapsui,
ueniam postulauit, domini autem non desperauit miseri-
cordiam.

4 Exod. 32, 4   10 Num. 12, 1 sqq.   15 Num. 12, 1

1 aliquis (ali *eras.*) *T* quis *LT'* quod *B''*   tristitia *PC* tristitiae *BP'D'O*   reddidit *RCDP''LTT'*   3 uidear *BPP'D'O* uideatur *B* (tu *eras.*) *B'P''* uideamur *cet.*   4 delicta (i *ex* e) *B*   5 pedes *BPP'D'* pede *cet.*   6 rogatur *RB'*   facerent *RB'*   quoḍ (s *s.* ḍ) *P'*   8 cupiditaṭe materia mense *R* (materiam esse *corr. m1*) *B'*   10 indicit *RB'ACT et* (*corr. m1*) *B''* incidit (cid *in ras. m2*) *D* incidiçat (ci *s. u.*) *P''*   11 dum *BPP'B''D'O* cum *cet.*   obtrectaṇt *T* obtrectat *BP'P''B''D'LO*   12 accepisset *BPP'B''D'LO et* (*in ras.*) *T* duxit *cet.*   ilico *T* (*in ras.*) *P''* (co *in ras.*) igitur *RB'AC*   mariam *P* maria *cet.*   13 quod *PB''*   loci (i *ex* o) *P''* loci̦ (o *s.* i̦ *m2*) *P'* loco *DD'*   euidentiș *P'* euidenti *RB'A* euidendi *C*   14 misterii *P*   15 posteriori *BP'D' et* (-rū *corr.*) *O*   tempore *D'*   derogaret (et *ex* it) *P*   17 conuenerit *R* (o *ex* u) *B'C* conuenit *D* conueniret (iret *in ras.*) *T*   18 et] ut *P*

0 Nec parabola uidetur a mysterio discrepare. quis enim diues 682 A
nisi dominus noster Iesus, qui de se ait, ut hodie lectum est,
quod homo quidam cum diues esset, abiit in
regionem longinquam accipere regnum et reuerti. B
et uere diues erat maiestatis suae opibus et diuinitatis pro-
priae plenitudine, cui angeli et archangeli, uirtutes et pote-
states et principatus, throni et dominationes, Cherubin et
Seraphin indefesso obsequio seruiebant. sed tamen cum diues
esset, reliquit XCVIIII in montibus oues et unam ouem, quae
lassa remanserat, requisiuit. hanc princeps istius mundi con-
templatione illius diuitis egenus et pauper quasi filiam
alimentis propriis nutriebat. merito itaque defecerat cui sub- C
stantia erat cibus saeculi. errauerat haec ouis in Adam insidiis
1 sollicitata serpentis. et non mala ouis, quae erat uerbi plena,
utpote rationabilis ebdomadis filia et sancti munus auctoris:
tamen non pretiosis aliquibus, sed uilibus pauperis diu opibus
alebatur. denique de pane inquit eius manducabat et
de calice eius bibebat et in sinu eius dormiebat.
non bona esca Aethiopum, noxius calix aureus Babylon, qui
gentes inebriat: non utilis somnus est dormientibus, malo D

3 Luc. 19, 12 6 Coloss. 1, 16 9 Matth. 18, 12 Luc. 15, 4 11 Reg. II 12, 3 15 Philo quod det. pot. ins. 46 (223, 18) 17 Reg. II 12, 3 19 Psalm. LXXIII 14 Hier. 28, 7 (51, 7) (Apoc. 17, 4 sq.)

2 iesus *s. u.* *P'*, $\overline{\text{ihs}}$ $\overline{\text{xps}}$ *CP''TT'* 6 et uirtutes et potestates et *BP'D'O* et potestates uirtutes et *PB''* 7 cherubi$\overset{m}{n}$ et serafi$\overset{m}{n}$ *P* cherubin et serafin *B* cherubim et seraphim *P'RB'* 9 XCVIIII *P* XC et VIIII *BP'O* XC et nouem *RB'AP''* nonaginta nouem *B''T'* nonaginta et nouem *cet.* 13 ouis (is *ex* es) *P* insidiis *in mg. m2 P'* 15 utpote (o *ex* u *m2*) *P'* rationeabilis (e *eras.*) *P* ebdomadis (d *alt. ex* t) *P* sancti munus auctoris] sanctimonii sanctioris *RB'ADP''T'* *et* (*in quo* sanctionis) *C* sancti munus auctoris *T* (munus auctoris *in ras.*) *et sic T' in mg.* auctoris (u *s. u.*) *P* 16 *uerba inde a* tamen non *usque ad p. 313 u. 16* regenerationis *desunt in B, in quo excidit folium* 17 eleuatur *RB'AC* alebatur (*ex* eleuatur) *P''T* inquit de pane eius *RB'ACDP''LTT'* 19 calix (i *ex* e) *P* aureū *RB'* babyllon *P* Babylonis *α* (Βαβυλών *LXX*)

uigilare. denique turbati sunt omnes insipientes corde, obdormierunt somnum suum et nihil inuenerunt. hospitii igitur gratia, quia susceperat hospitem, ut ei epulas exhiberet, illam pauperis ouem abstulit; de suis enim uel gregibus uel armentis si quod animal immolaret, nobis prodesse non poterat, quos nisi immolasset, non redemisset.

22 Infirmitates igitur nostrae fragilitatis in sua carne hospitali quodam suscepit affectu, cuius leuandae causa uel potius reficiendae carnem suam salutari illi optulit passioni, ut cibum nobis uitae praeberet aeternae. et bene agnam dixit scriptura, quia erat uirginis partus. bene dignus morte pronuntiatur diues iste iudicio prophetico, quia et Caiphas prophetauit dicens: expedit unum hominem mori pro populo. solus autem dominus Iesus tali dignus electus est morte, qua tolleret peccatum mundi. pulcre quoque addidit: agnam restituet, quia carnem propriam resuscitauit, carnem illam uirginalis integritatis reddidit. nec illud otiosum quod ait: in quadruplum restituet; quadruplatur enim resurrectio mortuorum, sicut docet apostolus dicens: seminatur in corruptione, surgit in incorruptione; se-

1 Psalm. LXXV 6 11 Reg. II 12, 3 12 Reg. II 12, 5 14 Ioh. 11, 50 16 Ioh. 1, 29 Reg. II 12, 6 19 Reg. II 12, 6 20 I Cor. 15, 42—44

2 dormierunt *LT* somnium *P'O* 3 hospiti *R* hospitis (s *postea add.*) *A'* hospitem (t *ex* d *m2*) *P* 4 ei] et *PB''* aepulas *P* abstolit (v *s.* o) *P* 5 immolaret (m *alt. et* e *s. u.*) *P* 6 quod *ACDLT et* (*corr. m1*) *P''* redimisset (et *ex* it) *P* redemisset (de *ex* di *m2*) *P'* 8 infirmitates (e *m2 ex* i) *P'O* infirmitatis *RB'C* infirmitates (te *s. u. m2*) *T* 9 lauandae *T* (a *pr. ex* e) *L* effectu *RB'AC* 10 obtulit (b *ex* p) *P* optulit *CDLT* obtulit *cet.* 11 scriptura *om. RB'ACD, s. u. T, in mg. P''* 12 quia *PAB''CDT et m2 T'* qui *T' m1 cet.* dignos *R* (-us *corr.*) *B'* 13 este *P* isto *R* (*corr.* iste) *B'AC* iste (e *in ras.*) *T* caiphas (ph *ex* f *m2*) *P* 16 pulchrę (h *s. u.*) *P* pulchre *cet.* agnam *PP'B''D'LO* et agnam *T* (et *eras.*) *cet.* 18 illum *RB'* 19 restituit *PRB'* 20 docet (o *ex* e) *R* 21 surget *AD'LTT'* in corruptione *R* seminatur ... gloria *om. R*, infra *in mg. m2 C*

minatur in ignobilitate, surgit in gloria; seminatur in infirmitate, surgit in uirtute; seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. restituet plane in quadruplum agnam etiam illo modo, quo potest iam homo dicere: si cui aliquid abstuli, reddo quadruplum. conuenienter etiam illud adiecit: quia non pepercit; 683 A non enim pepercit sibi Christus, ut omnibus subueniret. ideoque dictum est a domino Iesu Christo ad seruum suum Dauid, ut mysterium declararet: quoniam tu hoc fecisti in occulto, et ego faciam hoc uerbum coram omni Istrahel in conspectu solis huius. et primo quidem nesciens sacramentum commotus est Dauid indignatione, sed non errauit affectu. postea uero ubi cognouit mysterium magnum — magnum enim sacramentum Christi et ecclesiae —, B uidens remissionem futuram omnium peccatorum, praeuidens fulgorem gratiae per lauacrum regenerationis et infusionem spiritus sancti ait securus ueniae: peccaui domino, ut et ipse in eorum ueniret consortium quibus culpae remissio proueniret. aduertis quemadmodum peccatum proprium deplorauerit? quis igitur ei miretur esse dimissum?

4 Nunc consideremus opera eius, quibus potuit tegere peccatum. C etenim quia non potest sine peccato esse humana fragilitas, cauendum ne plura peccata sint quam opera uirtutum. quod magna ui sapientiae suae sanctus Paulus expressit di-

5 Luc. 19, 8 6 Reg. II 12, 6 7 Rom. 8, 32 9 Reg. II 12, 12 14 Ephes. 5, 32 16 Tit. 3, 5 17 Reg. II 12, 13

1 *sq.* surget *AD'LT'* 3 surget *P'AP''D'LT'* 4 quadruplum (u *tert. ex* o) *P* quo *PP'B''D'LOT' et m2 T* quod *T m1 cet.* pote est *P* •iam *R* iam (*s. m2* etiam) *T* etiam *P'D'L O* 8 ideoque ei *P* (ei *s. u.*) *P'B''D'O, fort.* ideoque et *scriptum fuit* 9 misterium *PR* quem *B'* 11 istrahel *P* isrł *cet.* et in *B''L, recte puto* (καὶ ἀπέναντι *LXX*) primum *B* 15 futurae *P* futura *R* 16 infusione *B* infusionįș (e *s.* įș) *P''* 19 deplorauit *LT* 20 igitur ei] igitur et *RB'A* igitur ñ et *P''* igitur *CD* miretur ei (i *alt. in ras.*) *T'* 22 humana (na *ex* no *m2*) *P* 23 cauendum est ne *ACDP''D'LTT'* 24 suae *om. BP'O*

cens: quorundam hominum peccata manifesta sun praecedentia ad iudicium, quosdam autem et subsequuntur, hoc est: non inuenitur quisquam inlibatus culpa; habet quis bona merita, habet et uitia atque peccata. omnia itaque nostra quasi in trutina ponderantur. si bonis igitur factis peccata praeponderant, praecedunt ad iudicium; uergunt enim peccata quasi in profundum, uergunt quae manifesta sunt uel pondere atque acerbitate uel multitudine. quosdam autem inquit et subsequuntur, hoc est eos qui se egerint sobrie, sed fragilitate condicionis dederint aliquando etiam errori locum bona facta praecedunt, mala sequuntur. hi honestiores, sed tamen homines lapsi leuioribus uitiis et erratis. ergo iustos sequuntur peccata, non praeeunt: iniustos praecedunt. praeponderant peccata quae uergunt, sequuntur autem si quae recte facta sunt quasi quodam praeiudicio peccatorum praeeuntium praegrauata. similiter et facta bona manifesta sunt. lucent enim opere uirtutum et splendore meritorum et quae aliter se habent abscondi non possunt. ergo talia non teguntur, non obumbrat ea caritas quae operit multitudinem peccatorum, non operit operum bonorum gratia, non abscondit multitudo uirtutum: quasi nuda et intecta produntur. non est enim in his qui dicat: sub umbra alarum tuarum protege me; crux enim domini omnes abolet atque abscondit errores. quis igitur magis operuit et texit quam

1 I Tim. 5, 24 17 Matth. 5, 16 19 I Petr. 4, 8 22 Psalm. XVI 8

2 praecedentia (ce *ex* ci) *P* subsequntur *PB''* subsequuntur *P''D'T* subsecuntur *RB'ACDL* subsequentur *P'* (v *s.* e *alt.*) *T* (que *in ras.*) *BO* 6 praeponderantur *RB'AP''B''T'* *et* (n *alt. s. u. m2*, ur *eras.*) *D* 7 quae *in ras. T*, quia et *RB'ACDP''T'* 8 acerbitate (u *s.* b *m2*) *P* 9 subsequuntur *P* (u *tert. s. u.*) *BP'B''D'* subsequentur *A* subsecuntur *cet.* 11 *et* 13 sequuntur *BPP'RB''D'T* secuntur *cet.* 12 hii *BRB'DD'L* 14 sequntur *P* sequuntur *BP'B''D'T'* secuntur *cet.* 16 bona facta *D'LT* 17 opera *P'D'* 18 quae (ae *ex* a) *P'* 19 alia *RB'ACD* *et* (*s. m2* talia) *T'* 21 quasi *BPP'B''D'O* quia *cet.* intecta *BPP'CDD'LT* intacta *cet.* 22 dicant *PRB'* 24 errores (es *ex* is) *P* operit *RB'AP'D*

sanctus Dauid, qui et alibi ait: et in umbra alarum tua-
rum speraui, donec transeat iniquitas, et sic dilexit
dominum, ut nimia caritate peccatum omne tegeret atque
absconderet. etenim si sanctus apostolus Petrus lapsum suum 684 A
confessione caritatis aboleuit et ille interrogatus a domino
dicente ei tertio: Simon Iohannis, amas me? ut quem
tertio negauerat tertio fateretur atque ita trino quodam dilec-
tionis uelamine lapsum trinae negationis absconderet: si quia
semel fleuit Petrus ueniam reportauit, quanto magis Dauid,
qui lauabat per singulas noctes lectum suum et lacrimis stra-
tum suum rigabat, cui erant lacrimae suae panis die ac nocte,
qui cinerem sicut panem manducabat et potum suum cum B
fletu miscebat! etenim si eius qui conuersus ingemuerit mi-
seretur Iesus, si Petrum aspexit et ille fleuit, quanto magis
qui diu fleuit a conspectu domini non recessit? negauit Petrus
et non fleuit, quia non respexerat Iesus: negauit secundo et
non fleuit, quia non respexerat dominus: negauit tertio, re-
spexit Iesus, et statim fleuit et fleuit amarissime. ideo Dauid,
qui semper flebat, dicebat: oculi mei semper ad domi-
num, qui semper uidebatur a Christo, dicebat: per exitus C
aquarum descenderunt oculi mei.

26 Sed iam etiam facta eius consideremus. quis non tantarum
laude uirtutum unius criminis obumbraret inuidiam? diuino

1 Psalm. LVI 2 6 Ioh. 21, 16 7 Matth. 26, 69 sqq. Luc. 22, 56 sqq. 10 Psalm. VI 7 11 Psalm. XXXXI 4 12 Psalm. CI 10 14 Luc. 22, 61 19 Psalm. XXIIII 15 20 Psalm. CXVIII 136

2 sperabi *P* sperabo *TT'* *et* (ui *s.* þọ) *O* e sic *P* 4 absconderet (et *ex* it) *P* sanctus *om.* *BP'D'O* apostulus *P* 6 iohannis (is *ex* es *m2*) *P'* 7 quodam *R* (o *ex* a, *s.* o *ras.*) quadam *B'* 8 abscondere *P* 11 panes *ACDP''D'LTT'* 12 cenerem *P* sicut] tāquam *D* putum *P* 13 fletu (u *ex* o) *P* 14 petrūș *P'* 17 dominus] ihs dns *RB'CDP''* *et* (ihs *eras.*) *AT* ihs *B''T'* 19 dicebat *s. u.* *T*, *om.* *RB'ACDP''* dicens *T* 20 qui *ex* quia *T*, quia *RB'ACDP''* 22 tanta *BP'D'O* 23 obumbraret (et *ex* it) *P* obumbret *BP'LO* *et* (*ex* obumbraret) *T*

electus examine statim probauit indignum se tanto non esse iudicio. processit in proelium et trepidantibus ceteris solus allophylum Goliam uerborum iactantia et inmanis corporis mole terribilem concurrenti simul fide ac uirtute prostrauit. unius fortitudo facta est uniuersorum uictoria. conferatur, si placet, priuatum crimen et triumphus omnium, mors unius
27 et tantorum quos liberauit a morte uita populorum. ueniamus ad alia. insidias patiebatur a rege; uitam eius quaerebat extinguere, sed dispositione diuina in eius rex potestatem traditus cum totus pateret ad uulnus, ferituris sociis Dauid sanctus occurrit et a corpore perituri uulnus letale detorsit dicens: n o l i t e t a n g e r e c h r i s t u m d o m i n i. quin etiam inimici illius ultus est mortem, flebiliter satis deplorauit interitum et debitum sibi imperium diu distulit, quod sciebat deo auctore deberi. quo solo docuit omnes homines non praeripiendum regnum, etiamsi debeatur, sed expectandum ut suo tempore deferatur. utinam hunc uirum imitati essent posteri! non tantas bellorum pertulissemus acerbitates. arguis quod unum occiderit, non consideras quod docuerit quemadmodum pax orbi Romano perpetua seruaretur. quam graui adhuc luimus uastitate, quam publico quodam totius orbis funere adpetiti necem regis exsoluimus? heu dura supplicia! inde adhuc

2 Reg. I 16, 12; 17, 3 sqq. 12 Reg. I 24, 7, cf. Paralip. I 16, 22 13 Reg. II 1, 14 sqq.; 5, 3 sqq.

1 non esse tanto *B''* non esse *om. CT, s. u. m2 D* 3 allophylum *RA* allofylum (f *ex* p) *P* allofilum *BP'CP''OT* allophilum *cet.* golian *RB'* inmani *R* 4 terrebilem *P* concurrenti *BPP'RB'B''D'O* et (i *ex* e) *LT* concurrentē *C* concurrente *cet.* 5 uictoria uniuersis *CDLT* 6 triumfus *BP* triumphos (v *s.* o) *P'* 9 potestate *BP'AD'LOT* 10 ferituris sociis] feritur issotiis *R* feritur in sotiis *B'* feritur his sotiis *AP''* uulnus separatus (-atur *B*) a sociis *BP'D'O* 11 sancto *BP'D'O* detorsit *BP'B''O* titursit *P* retorsit *cet.* 13 fleuiliter *PRB'* fideliter *BP'D'LO et* (*ex* fleuiliter) *T*, *om. B''* 15 deo (o *s. u.*) *P'* de *B* dno̅ *T* debere *P''O* non *BP'D'OT'* ad non *cet.* 17 essent (n *s. u.*) *P* 18 pertullissemus *B* acerbitates (b *ex* u *m2*) *P'* 19 quid docuerit *BP'D'O* 20 parş (x *s.* rş) orbi (v *s.* o) *B'* 21 uasstitate *RB'* urbis *RB'* 22 exoluimus *B* eu *B'* heu (h *s. u. m2*) *A* etu *R* et *CD* dira *B''D'* dura (*s. u. m2* ł dira) *T'*

nobis barbarus hostis insultat, dum parata aduersum se in nos arma uertuntur. sic uires ciciderunt publicae, sic Romana uirtus suis motibus fracta consenuit, dum publico rapitur parricidio, quod paternae sollicitudinis religione suscipitur. idque eo usque praecauit, ut cum Adoniam filium regnum sibi usurpare conperisset et serere conuentus, non eum qui prae-
8 ripere gestiebat, sed eum qui expectaret eligeret. saltabat ante 685 A
arcam domini potentissimus regum et, cum a proprio reprehenderetur uxore, quod denudatus esset ante faciem puellarum, respondit: coram domino nudabor adhuc et ero nugas ante oculos tuos, ut honorificetur inquit dominus, qui me pro patre tuo adsciuit in regnum, docens contuitum regalis potentiae non habendum, ubi religioni exhibetur obsequium. honestum est enim pro religione facere, etsi id incongruum potestati sit.

9 Specta aliud memorabile. parricida filius regnum patrium B
uiolenter inuaserat. cedebat primo pater eius furori et locum proelii declinabat, ut uel sic impius a furore resipisceret. bello quoque interesse noluit, rogauit ad proelium profecturos ut parcerent filio. securus erat uictoriae, qui rogabat ut parcerent, nec pietatis alienus, qui perire debere etiam inpium filium non putabat. fleuit et magno luctu deplorauit exitum parri-

5 Reg. III 1, 5 sqq. 10 Reg. II 6, 21 sq. 16 Reg. II 15, 1 sqq. 19 Reg. II 18, 5

1 aduersus *RB'ACDT'* aduersūs (s *alt. eras.*) *T* aduerse (*om.* se) *B''* 5 adoniam *D'L et D* (*in ras. m2*) *A* (ad *s. u. m2*) adorniam *P'* (ad *s. u.*, r *eras.*) orniam *B* (r *eras.*) *O* (r *exp. m2*) *T* (r *s. u.*) *RB'* oriam *PB''* oniam *CP''T'* 6 et *om. R* 7 ante *s. u. P* 8 potentissimum *RB'* 9 est *RB'ADP''*, *om. C* 10 nugas *PRB'C et* (x *s.* ş *m2*) *P''* nugax *DB''T'* nudans *BP'LO et* (dans *in ras. 3 litt.*) *T* nudus *A* ludens *D'* 11 ut *ex* et *P* 14 religione (li *s. u.*) *B* faceret *B'* 15 sit potestati *B''T'* 16 alium *RB'P''* patrium (i *s. u.*, *eras.*) *B* patrum (is *s.* um) *P'* patris *D'O* 17 furori (i *ex* e) *P'* et locum ... furore *om. P'D'* 18 ut (*s. u.*) resipisceret *P'D'* bellum (o *s.* um) *P* 19 profecturus *PRB'* 20 uictoriae *BP'DD'OT'* de uictoria *PB''* ex uictorię *P''* et uictoriae *cet.* rogabatur *RB'* 21 deberit *P* deberet *RB' et* (t *eras.*) *P'AT* deber& (e *s.* &) *P''* 22 lucto *P*

cidae dicens: filius meus Abessalom, quis dabit
mihi mortem pro te, filius meus Abessalom? uindi-
candum putabat eum qui pro paternae uindicta pietatis occi-
30 derat. quam uero iniuriae patiens et doloris! cedebat, ut dixi,
fili sui Abessalom furori uallatus dextra laeuaque ualidis bel-
latoribus, maledicebat ei uir, cui nomen Semei, cruentum
appellans et uirum sanguinis dignoque iudicio domini deiec-
tum esse de regno: sed ne talibus quidem mouebatur conui-
ciis, mouebantur autem comites eius. denique unus ex sociis
— Abessa nomen uiro — minitatus est quod iniuriae pretium
caput eius auferret. sed rex conuersus ad Abessa quid mihi
inquit et tibi est, fili Saruiae? ideo maledicit mihi,
quoniam dominus dixit illi, ut maledicat. quam
moraliter docuit quod iniuriarum uel periculorum nostrorum
tempora temptationum certamina et examina probationum sint
et ideo non sine diuino ea inrogari solere iudicio? exercetur
bonus athleta conuiciis, exercetur laboribus et periculis, ut
dignus sit cui deferatur corona iustitiae. et ideo ferenda pa-
tienter sunt quae putantur aduersa. denique et alibi ita
docet scriptura diuina dicente iusto: si bona accepimus
de manu domini, quae mala sunt cur non sustinea-
31 mus? et addidit sanctus propheta dicens: ecce filius

1 Reg. II 18, 33 3 Reg. III 2, 5 11 Reg. II 16, 10 17 II Tim. 4, 7 sq. 20 Iob 2, 10 22 Reg. II 16, 11 sqq.

1 abissalon *PP'* absalon *P''B''D'T'* abessalon *cet.* mihi dabit *RB'ACDP''LTT'* 2 *et* 5 abissalon *P'* absalon *P''B''D'T'* abessalon *cet.* 4 faciens *RB'* 5 fili *B* filii *cet.* 7 dignoque (que *s. u. m2*) *D* digno *T'* dei *O* (*corr.* dni) *T'* 8 ne talibus *BPP'B''D'LO et* (ne t *et* bus *in ras.*) *T* ętalibus *T'* (non *add. ante* mouebatur) et alii *CD* et alibi *cet.* 10 abisai *P'D'T* abissai (s *pr. s. u.*) *O* abysai *B''T'* abysa *L* minitatus *BPP'B''* minatus *cet.* 11 abessa *P* abisai *D'* abysai *T'* abysay *B''* abisan *P O* abessan *cet.* 12 inquit *in ras. T, post* tibi *transponit P'P''D, om. C,* ait *L* saruia *BRB'* 14 morabiliter *P'* morariliter *R* (ri *eras.*) *B'* 15 temptationum (ta *s. u.*) *P* 16 eo (a *s.* o) *P'* 17 atleta *R* adleta *B'* 20 accipimus *BO* accepimus (e *ex* i) *P'* suscepimus *P''T'* 21 sustineamus *PCP''B''D'LO* suscipiamus *T'* sustinemus *cet.*

meus, qui exiuit de uentre meo, quaerit animam
meam. si autem Iemineus maledicit mihi, dimitte
illum ut maledicat, quoniam dixit illi dominus,
ut uideat humilitatem meam, et retribuet mihi
dominus pro maledicto hoc. o altitudo prudentiae, o F
insigne patientiae, o deuorandae contumeliae grande inuentum!
moueris, inquit, Abessa, quod mihi maledicat extraneus, quem
parricidio petit filius? dominus dixit ei ut maledicat mihi. sed
2 non est maledicus dominus nec delectatur contumeliis. uide
quam singula diligenter custodiat. non accusat dominum quasi
auctorem iniuriae, sed magis laudat quod patiatur. nos minora
perpeti . . . ., ut maiorum ueniam peccatorum adipiscamur. ecce
uerborum contumelia parricidii leuauit aerumnam, absoluit
procacem, cuius maledicta plus prosint, quae diuina remune-
ratione donantur. quis secum talem non conpenset iniuriam, 686 A
ut quem homo laesit eum deus meliorum retributione soletur?
3 Alia quoque eius gesta consideremus. pugnauit aduersus B
progeniem gigantum, quando unus ex illis uersantem in proe-
lio regem paene percusserat, quos ausus tamen aduersarius
4 exceptae pretio mortis exsoluit. hoc quoque percepto uictae
gentis ferocis triumpho iterum in ualle Titanum bellum in-
mane suscepit, non minus aduersus hostem quam aduersus C
naturam. sitiens enim cum uersaretur in bello, quod biberet

17 Reg. II 21, 15—22 21 Reg. II 23, 13

2 iemineus *BP'AB''D'* iemnaeus *P* gemineum *C* gemineus *cet.* demitte *BP et* (i *s.* e *pr.*) *A* 4 retribuet (et *ex* it) *P* 7 abisai *P'B''D* abissai *O* 8 ei *s. u. m2 P'* tibi *RB'* tibi (*s. m2* michi) *A*, *om. T'* 9 maledictus *A* (ct *m2 ex* c) *B''* (t *del. m2*) 10 diligenter singula *LT'* costotiat *P* accusat (c *pr. s. u. m2*) *P'* quiasi (i *pr. eras.*) *R* 12 *lacunam indicaui; excidit fort.* non sumus parati; nolumus *add.* *AP''T'* 12 pectorum *B* adipiscamur peccatorum *CDLT* criminum uen. adip. *T'* 15 quis (s *s. u.*) *B* 16 dns *BP'D'LO et* (*ex* ds) *T* meliorem *B'* 18 gygantum *BP'* aduersantem *P'D'* proelio (e *s. u. m2*) *P* 19 poenae *RB'* 21 gentes feroces *BP'D'O* ferocis *om. B''T'* triumfo *BP* uallem *RB'AP'* in manu *RB'ACD* 23 uersarctur (r *pr. s. u.*) *B*

non habebat. **quis mihi potum** inquit **dabit de lacu qui est in Bethleem ad portas?** erat autem inter lacum et sanctum Dauid interfusus hostis et media hostilium saepta castrorum. praeciderunt tres uiri multitudinem aduersariorum et inpleuerunt aquam de lacu, qui erat in Bethleem, et optulerunt regi bibendam. sed rex noluit bibere et profudit illam domino — dignum etenim tanto munere fuit, ut quae erat uiuidae uirtutis insigne fieret pietatis sacrificium — dixitque D dignam prophetico spiritu sententiam: **non contingat mihi hoc facere, ne sanguinem uirorum qui abierunt ex animis illorum bibam.** uicit ergo naturam, ut sitiens non biberet, et exemplum de se praebuit, quo omnis exercitus tolerare sitim disceret. exercuit etiam subditos ad uirtutis officium, ut etiam per pericula regali imperio uoluntarii milites obtemperarent. quod autem noluit bibere declarauit probandorum militum se imperasse gratia, non sitis uictum E necessitate, prospexisse etiam ne cui regum bibendi usus alienis periculis quaereretur, postremo piae uulnus conscientiae deprecatum, eo quod aqua tot uirorum quaesita sanguine suauitatem bibendi habere non posset, quae propositae mortis

35 horrore constaret. quod si altius uelis spectare et introspicere mysterium, sitiebat Dauid non aquam de lacu, qui est in Bethleem, sed oriundum ex uirgine Christum in spiritu prae- F

1 Reg. II 23, 15 4 Reg. II 23, 16 sqq. 9 Reg. II 23, 17

1 non (n *alt. s. u.*) *P* habebant *B et* (n *exp.*) *P'* potum inquit *BPP'B''D'O* inquit potum *cet.* 2 bethlem *BP* betlem *P'* autem *BPP'B''D'O* enim *cet.* 3 hostalia *RB'* hostilia *ACDP''* hostiliū *T* (ū *ex* a) *T'* (ū *in ras. m3*) 5 bethlem *BPP'* obtulerunt *P'* 7 erat ut uide *RB'* 8 insignee (e *alt. del. m2*) *P* 10 sanguine *PRB' et* (-ē *corr.*) *P'* habierunt *P* 11 exanimis (is *ex* es) *P'T* exanimes *D'LO* 12 de se *BPP'B''D'L et* (de *in ras.*) *T, om. O,* ex se *cet.* 13 tollerare *PB'* subditus *P* 15 declarabet *P* 16 se] si *RB'* 17 usus (u *pr. ex* ui) *PT* 19 uiroru *P* suauitatem (u *pr. s. u.*) *B* 20 posset (e *ex* i) *T m1 T' m2* possit *ACDP''* 21 horrore (r *pr. s. u.*) *P* uelis (is *s. u.*) *P* uellis *B'* 22 aquam] quam *P'L* 23 bethlem *BP'*. uriundum *P* in *om. RB'ACDP''T*

uidebat. uolebat ergo bibere non aquam fluminis, sed potum gratiae spiritalis, hoc est: non aquarum sitiebat elementum, sed sanguinem Christi. denique non bibit oblatam aquam, sed domino fudit significans sitire se Christi sacrificium, non naturae fluentum, illud sacrificium, in quo esset remissio peccatorum, illum sitire se fontem aeternum, non qui periculis quaereretur alienis, sed pericula aliena depelleret.

36 Tot igitur operibus tam mirandis unius sanguinem tectum non credimus? merito uox sanguinis Abel iusti clamabat ad dominum, quia nullis Cain impius bonis operibus tegebatur, quia parricidalis erat, quia non confitebatur flagitium, sed 687 A negabat. Dauid uero occiderat quidem uirum minime reum, sed occiderat non studio crudelitatis inpulsus, sed ut obumbraret pudorem, tegeret uerecundiam concupiscentiae. non audeo dicere quod ui criminis fuerit oppressus — neque enim oppressus est qui sciuit quemadmodum a ruina illa peccati se posset leuare —, dico tamen quod ui temptationis inflexus sit. dixerat enim supra: p r o b a m e, d o m i n e, e t t e m p t a m e, u r e r e n e s m e o s e t c o r m e u m et alibi: e g o a u t e m B d i x i i n m e a a b u n d a n t i a : n o n m o u e b o r i n a e t e r n u m et: i g n e m e e x a m i n a s t i, e t n o n e s t i n u e n t a i n m e i n i q u i t a s. uoluit eum subiacere dominus temptationi, ne supra hominem sibi aliquid adrogaret; nam u i r t u s i n i n f i r m i t a t e c o n s u m m a t u r. neque enim cruento fecit affectu: nihil

6 Psalm. XXXXI 2 9 Gen. 4, 10 11 Gen. 4, 9 18 Psalm. XXV 2 19 Psalm. XXVIIII 7 21 Psalm. XVI 3 23 II Cor. 12, 9

1 uolebat *om.* *BO* *et qui* desiderabat *add. post* bibere *P'* *m3* *D'* 2 elimentum (e *s.* i *m3*) *P'* 7 sed qui *AT'* depellere *RB'* 8 sanguine *B* *et* (*corr.* -is) *T* 9 clamabat *BPP'B''D'O* clamat *cet.* 10 dnm *BPP'DB''D'O* dm̄ *cet.* impius *PP'B''* impii *cet.* 13 crudelitatis studio *L* *et* (studio *s. u.*) *T* 15 obpressus *RP'* neque enim oppressus est *s. u.* *m2* *B'* 16 obpressus *R* 17 possit *RB'* 20 abundantia (dan *s. u.*) *P* 21 et *ante* non *om.* *RB'*, *s. u.* *A* 22 eum] enim eum *P'* (eum *s. u.* *m2*) *T* (enim *s. u.* *m2*) *LO* enim *AB''D'T'* eum dominus subiacere *DL* dominus eum subiacere *T'* subiacere eum dominus *D'* dominus *s. u.* *P'* 24 consummatur *BPRB'AP''T'* perficitur *T* (*in ras.*) *cet.*

minus sancto prophetae adscribi potest, qui etiam uita dece-
dens suprema uoce conuenit Solomonem filium, ut innocentem
sanguinem a se tolleret, quem fuderat dux eius exercitus Ioab, C
quando Abenner, cum de ineunda societate tractaret, dux
licet aduersarii agminis insidiis adpetitus occubuit. quem fleuit
et post lectum eius ambulans depositis infulis potestatis
exsequiarum iusta curauit. quo facto docuit etiam aduersariis
fidem promissam esse seruandam, honorandam quoque et in
hoste uirtutem. nonne tam mitis suae hereditate pietatis etiam
37 huius naeuum detersit erroris? quam praeclarum autem quod
tribus sibi oblatis condicionibus, quam uellet eligeret, quando D
numerato populo contraxit offensam, cum propositum esset
utrum triennio famem super terram fieri uellet aut tribus
mensibus fugere a facie inimicorum suorum persequentium se
aut triduo mortem fieri in terra, tertium elegit, quod domini
mallet se quam hominum committere potestati; dominus enim
cito miseratus ignosceret. itaque sic ait: angustiae mihi
sunt ualde in his tribus, sed magis incidam in
manum domini, quoniam magna est misericordia E

1 Reg. III 2, 5 sq. 2 Reg. II 3, 28 3 Reg. II 3, 27 6 Reg. II 3, 31 10 Reg. II 24, 12 sq. Paralip. I 21, 11 sq. 17 Reg. II 24, 14 Paralip. I 21, 13 sq.

1 sancto] spo *B* spui *P'* (i *postea add.*) *O* (i *s. u. m2*) spiritui *D'* potest (st *in ras.*) *P* 2 supprema *PP'RB'AP''DT* solomonem *BP* salomonem *cet.* 3 ioab (b *ex* h *ut uidetur*) *B* 4 abaenner *P* (a *alt. del.*) abenner *R* (en *eras.*) *B'* abner *cet.* ineunda *B''D'T'* *et* (in *s. u. m2*) *D* adeunda *BP'LO* *et* (ade *in ras. m2*) *T* eunda *cet.* tractarit *P* 5 obcubuit *P* 6 lectum *scripsi* (κλίνην *LXX*) luctum *BPP'B''D'LO* *et* (luc *in ras.*) *T* feretrum *T'* fletum *cet.* est (*om.* eius) ambolans *P* 7 exsequiarum *PRB'CB''T'* exequiarum *cet.* iusta (b *s.* i) *P'* busta *D'* lustra (r *s. u.*) *A* (*in mg. m2* busta) bella *T'* aduersarius *B'* 9 honeste *B* (ne *eras.*) *C* non tam *PB''* mitis *PB''* miti *cet.* hereditatem *P*, *fort.* mitis suae hereditatis pietate etā *P* 10 deterrit *R* 11 ut quam *L* elegeret *B* 13 uellit *RB'* uellet *A* (l *pr. s. u.*, et *ex* it) uelit *P''* *et* (*m2* uellet) *D'T* aut *BPP'B''D'O* an *cet.* 14 fugeret *BPP'B''D'O* *et* (t *s. u.*) *T* 15 tertium *B''*, *om. cet.* 17 sunt mihi *D'* 19 manu *P''T'* manus *LT* quoniam *ex* quam *B'* quia *T'* misericordia magna est *BP'D'O*

eius ualde, quam in manus hominum incidam. hac
humilitate prudentia mansuetudine fecit, ut uerbis scripturae
utar, habere dominum propriae commotionis paenitentiam.
denique sic scriptum est quia paenitentiam habuit
8 dominus super malitiam. quam uero etiam illud
admirabile, quod angelo ferienti plebem se obtulit dicens:
grex iste quid fecit? fiat manus tua in me et in
domum patris mei! quo facto statim dignus sacrificio iudicatus est, qui absolutione aestimabatur indignus. nec mirum F
si tali sua oblatione pro populo peccati sui adeptus est
ueniam, cum Moyses offerendo se domino pro plebis errore
etiam plebis peccata deleuerit.
9 Texit igitur peccata sua an non? sed quis hoc neget, cum
hic ipse docuerit propheta quod remittantur iniquitates,
tegantur peccata, non inputentur a domino? peccatum remissum
sibi ipse docuit, sicut scriptum est: delictum meum 688 A
agnosco et iniustitiam meam non operui. dixi:
pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino, et tu dimisisti inpietatem cordis mei. si dixit
pronuntiabo et ueniam meruit antequam pronuntiaret,
quanto magis, ubi de se pronuntiauit dicens: iniquitatem
meam ego agnosco, remissum est ei omne peccatum.
licet specialiter de hoc et Nathan propheta responderit: et

4 Paralip. I 21, 15 Reg. II 24, 16 7 Reg. II 24, 17 Par. I 21, 17 8 Reg. II 24, 25 16 Psalm. XXXI 5 21 Psalm. L 5 23 Reg. II 12, 13

1 eius *PB''* illius *cet.* incidam hominum *DB''* haec *R* (e *eras.*) *B'AP''T'* 3 ut̃ *R* utrum *A* usus *P''* dm̃ *P'D'LT* 8 domo *BP'D'O* 9 aestimabitur *B'* 10 ablutione *AF''* obiectione *T'* 11 pro plebęs (i-*s.* ę) *P'* 12 deluerit *RB'* dilueret *A* diluerit *CDP''T'* 13 igitur *in mg. P'* 14 hic *s. u. T*, *om. RB'ACDP''* 16 edocuit *B'AD* *uerba* sicut ... operui *transponit post* cordis mei (*u. 19*) *P' siglis* ·/. *supra* sicut *et* dixi *additis* 18 aduersum me *s. u. T*, *om. CD* 19 dimissisti *P* 22 enim meam *LT* agnosco (s *s. u.*) *P* *post* agnosco *add.* et delictum (peccatum *T'*) meum contra (coram *D*) me est semper *RB'ACDLTT'* 23 natham *BP* propheta *om. BP'D'O* et dominus traduxit (*ex* transuxerit) *s. u. m2 P'*

40 dominus traduxit peccatum tuum. ergo et remis- B
sionem meruit iniquitatis et texit caritate atque operuit
peccata sua et texit operibus bonis. nec inputatum est ei
peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiae, sed lapsus
erroris. deinde quia non fuit inprobitatis aestus, sed umbra
mysterii. et tamen confessus est delictum suum, agnouit
iniquitatem, uidit lauacrum et uidit et credidit. dilexit multum,
ut nimia caritate tegere quemuis posset errorem.
8, 41 Sed iam se ipse defendat; nam quinquagensimum psalmum C
ad eam scripsit historiam. et cum priorum gestorum suorum
historiam subiecerit, ut de proditione Doec Syri, cuius est D
titulus in psalmo quinquagensimo primo, et Ziphaeorum, quae
conprehendi titulo uidetur psalmi LIII, istam quae posterior
est praemisit historiam, cum Doec ante prodiderit uel Ziphaei
quam regnum Dauid propheta susciperet, quandoquidem regem
Saul fugiens adhuc per diuersa secreta exul errabat, Bersa-
42 bee autem iam cum regnaret accepit. cur ergo secundum

7 Luc. 7, 47 11 Psalm. LI 2 12 Psalm. LIII 2 16 Psalm. LI 2

1 transduxit *PB''T'* transtulit *D'* traxit *C* 2 texit (t *pr. s. u.*) *P* a caritate *RB'* 3 et *om.* *BP'D'LO* *et* (t *pr. in* texit *in ras.*) *T*, atque operuit *et* texit *om.* *T'* est *om.* *B'* 5 inprobitatis (is *ex* e *m2*) *P'* 6 misterii *P* 7 lauachrum *RB'* direxit *P* multum multum *B* (*alt. del.*) 8 tegeret *P* *et* (t *alt. s. u. m2*) *A* tegere *B''* (e *ult. in ras.*) quemuis *B* (quemuis *del. m1*) quamuis *P'* (*exp.*) *B'* quauis (a *ex* â) *A* quēuis *ex* quaeuis *uel* quauis *P''* 9 iam se ipse *T* ipse iam *T'* (iam se *m3*) *P''* quinquagensimum *BRB'* quinquagesimum *cet.* 10 suorum *om.* *P'D'* 11 historiam *om.* *B'* subiecerit *P''* (e *s.* i *alt.*) *T* (*ex* subiceret) subieceret *RB'* subiceret *ACDT'* 11 doec *BP'RB'D'* dohec *P* (*qui desinit in hoc uerbo; cetera exciderunt*) *T* dohaec *A* doech *cet.* 12 quinquagensimo primo *B* LI *R* L. I. *A* licet (*om. deinde* et) *B'* L^mo primo *P''* quinquagesimo primo *cet.* zyfeorum *BP'RL* zypheorum *O* zifeorum *B'P''T* zafeorum *B''* zipheorum *D* (i *ex* y *ut uidetur*) *cet.* 14 doec *BP'D'* doaec *A* dohec *T* doech *cet.* ziphaei *B''* *et* (zi *ex* ze) *P''* zyfei *BP'O* zyephaei *RB'* zyphei *D'* zyphaei *T'* ziphei *AD* zifei *CT* zifaei *L* 15 susciperet (i *ex* e) *B* susceperit *O* 16 bersabe *B* bersabeę *P'RB'C* bersabee *O* betsabeę *AT* bethsabeae *P'T'* bethsabee *D* (beth *m2 in ras.*) *cet.* 17 cum iam *B''D'L*

gestorum ordinem psalmorum quoque ordo non quadrat? F quia non tam ordinem ordini quam mysterium gestis uoluit conuenire ideoque numerum remissionis aptare huic uoluit historiae. quinquagensimus enim numerus remissionis est numerus, sicut in euangelio dominus ipse nos docuit dicens: duo debitores erant cuidam faeneratori. unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. non habentibus illis unde redderent donauit utrisque. quis ergo eum plus diligit? et in lege habes quia iubeleus dicitur numerus quinquaginta annorum recursus F celebrabilis admodum, quo debita uacuantur, confirmantur Hebraeorum libertates, possessionum refusiones. hunc numerum laeti celebramus post domini passionem remisso culpae totius debito chirographoque uacuato ab omni nexu liberi et suscipimus aduenientem in nos gratiam spiritus sancti: die pentecostes uacante ieiunio laus dicitur deo, alleluia cantatur. denique et puellae pater illius, quae per uim concubitus nulli 689 A desponsata pertulerit, quinquaginta didragma argentea accipit, ipsa autem in coniugio permanebit. hoc ergo numero etiam uitia uertuntur in gratiam. magnus igitur psalmus, quo docemur quemadmodum agenda paenitentia sit.

6 Luc. 7, 41 sq. 9 Leuit. 25, 10 sq. 17 Deut. 22, 28 sq.

2 eșț (x *s.* șț) gestis *P′* ex gestis *D′* 3 huic uoluit historiae *BP′D′O* uoluit huic (uhic *R*, hic *B′*) historiae *cet.* 4 quinquάgensimus *BRB′* quinquagesimus *cet.* 8 reddere *RB′* utrique *B* 10 iubileus *LT′* 11 uacuantur *BP′B′D′LO et* (*in ras.*) *T* celebraḅạntur *C* caelebrantur *RB′* celẹbrantur *T′* (*s. m2* ł uacuantur) *ADP″* 12 haebreorum *B* 13 remissi *B* remisso (o *ex* i) *P′* remissio *P″B″C et* (i *alt. eras.*) *T* remissione *T′* 14 cirografoque *B* cirographoque *O* (o *pr. m2 ex* e) cirographorum *B″* cyrographoque *cet.* suscepimus *RB′CP″* 15 pentecosten *BP′D′ et* (n *alt. exp.*) *O* 16 uacante ieiunio *BP′D′O* uacant a (a *s. u.*) ieiunio *D* uacant (uacuant *T*) ieiunia *cet.* aleluia *B* 17 puellam *RB′AP″* puella *D* propter puellam *T′* · *fort.* concubitum 18 disponsata *A* (e *s.* i) *BP′RB′CD* didragmata *P′* (ta *s. u.*) *DD′* didragmas *AC* argenti *A* argenteas *C* accipit *B″D′LTT′ et* (i *pr. ex* e) *BP′* accepit *cet.* accipiet *α*

43 Miserere mei inquit, domine, secundum magnam misericordiam tuam. et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. in multum laua me ab iniustitia mea et a delicto meo munda me. quoniam iniquitatem meam ego [B] agnosco et delictum meum contra me est semper. tibi soli peccaui et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas, cum iudicaris. ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea. quis nostrum etiamsi confiteatur delictum suum, non perstringendum potius quam repetendum putet? quis secundo repetat aut tertio? uide quot uersibus tantus propheta peccatum suum resonet, quam nullus uersus sine confessione delicti sit. congessit omnia [C] simul iniquitates suas et iniustitiam personando iungens delicta peccatis atque ea saepe repetendo merito magnam misericordiam poscit, nec solum magnam misericordiam, sed etiam multitudinem miserationum. quod ergo peccatum talis non diluat deploratio, quam culpam precatio huiusmodi non emundet? ille pro uno peccato miserationum multitudinem deprecatur, nos pro pluribus peccatis uix semel eius misericordiam credimus obsecrandam. deinde legimus quia in [D] uirtute sua magna et bracchio suo excelso populum suum de terra Aegypti liberauit, quando transduxit eum per mare

1 Psalm. L 3—7 23 Psalm. CXXXV 11 sqq.

1 *ante hunc uersum in B'' haec leguntur*: EXPOSITIO S̄C̄Ī AMBROSII IN PSALMO QUINQUAGESIMO inquit mei *B''D'T'* 6 coram *P'CD'T'* 11 praestringendum *BD'LT* perestringendum *P'* 12 qui *BRB'A* quis (s *s. u.*) *P'* quam *LT* 13 quod *BRP'' et* (*s.* quot) *A* tantus *om. BP'D'O* propheta *s. u. P'* 14 sine *s. u. m2 P'* congessit *P* (n *s. u.*, ssit *in ras.*) 15 iniustitiam *BP'AB''D'O* iniustitias *cet.* 16 merito ... poscit *om. BP'D'O* 17 nec solum] non solum *D'O, s. u. m2 P', om. B* 18 *post* multitudinem *add.* promeruit *P'* (*s. u. m2*) *D'O* 19 huiusmodi *BP'B''DD'LO et* (huius *ex* eius) *T* eiusmodi *cet.* 20 peccato] delicto *RB'ACP''LTT'* 23 sua *B, om. cet.* et *BP'B'CB''D'O* et in *cet.* bracchio *B* brachio *cet.* 24 transduxit *BP'OT' et* (ns *eras.*) *B''* traduxit *cet.*

rubrum, in quo fuit figura baptismatis. si ergo uirtus magna in figura fuit sacramentorum, quanto magis in ueritate eorum magna misericordia est. recte quoque illic poscitur misera-
44 tionum multitudo, ubi multitudo peccantium est. *in multum laua me ab iniustitia mea et a delicto meo munda* E *me.* non tam saepius quam plenius lauari petit, ut conceptam sordem possit eluere. nouerat secundum legem pleraque <qui>dem mundandi esse subsidia, sed nullum plenum atque perfectum. ad illud ergo perfectum tota intentione festinat, quo iustitia omnis impletur, quod est baptismatis sacramentum, sicut ipse docet dominus Iesus. nam cum uenisset ad Iohannem, ait Baptista: *ego a te debeo baptizari, et tu uenis ad me?* respondit dominus: *sine modo; sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* sed posteaquam F baptizatus est Christus et spiritus sanctus super eum tamquam columba descendit et pater filium signauit e caelo, iustitia omnis impleta est. ideo propheta dicit: *in multum laua me ab iniustitia mea;* grandis enim squalor et macula
45 non exiguo, sed multo aufertur lauacro. quod si quis aliter accipere uult, potest ita suum formare intellectum. mundat 690 A sermo diuinus, mundat nostra confessio, ille dum auditur, ista dum promitur; mundat bona cogitatio, mundat honesta operatio, bonae quoque usus conuersationis. his mundatus unusquisque facilius haurit et tamquam in se rapit splendorem

1 I Cor. 10, 2   4 Psalm. L 4   12 Matth. 3, 14   13 Matth. 3, 15   14 Matth. 3, 16   17 Psalm. L 4   23 Iac. 3, 13

2 fuit in figura *LT'* fuit in figura fuit *D*   7 pleraque quidem *scripsi* plena quaedam *BP'B''D'O et* (quaedam *ex* quidem) *T* quaedam *L* plena quidem *cet.* plura quidem *a* pleraque *tacite Maurini*   10 quo *BP'D'LOT''* in quo *T* (in *eras.*) *cet.*   12 baptiszati *B*   14 docet *B*   postea quando *P'D'*   16 e *BP'B''D'O* de *cet.*   17 omnis (i *ex* e) *B*   20 formare suum *P'D'*   22 honesta] bona *D'T'*   23 bonae] bene *P'D'* boni *RP'AP''* bonę (ę *ex* i) *T*   mundatur *BP'D'*   24 hauriet *B* haurit (h *et* t *s. u.*) *P'*   et tamquam *BP'B''D'LO et* (*ex* etiam suum) *T* et infusū (infusū *in ras. m2*) *D* et etiam *T'* etiam suum *C* (*in mg. m2* sensuum) *cet.*

gratiae spiritalis. denique non una infusione uelleris statim
pretiosus fucus inradiat, sed primum suco ignobili uellus
inficitur, deinde aliis atque aliis sucis naturalis eius species B
frequenter eluitur et diuerso saepius colore mutatur ac sic
postea uelut plenioris lauacri adhibetur infectio, ut purpurae
uerior atque perfectior fulgor inrutilet. sicut igitur muricum
plurimum in purpurae infectione ita in lauacro regenerationis
miserationum est multitudo caelestium, ut iniquitas deleatur.
itaque qui in multum lauatur ab iniustitia mundatur et a
delicto et peccandi quandam inolitam studiis ac moribus
deponit habitudinem et obliuiscitur qualitatem. et bene lauatur C
ab iniustitia uel iniquitate, quae maior est, emundatur a
delicto, quod minus est.

9,46 Ideoque addidit: quoniam iniquitatem meam ego D
agnosco et delictum meum contra me est semper.
non mediocre est, ut agnoscat unusquisque peccatum suum.
ideoque et supra ait: lapsus quis intelleget? id est quis
est tantus ut intellegat? quomodo illud: quis habitabit
in tabernaculo tuo aut quis ascendet in montem
domini? non utique nullus, sed rarus; qui enim potest
agnoscere potest declinare, potest quid sequatur eligere. E
plerique in suis lapsibus gloriantur et putant ea laudi esse
quae crimini sunt, si alienum coinquinauit torum et pudicae

14 Psalm. L 5 17 Psalm. XVIII 13 18 Psalm. XIIII 1 XXIII 3

2 praetiosus *P'* (u *ex* o) pretiosum *C* focus (v *s.* o) *P'* fucus (s *s.* f) *O* sucus *D et* (*in quo* sucus pretiosus) *T'* succus *P''L*, *om.* *C* ignobili *T* (ignob *in ras.*) *T'* (*in ras.*) in ouili *RB'ADP''* 3 sucus *B* sucis (i *ex* o) *P'* fucis *T'* 4 eliditur *BO et* (v *s.* id) *P'* eluditur *D'* diuerso (i *s. u.*) *B* 6 perfectior *B* (r *alt. s. u., sed eras.*) irradiet *B'* 7 plurimum *BP'D'O* plurimorum *cet.* 9 in multis *BP'B''D'O* multum *LTT'* et a *BP'D'O* a *cet.* 12 iniquitatem (m *eras.*) *B* a] et a *P'D'* 16 unus (*om.* quisque) *RB'* 17 intelleget *RB'* intelleg.t *P''* (i *eras.*, e *s. ras.*) intellegatur *C* intellegit *cet.* 18 habitauit *RB'* 19 ascendit *BRB'AP''* ascendet (et *ex* it *m2*) *P'* requiescet (in monte) *CT'* 22 plerique . . . crimini sunt uidelicet (*ante* si) *infra in mg. m2* *P'*, *eadem in textu* *D'* 23 criminis *RB'ACP''T'* quoinquinauit *RB'P''T*

feminae expugnauit affectum, si uiduae propositum aliqua
fraude mutauit: alius nece hominis, latrocinii insidiis et rapto
uiuere putat esse uirtutis: nonnulli circumuenire ac fallere
arbitrantur esse sapientiae. ex his nullus potest dicere:
quoniam iniquitatem meam ego agnosco, sed ille
qui potest dolere quod fecerit, condemnare quod deliquerit,
quem sua uitia conpungunt. unde et propheta ait: quae F
dicitis in cordibus uestris et in cubilibus uestris
conpungimini. plerique equorum cum ceciderint, se iactare
consuerunt et quos casus non laeserit iactando se debilitantur
et franguntur. alii, qualis Graecorum equorum fertur natura,
cum uel in certamine curuli elisi fuerint uel fortuito ceciderint,
nequaquam se mouere consuerunt et quandam tenent quietis 691 A
et patientiae disciplinam. his si casus non nocuit, quies
prodest; certe non acerbatur offensio. nonne mutis animalibus
deteriores aestimandi qui se in flagitiis suis iactant et putant
insigne esse uirtutis ubi lapsus est criminis? ideo quasi muto
47 dicitur iumento: peccasti, quiesce. unde pulchre addidit:
et delictum meum contra me est semper. insipiens
enim delectatur erroribus suis et nouis uetera obumbrando B

1 Iob 24, 3 2 Ouid. Met. I 144 5 Psalm. L 5 7 Psalm. IIII 5 18 Gen. 4, 7 19 Psalm. L 5

2 nece *ex* noce *P'* necem *RB'P''B''LTT'* insidiis *BP'D'O et* (-is *m2 in ras.*) *D* insidias *cet.* 3 uirtutes *BP' et* (i *s.* ę *m2*) *O* 4 sapientiae *BP'B''D'O* sapientum *C* sapientiam *T'* (ł e *s.* am *m2*) *cet.* 5 ego *om. BCT, s. u. m1 B'', m2 D* agnosco (s *s. u.*) *B* 6 qui *s. u. m2 P'* condempnare *P'RB'* diliquerit *B et* (*corr. m1*) *P'* dereliquerit *A* 7 suae uitiae *R* (e *bis eras.*) *B'* 9 conpungemini *B* equorum *BB''O* e*orum (c *eras.*, qu *s. ras.*) *R* ęcorum *B'* eorum *P'D'* namque eorum *cet.* 10 consuerunt *BP'B''D'O* consueuerunt *cet.* et (t *s. u. m2*) *B* laeserit *RB'ACDP''T'* laeserunt *LT* laeserint *B* (n *exp.*) *cet.* iactandos et *R* (*corr. m1*) *B'* se iactando *B''* debilitantur *BP'O* debilitant *cet.* 11 franguntur *LT* frangunt *cet.* aliis *P'* (s *eras.*) quale (is *s.* e) *P'* 12 currili (i *pr. ex* u) *B* curruli *P'P''D'O* fortuito (v *s.* o *alt.*) *P'* fortuitu *CP''B''D'LTT'* fortuiti *D* 13 consuerunt *BP'B''DD'O* consueuerunt *cet.* 15 prod·est *B* aceruatur *P'B''D'L* 17 criminis (s *ex* bus) *P'*

peccatis se existimat adiuuari ideoque exultat in crimine. at uero sapiens aduersum se iudicat esse delictum suum et tamquam hostiles acies ita lapsus culparum suarum aduersantium modo sibi arbitratur obsistere. quidquid personuerit, quidquid increpuerit, culpa ei propria semper occurrit: quidquid fuerit dictum aut lectum in se dictum putat: quidquid intenderit, se nutu, se oculis signari putat. si epuletur, si cogitet, si oret ac deprecetur, ante oculos eius semper error est proprius et momentis omnibus culpa pulsat conscientiam nec quiescere nec obliuisci sinit. uelut grauis censor exagitat se terrore perpetuo. omnia igitur aduersa habet qui ipse sibi displicet, ipse sui accusator, ipse sui testis est, nec inuenit quo fugiat qui ipse se perurget et stimulat. sed hoc bonae mentis est uulnus sentire peccati. nam qui expertes doloris sunt non sentiunt uulneris acerbitatem, quod est inmedicabilis aegritudinis: qui autem dolore aliquo punguntur sicut doloris sensu non carent ita non carent etiam sanitatis profectu. ubi enim doloris sensus ibi etiam sensus est uitae; sentire enim uitalis uigoris ac muneris est. unde et ille qui errorem suum non agnoscit insanit furit desipit, qui autem agnoscit utique resipiscit, non respuit remedia sanitatis, sed se ipse restringit, paenitet eum culpae, de ipsa semper cogitat et cogitando se ipse condemnat; iustus autem in primordio sermonis

15 Ouid. Met. I 120 23 Prouerb. 18, 17

1 exestimat *RB'* adiuuari (ri *ex* re) *B* at *ex* ad *B* ad *RB'* 3 hostiis *RB'* hostilis *AC* culparum suarum lapsus *B''* 4 sibi modo *OT'* personauerit *R* persona iuuerit *B'* 5 quidquid *pr.*] quid *RB'* perincrepuerit *P'D'O* 7 se nutu se *BP'D'O* sese notis *P''* se notis *CB''* notis se *D* sese dotis propriis (*om.* oculis) *T'* se notis se *cet.* 11 sed errore *B* se terrore (t *in ras.*) *P'* 12 sui *pr.*] sibi *P''T'* 13 qui] quia *CDLT* quippe (*om.* ipse se) *R* quippe *B'* se perurget] perurguet *CP''* se purget *A* semper urget *O* 14 est *om.* *P'D'* experteis *R* (i *eras.*) *B'* 16 aliquo dolore *LTT'* 17 sensu ita (ita *s. u. m2*) non carent non carent etiam *T* sensu ita etiam non carent *L* sensu carent ita etiam *D* 21 sed (*s. u. m2*) se *T'* se (*om.* sed) *CDB''*, se *om. cet.* 22 paenitent *RB'C* 23 ipsa *RB'ACP''* ipsā *T* autem *BP'B''D'LO* et (*s. u. m2*) *T*, *om. cet.*, enim *α*, *recte puto*

accusator est sui. qui se accusat iustus est; qui iustus E est sobrius est, sanus est. iustus fauere sibi nescit, rigorem iudicii etiam circa se non nouit inflectere, recordationem lapsus proprii perhorrescit et commissum erubescit errorem, omnem eius memoriam pauet metuit reformidat; grauem <se> sibi iudicat, se ipsum arbitrum refugit nec sese sibi audet committere, quod nullum putat sibi esse grauiorem quam eum quem latere non possit, fallere non queat, fugere ac uitare non reperiat, nisi ut se sibi abneget et domini crucem F tollat.

Magna uis obnoxiae conscientiae, magna supplicia. timebant Eua et Adam et, cum domini uocem in paradiso ambulantis audirent, cupiebant se abscondere, quos nemo quaerebat. Cain quoque metuebat, ne omnis eum quicumque inueniret occideret. ita in se ferebat ipse sententiam, quod dignus esset cui nullus ignosceret. unde bene ait: et delictum meum contra me est semper, hoc est: sine interuallo aliquo recordatio et species ipsa mei me erroris inpugnat. considera quomodo nos confundat, cum aliquid deliquimus, quomodo

9 Matth. 16, 24 Luc. 9, 23 11 Gen. 3, 8 13 Gen. 4, 14

1 sui est *RB'AP''LTT'* qui iustus est *om.* *BP'DD'O* 2 sobrius est et *RB'ACDP''LT* faueri *BP'* 4 percrrescit *RB'CT* commissum (o *ex* u) *B* erubescit (e *alt. ex* i) *B* 5 greue *RB'* graue *ADP''T* graua *C* se sibi *scripsi* sibi se *α*, se *om. libri* 6 sese *P'* (*ex* esse) *D'O* esse *BT'* se *cet.* 7 sibi putat *RB'ACDTT'* 8 quaeat *B* ac *BP'B''D'O* aut *cet.* 9 ut se sibi abneget et domini crucem tollat (ut s. s. abn. et xpm sequatur *T'*) magna uis obnoxiae conscientiae (conscientiae obnoxiae *B''*), magna supplicia. timebant *omnes praeter BP'D'O, in quibus haec leguntur:* ut se obnoxium conscientiae fateatur. magna supplicia timebant 11 subplicia *B'* 12 adam et eua *LT'* euua (u *pr. eras.*) *B* ambulantis *BP'D'O* deambulantis *cet.* 14 metuebant (n *eras.*) *R* nọṇ (e *s.* ọṇ *m3*) *P'* omnis (i *ex* e) *B* 15 ferebat in se ipse *B''* in se ipse ferebat *T'* 17 coram *C et* (*s.* ł contra) *B''* alico *RB'* 18 mei *s. u.* *B* terroris *AP''LTT'* inpugnant *RB'CT'* considerat *BP'O* 19 deliquimus *BP'O* delinquimus *C* (n *s. u.*) *cet.*

incurset oculos, quomodo in memoriam semper recurrat.
quem commissi pudet nescit aliquid postea tale committere, 69
49 unde similiter erubescat. praecedit autem iniquitas, peccatum
sequitur. radix est iniquitas, fructus autem radicis est culpa.
unde uidetur iniquitas ad mentis inprobitatem referri, peccatum
ad prolapsionem corporis. grauior iniquitas tamquam materia
peccatorum, leuius peccatum. denique iniquitas per lauacrum
remittitur, peccatum tegitur bonis factis et tamquam alis
operibus obumbratur. unde bene supra hic ipse ait: beati, B
quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta
sunt peccata. caritas enim abscondit errorem et operit
multitudinem peccatorum. multa quoque caritas remittit
etiam ipsa peccata, sicut scriptum est de muliere, quae super
dominum fudit unguentum: remissa sunt peccata eius
50 multa, quoniam dilexit multum. sunt etiam qui acci-
piant priorem uersiculum de lauacro esse, secundum de
paenitentia. qua gratia etiam Petrus, qui ante fuerat bapti- C
zatus, interrogatur, postquam uisus est dominum negasse:
Simon Iohannis, diligis me? dicit ei: utique tu scis,
domine, quia diligo te. et iterum interrogatur: Simon
Iohannis, diligis me? et iterum respondet: tu scis quia
amo te. et tertio interrogatur: Simon Iohannis, amas me?
et contristatus est, quia dixit ei tertio: amas me, et dicit ei:

3 I Ioh. 3, 4   9 Psalm. XXXI 1   11 I Petr. 4, 8   17 Ioh. 21, 15—17

1 incurret *R* incuruet *C*   oculus *BP'D'*   in memoria *BO* et memoria *P'D'*   2 postea *post* similiter *transponit T'*   4 sequitur. peccatum radix iniquitatis est *B''*   5 ad mentis] odientis *B et* (*in mg. m2* ad mentis) *O* odientis ad *P'* (ad *s. u. m2*) *D'*   7 lauachrum *B'B''LO*   8 alis *ed. Rom.* aliis *BP'B''D'O et* (*m3 ex* malis) *T'* malis *cet.*   11 operit *B''D'* operuit *BO et* (u *eras.*) *P'* cooperit *cet.*   12 amittit *RB'AC* amittit (re *s.* a *m2*) *D* emittit *B''* abscondit *T'*   13 peccatum *RB'A*   14 eius peccata *P''B''TT'* ei peccata *C* peccata ei *D*   15 sunt *m2 ex* sicut *P'*   16 lauachro *RB'B''D'LOT'*   19 dicit ... 21 diligis me *om.* *BP'D'O*   19 dixit *B''*   20 domine *ante* tu *transponunt B''L*   interrogatus *RB'DP''*   21 et *om. B''*   respondet *LT* respondit *cet.*   quia ego *B''*   22 iohannes *P'*   23 qui *B* quia (a *s. u. m2*) *P'*   dicit] dixit *DD'LT*

domine, omnia tu scis; tu nosti quia amo te. et dictum est ei trina uice: pasce oues meas; sequere me, quasi qui peccatum suum nimia caritate texisset. nec otiose D post confessionem nimiae caritatis iubetur plebem regere, qui etiam turbatus non amiserat quemadmodum ipse se regeret? hoc propter gratiam diximus caritatis, eo quod peccatum tegat. denique nonnulli ideo trinam interrogationem dilectionis factam esse dixerunt, quia trina fuerat negatio, ut trinae lapsum negationis professio caritatis totiens repetita deleret.

Sequitur: tibi soli peccaui. rex utique erat, nullis ipse EF legibus tenebatur, quia liberi sunt reges a uinculis delictorum; neque enim ullis ad poenam uocantur legibus tuti sub imperii potestate. homini ergo non peccauit, cui non tenebatur obnoxius. sed quamuis tutus imperio deuotione tamen ac fide erat deo subditus et legi eius subiectum se esse cognoscens peccatum suum negare non poterat, sed quasi reus cum amaritudine fatebatur, qui sciret maioribus uinculis se teneri, quia maiora deberet, quoniam plus ab eo exigitur, cui plus commissum est. possumus etiam et ita accipere. quis me diiudicat, cum omnes sub peccato sint? denique dominus de illa adultera qui sine peccato est inquit prior lapidet eam. et 693 A nemo lapidauit. hoc igitur ait propheta: tibi soli peccaui,

2 Ioh. 21, 15—17, 19 8 Matth. 26, 34 et 69 sqq. 10 Psalm. L 6 18 Luc. 12, 48 21 Ioh. 8, 7

1 omnia tu] tu omnia *DLTT'* 2 ei *om. DB''* uoce *RB'P''* 3 quiasi *P'* otiosae *B* (a *exp.*) *A* 4 caritatis *om. RB'ACD, s. u. m2 T* 5 se *om. CDLT* gereret *BP'* 6 haec *A* caritatis (ti *s. u. m2*) *P'* 7 iudeo *R* (u *eras.*) *B'* 8 quia (i *s. u.*) *P'* negatio *BP'AD'O* derogatio *P''* denegatio *cet.* 12 ullis (u *ex* i *m2*) *P'* tuti (u *ex* o) *R, om. BP'D'O* sub *BP'D'LO et s. u. m2 T, om. cet.* 14 totus (v *s.* o *m2*) *P'* erat (a *ex* i *m2*) *P'* deo erat subditus *B''* erat subditus deo *P''* subditus erat deo *T''* 15 legi eius] legibus *CDL et* (*in ras. m2*) *T* 19 etiam *BP'DD'O* autem *cet.* deiudicat *B et* (di- *m2*) *P'* 22 lapidauit *B* (t *m2 ex corr.*) *P'D'O* eam lapidauit *cet.* profeta *B* soli *P'B''DD'LT' et s. u. T, om. cet.*

qui solus sine peccato es. qui autem peccato obnoxius est quasi peccatorem non potest iudicare. inexcusabilis est enim omnis homo, qui in alio ea quae agit ipse condemnat; in quo enim alium iudicat semet ipsum adiudicat. tibi inquit peccaui et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas, cum iudicaris. tibi peccaui, qui me ad uirtutis studia prouocasti, qui me erudisti in lege tua. tibi soli peccaui, quem solum abscondita I

52 cogitationum et mentis occulta non fallunt. et malum coram te feci, quem sola sanctificatio decet. hominis testimonium declinamus, sed in conspectu tuo ea quae sunt indigna committimus. iniuria est homini spectare flagitia, deum arbitrum esse omnium scimus et eo ipso teste peccamus: et tamen in his iustificatur magis dominus deus noster, quia iniustitia nostra dei iustitiam commendat et mendacium nostrum concelebrat ueritatem dei; sit enim deus uerax, omnis C
autem homo mendax.

53 Ut iustificeris in sermonibus tuis. sermones dei pleni ueritatis sunt atque iustitiae ideoque uera sunt quaecumque locutus est dominus de fragilitate humana, quia inclinatum est cor eorum ad nequitiam, propendit ad fraudem. et quia definiuit eo quod non sit homo qui non peccet — omnes enim declinauerunt et inutiles facti sunt —, ideo uincit, dum iudicatur, quoniam prolapsione uniuersorum B

2 Rom. 2, 1 4 Psalm. L 6 8 Rom. 2, 16 16 Rom. 3, 4 18 Psalm. L 6 CXVIII 160 23 Psalm. XIII 3

1 qui *pr.* *BP'B''D'O* quia tu *A* quia *cet.* 2 quasi (i *s. u. m2*) *P'* inexcussabilis *P'* enim est *LT'* 4 aliū* (s *eras.*) *P'* 10 sola (a *in ras.*) *D'* solum *B''* *et* (quem solum *in mg.*) *D* 11 sed *BP'D'LO* et *T'* (*s. m2* sed) *cet.* 12 homini *BP'P''D'O* hominis *B''* (is *ex* u) *cet.* expectare *RB'AP''T'* *putaret (*del. m2 et s. scr.* spectare) *T* dnm *CDLT* 13 omnium esse *P''L* 14 Ñ = noster *s. u. B*, non *P'D'* 15 celebrat *DLT* celat *C* 16 ueritatem dei *BP'B''D'O* dei ueritatem *cet.* enim *BP'B''D'O* autem *cet.* 17 mendaṭ (x *s.* ṭ *m2*) *P'* 21 propendet *B''D'* 22 difiniuit *B* definiuit (de *ex* di *m2*) *P'* diffiniuit *B''* 23 declin|nauerunt (e *pr. ex* i, n *pr. extra u. m2*) *B* 24 diiudicatur *AP''T'*

probauit quaecumque de nostra iudicauit fallacia. ergo si dixerimus quia iniquitatem fecimus, iustificamus deum in sermonibus suis; si autem dixerimus quia non peccauimus, mendacem facimus deum; sed inpossibile est mentiri eum. nos igitur omnes sub peccato esse manifestum est. quantum igitur crimen, ut homo se peccatorem neget, quoniam quantum in ipso est summi dei uidetur arguere ac refutare mendacium, E qui tam moderatus et patiens est, ut uincat, cum iudicatur. uenitur enim ad iudicium: deus dicit: populus meus, quid feci tibi aut quid contristaui te aut quid molestus tibi fui? quia eduxi te de terra Aegypti, et de domo seruitutis liberaui te et misi ante faciem tuam Moysen et Aaron et Mariam. plebs mea, in mente habeto quid cogitauerit de te Balac. singula in conspectu tuo locat beneficia sua, ut tamquam de his iudices quae seruare debueras, quo magis reus fias, qui diuinis non potueris F stare beneficiis. quid feci inquit tibi? tamquam reum se constituit et te iudicem. aut quid contristaui te? offensi uultus non abnuit crimen, si tu deo es contristatus auctore. aut quid molestus tibi fui? interpellationis iniuriam confitetur, si molestior aestimata est: addit beneficia, quorum gratia non erubuit qui existimabatur ingratus. in hac quoque causa considera quomodo dominus se ipsi Dauid iudicandum 694 A

4 Hebr. 6, 18 Tit. 1, 2   5 Rom. 3, 9   9 Mich. 6, 3—5

1 probabit *BP'D'O*   de nra *B'* densam *R*   6 peccatorem se *C*   8 et] ac *LT*   9 uenitis (*m2 ex* uenitur) *P'* ueniens *B''D'O* uenit *P''* et deus dicit *A* deus et dicit *P''* et dicit tibi deus *T'*   popule *P'B''CDD'T'*   quid (d *s. u. m2*) *P'*   10 quid *pr.*] in quo *B''T'*   11 fui tibi *CD* fęci tibi (*om.* molestus) *B''*   eduxit (t *eras.*) *P'*   de *ante* domo *s. u. m2 P' m1 D, om. BO*   13 et aaron *om. BP'P''D'O*, et *om. T'*   maria *B et* (ā *m2 ex* a *alt.*) *P'*   plebes *R* (e *alt. eras.*) *P''* (e *alt. s. u.*)   14 balach *ALTT'*   15 •locat (e *ut uidetur eras.*) *R*   indicis *B* iuditiis *RB'* iudiciis *AP''T'* iudiceris *T* (*s. m2* ł ces) iudicii (es *m2 s.* ii) *C*   20 tui fui *RB'AC et* (tibi *s.* tui *m2*) *DT* fui tibi *B''OT'*   21 addidit *A*   22 gratiam *RB'AB''CDLT*   erubuit (b *ex* p) *P'*   existimabatur *scripsi* existimabat *BP'D'O* erat *T'* existebaţ *T* (*ex* existeret) *cet.*

praebuit, ut uinceret; dicit enim Nathan: haec dicit dominus deus Istrahel: ego uncxi te in regem super Istrahel et ego liberaui te de manu Saul et dedi tibi omnia quae erant domini tui et uxores illius in sinum tuum dedi et dedi tibi domum ipsius Istrahel et, si pauca sunt, adiciam tibi. et quare pro nihilo duxisti dominum, ut faceres nequiter in conspectu eius? horum commemoratione conuentus cum uideret inferiorem se esse, cum iudicat, ait: peccaui domino. ita iustificauit dominum, qui peccatum suum negare non ausus est. B
55 possumus et ita accipere: iustificat dominum qui peccatum fatetur. denique in euangelio habes quia publicani iustificauerunt deum baptizati baptismo Iohannis. Baptista autem Iohannes baptismum fecit paenitentiae. qui autem agit paenitentiam delicta non abnuit. ergo quia Dauid contra se habebat semper delictum suum, utique non negabat quod et erubescebat, non negabat quod et agnoscebat. non negando autem C utique commissi paenitentiam gerebat erroris atque ita confitendo delictum iustificabat dominum et ipse iustificabatur a domino. iustificatur enim dominus, dum eius praedicatur iustitia et ab eo uenia postulatur. simul et ipse iustificat confitentem et iustificatur in sermonibus suis, sicut scriptum est: dic iniquitates tuas, ut iustificeris.

1 Reg. II 12, 7—9 9 Reg. II 12, 13 12 Luc. 7, 29 23 Esai. 43, 26

1 uiueret *P'* (*in mg. m2* ł diceret) *D'* dicit (it *ex* et) *B* natham *B* 2 *sqq.* isdł *B* isrł *cet.* uncxi *B* unxi *cet.* 4 uxores (es *ex* is *m2*) *B* 4 dedi in sinum tuum *CDLT* 8 cōmemoratione (ne *ex* nu) *P'* cum *ex* con *P'* audiret *LT* 9 cum *om. P'O,* cum iudicat *om. D'* iudicat *P'* iudicati *P''* iudicat* (ns *s.* t) *O* iudicatur *A* 10 non est ausus *T'* 11 peccatum suum *B''D'T', fort. recte* 13 baptizatos *RB'P''* baptismum (o *s.* u) *B* baptismo (o *m2 in ras.*) *P'* baptismo baptizati *O* 14 iohannes (es *ex* is *m2*) *BP'* penitentiam *m2 ex* penitentaeam *ut uidetur P'* 16 semper *BP'B''D' et post* suum *transpositum O, om. cet.* erubescebat (be *ex* bi *m2*) *B* 17 et *om. CDT* negandi *RB'AP''C* 20 dem (v *s.* e) *P'* 21 postolatur *P'* (v *m2*) postulamur (t *s.* m *m2*) *B*

Sequitur: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum D
et in delictis peperit me mater mea. quis tanto adfectu
agit paenitentiam? humi stratus iacuit fusus in lacrimas,
cibum non gustauit, lauacro se abdicauit. quid iam reliqua E
dicam, quod abstinuerit ornatu et comitatu regio? adiunxit
confessionem iniquitatis suae et in perpetua saecula toto
canendam orbe transmisit. ecce inquit in iniquitatibus
conceptus sum et in delictis peperit me mater mea.
auerte faciem tuam a peccatis meis et omnes iniqui-
tates meas dele. ne proicias me a facie tua et spiritum
sanctum tuum ne auferas a me. libera me de sangui-
nibus, deus deus salutis meae. 'antequam nascimur,
maculamur contagio et ante usuram lucis originis ipsius F
excipimus iniuriam. in iniquitate concipimur' — non expressit
utrum parentum an nostra — 'et in delictis generat unum-
quemque mater sua'. nec hic declarauit utrum in delictis suis
mater pariat an iam sint aliqua delicta nascentis. sed uide ne
utrumque intellegendum sit. nec conceptus exors iniquitatis
est, quoniam et parentes non carent lapsu. et si nec unius 695 A
diei infans sine peccato, multo magis nec illi materni con-
ceptus dies sine peccato sunt. concipimur ergo in peccato
parentum et in delictis eorum nascimur. sed et ipse partus
habet contagia sua, nec unum tantummodo habet ipsa natura

1 Psalm. L 7   7 Psalm. L 7, 11, 13, 16   12 Augustinus contra duas epist. Pelag. IIII 11, 29 (antequam ... concipimur) et contra Iul. Pelag. I 3, 10 (antequam ... natura contagium)   20 Iob 14, 5

1 enim *om.* *RB'AP''B''T'*   3 lacrimis *P'D'T'*   5 abstinuerit (s *s. u.*) *B*   comitatu *BP'B''D'O* contemptu *A* comptu *cet.*   adiuncxit (c *s. u. m2*) *P'*   7 canendum *BP'D'O* canenda *T*   orbi (i *ex* e *m2*) *B*   in *s. u. m2* *P'*   12 nascamur *ADP''B''D'T'O et Augustinus l. pr.*   13 antequam *P'*   14 iniquitateṁ *B*   15 nostris *BP'D'O* nostram *AP''*   unumquemque generat *Augustinus*   16 delictis *m2 ex* dilectis *B*   17 sint *BP'CB''D'O* sint et *cet.*   18 exors *BB''LOTT'* exsors *cet.*   19 lapsum *RB'P''*   20 peccato est *D'*   21 sint (v *s.* i) *P'*, sunt *om.* *P''T'*   concepimur *RB'*   22 sed et *BP'DB''D'O* sed *cet.*   23 tantomodo (v̄ *s.* o *pr. m2*) *P'*

contagium. bonum quidem coniugium, sancta copula; sed tamen qui habent uxores ita sint ac si non habentes. ipse torus incoinquinatus et nemo alterum fraudare debet eo nisi forte ad tempus, ut uacent orationi: tamen secundum apostolum B non uacat orationi quis eo tempore, quo usum corporeae illius conuentionis exercet, et mulieri menstruatae coinquinatus est pannus nec potest illis diebus purgationis suae offerre sacrificium, et mulieris quae generauerit dies partus et plerique alii a sacrificio feriati sunt, donec legitimo ritu feta
57 mundetur. ideo in quo uoluit dominus nulla huiusmodi originis esse contagia, dicit illi dominus: priusquam te formarem in utero matris tuae, noui te et, priusquam C exires de uulua, sanctificaui te et prophetam in gentibus posui te. quis tantus, cui tam magna delata sunt? numquid Hieremias? sed non ille utique in gentibus propheta propositus, sed in Iudaea tunc temporis, nunc autem etiam in nationibus, quae in Iesum dominum crediderunt. uide tamen ne illi dicatur, qui antequam nasceretur ex uirgine, iamdudum erat et erat semper et operabatur etiam in utero Mariae constitutus et ita sanctus erat, ut sanctificaret prophetas suos. in quo solo et conceptus uirginalis et partus sine ullo fuit mortalis originis inquinamento. dignum etenim

1 Augustinus contra Iul. Pelag. II 7, 20 (bonum coniugium ... exercet) 2 I Cor. 7, 29 3 I Cor. 7, 5 6 Leuit. 15, 19 sqq. 8 Leuit. 12, 2 sqq. 11 Hier. 1, 5 22 Augustinus contra duas epist. Pelag. IIII 11, 29 (dignum ... uita)

1 quidem *om. Augustinus* copola *B* sed tamen *m1 P'T'* si tamen *P' m2 T' m3* si *D'* 2 habent (n *s. u.*) *B* 3 torus est *Augustinus* inquoinquinatus *RB'P''* alterūtṛụṃ (*corr. m2*) *P'* eo *om. BAO* 4 ạḍ ṭẹ ad tempus *B* tamen] iam *RB'AP''B''T'* 5 quis *D m2 P'D' et* (s *s. u.*) *T'* qui se *BO*, *om. LT*, qui *D m1 cet.* usum *BP'B''D'O* usus *cet.* 6 mulieris *ACDP''LTT'* quoinquinatus *B'* 7 pannus (n *pr. s. u. m2*) *P'* 8 generauerat *P'* (era *pr. s. u. m2*) *D'* generauit *LT* 11 illic *BO* illi* (c *eras.*) *P'* 15 ille non *P''* profeta *B* 16 propositus *BP'D'OT'* positus *cet.* autem *om. CD*, *s. u. T* etiam] etiam et *ACDP''* et *T'* 17 quae *BP'CDB''D'OT'* quae et *cet.* dnm *BP'D'O* xpm dnm *cet.* 18 nec (c *eras.*) *P'*

fuit ut qui non erat habiturus corporeae peccatum prolapsionis nullum sentiret generationis naturale contagium. merito ergo Dauid flebiliter in se deplorauit ipsa inquinamenta naturae, quod prius inciperet in homine macula quam uita.

8 Dum haec dicit et peccatorum specialium atque communium E
conluuiem confitetur, subito ei splendor ueritatis et candor gratiae spiritalis offulsit. supergressus enim umbram spiritu prophetico ipsa uidit mysteriorum sacramenta caelestium, F
quorum typum Moyses praefigurauit in lege. uulneratus igitur caritatis uulnere et indagandae captus ueritatis cupiditate in superiora suae mentis extendit intuitum et in futura prospiciens thensauros sapientiae et scientiae uidit in Christo, praeuidit baptismatis sacramentum et miratus gratiam exclamauit subito dicens: ecce enim ueritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. 696 A
non incerta mysteria, quia certa sunt, nec incerta secreta et arcana sapientiae, sed non manifesta. hoc enim significat, quia nullis essent manifestata; quod enim oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, hoc praeparauit deus diligentibus eum. uidens igitur ea dicit: ecce iam non in umbra nec in figura, non in typo, sed

9 Exod. 24, 8 Cant. 5, 8 12 Sir. 1, 25 14 Psalm. L 8 18 I Cor. 2, 9 21 Coloss. 2, 17

1 ut] et *B* habiṭạturus (ta *exp. m2*) *P'* 3 dauid (d *alt. ex* t) *P'* flebiliter (i *pr. ex* e) *B* 4 et quod *Augustinus* hominem *RAP''T'* maculaṛẹ (ṛẹ *del.*) *B* 6 conluuionem *LT* ei] eis *C* enim *B''*, *om. O* et candor gratiae spiritalis *om. BP'D'O* 7 offulsit *BP'O* effulsit *DB''D'* obfulsit *cet.* umbra *R* spu. *P* 9 moeses *B* uulneratalis *RB' et* (*m2* uulneratus) *P''* uulnerata *A* uulnere *T'* 10 cupidita.te *B* (e *eras.*) 11 intuitum *BDB''D'LO et'* (ū *ex* u *m2*) *P'* intantum *T* (*s. m2* tuitum) *cet.* 12 thensauros *B* thesauros *cet.* uidit (it *ex* et *m2*) *BP'* 14 dilixisti *B* 15 occulta (c *pr. s. u. m2*) *P'* tuae *om. B* 16 misteria *P'* 17 archana *B* significat *T'* significat. (ur *s. ras.*) *P''* signhicans *C* significant *P'* (n *alt. exp. m2*) *cet.* 18 quia *BP'D'O* quae *B''* quia adhuc *P'' in mg.* .. hec que *D* haec quae *T'* adhaec quae *cet.* 19 auris (is *ex* es *m2*) *BP'* 21 nec *BP'D'O* non *cet.*

in ueritate lux aperta resplendet: ecce nunc ueritatem aspicio, splendorem ueritatis agnosco, nunc te maiore, domine deus noster, ueneror adfectu. ecce enim ueritatem dilexisti: non per speculum, non in aenigmate, sed faciem ad faciem te mihi, Christe, demonstrasti; in tuis te inuenio sacramentis. haec sunt tuae uera sacramenta sapientiae, quibus mentis
59 occulta mundantur. itaque iam laetus atque securus, quod uibrasset ei sapientiae plenitudo, dicit ad dominum: asparges me hysopo, et mundabor; lauabis me, et super niuem dealbabor. bene et ueteris testamenti sacramenta non euacuat et euangelica docet mysteria praeferenda. hysopo mundari secundum legem postulat, lauari secundum euangelium concupiscit et supra niuem se extimat, si lotus fuerit, dealbandum. per hysopi fasciculum aspargebatur agni sanguine qui mundari uolebat typico baptismate. lauatur autem qui diluitur aeterni fontis inriguo et supra niuem dealbatur cui culpa dimittitur. denique de ipsa anima dicitur: quae est haec, quae ascendit dealbata? antequam baptizaretur, ipsa est quae dicebat: nigra sum et decora, filia Hierusalem. erat enim nigra, tenebroso peccatorum horrore deformis, sed posteaquam abluta per baptismum remissionem meruit delictorum, dealbata ascendit ad Christum. inde et per

4 I Cor. 13, 12 Deut. 34, 10 8 Psalm. L 9 11 Exod. 12, 22 12 Matth. 3, 13 14 Exod. 12, 22 17 Cant. 8, 5 19 Cant. 1, 5

2 maiorem *B* (m *alt. exp.*) *P''* (m *alt. eras.*) *P'* (i *m2 s.* ẹṃ) maiori *AD'LTT'* 4 faciem *pr. B* facie *P'* (*in quo* cie ad *extra u. m2*) *cet.* 5 demonstrasti *B* monstrasti *P'D'O* demonstrans *C* (n *alt. exp.*) *LT* demonstras *cet.* in tuis te inuenio *BP''D'O* te in tuis teneo *cet.* 6 tua *P'D'* 8 asparge *B* asparges (e *m2 s.* a *alt.*) *P'* aspargis *RB'* asperges *cet.* 9 hysopo *BP''T'* isopo *C* ysopo *cet.* 11 misteria *P'* hysopo *BRB'AP''T'* ysopo *cet.* 12 postolat (v *s.* o *m2*) *P'* 13 super *P''B''T'* se *s. u. m2 P'* 14 hysopi *BP''T'* ysopi *cet.* aspargebatur *BRB' et* (e *s.* a *alt.*) *m2 P' m1 A* aspergebatur *cet.* 16 dealbabitur *LT* 19 filiae *CP''B''T'* 20 enim torum horrore *om.* nigra tenebroso pecca *B* tenebrosa *P'AP''D'* 21 abluata *RB'*

Esaiam dominus locutus est dicens: si fuerint peccata uestra sicut phoenicium, ut niuem dealbabo, id est: si cruenta, si tetra, mundabo. haec est nix intellegibilis, de qua ait in euangelio quod domini Iesu refulserint uestimenta sicut nix, eo quod peccatum non cognouerit, caro eius, quando se E induit ueniens in hunc mundum, ab omni fuerit munda delicto. quid miraris si uidit baptismatis sacramenta cum supra dixerit, ubi descripsit domini passionem: dominus pascit me, et nihil mihi deerit; in loco uiridi ibi me conlocauit, super aquam refectionis educauit me et alibi: uox domini super aquas, deus maiestatis? et de ipso sacramento plenius dixit: parasti in conspectu meo mensam; inpinguasti in oleo caput meum, et poculum tuum inebrians quam praeclarum est. F

Merito ergo istis exultans ait: auditui meo dabis 697 AB gaudium et laetitiam, exultabunt ossa humiliata. probasti, domine Iesu, quia numquam tua uerba praetereunt, probasti illud euangelicum quod dixisti: multi prophetae et iusti uoluerunt uidere quae uidetis et audire quae auditis. ecce Dauid solo laetatur auditu, quia futura

1 Esai. I 18 3 Matth. 17, 2 6 Ioh. 1, 9 8 Psalm. XXII 1 sq. 10 Psalm. XXVIII 3 12 Psalm. XXII 5 15 Psalm. L 10 17 Matth. 24, 35 18 Matth. 13, 17

1 fuerint (n *s. u. m2*) peccata (ta *s. u. m2*) u̅r̅a̅ (u̅r̅a̅ *in ras.*) *P'* 2 fenicum *B* fenicium *P'* phenitium *RB'* 4 in euangelio quod d̅n̅i̅ i̅h̅u̅ *T'* d̅n̅s̅ i̅h̅s̅ in euangelio quod *BD'O* quod (*s. u. m2*) d̅n̅i̅ i̅h̅u̅ (i̅h̅u̅ *s. ras. m2*) in euangelio *P'* quod d̅n̅i̅ i̅h̅u̅ in euangelio *cet.* refulserint *P'* (n *s. u. m2*) *R* (nt *ex* t) 5 eius] enim *LT* *fort.* cognouerit <et> quando *BP'D'O* qua *cet.* 6 mundum et *P'* (et *add. m2*) *P''D'* 7 sacramentum *LTT'* dixerit *BP'B''D'OT'* dixit *cet.* 8 discripsit *B et* (*corr. m1*) *P'* 9 uiridi *BP'B''D'O* pascue *uel* pascuę *cet.* 10 edocauit *B* 11 maiestatis *BP'D'O* maiestatis intonuit *cet.* 14 poculum meum *P'B''D et* (tu *s.* mę) *B'* praeclarus *RB'ACP''* 15 istis *BD'O* iste (istę *A*) quoque *AP''T'* istic quoque *P'* (*m2 ex* istis) *D* (quoque *s. u.*) *cet.* 16 exultabunt *BRB'A* et exultabunt *cet.* 17 Iesu] hunc *BO* hinc *P'* (i *ex* u *m2*) *D'* uerba tua *P''T'* 18 euangelicum (c *s. u. m2*) *P'* eugłm *AC* dixisti illud (illud *eras.*) *R* 20 audistis *B et* (s *pr. exp.*) *P'P''*

esset remissio peccatorum, et prophetat quia exultabunt ossa humiliata. sicut omnia iusti ossa dicent: domine, quis similis tibi? sic exultabunt ossa humiliata, humiliantis scilicet animam suam iusti. dicuntur ergo ossa uirtutes, dicuntur ossa uelut quidam animi motus uel animae, qui motus humiliantur peccatis, exultant gratiae caelestis munere. dicuntur et ossa populi ecclesiarum, unde habes dictum in psalmo: non est absconditum os meum, quae fecisti in abscondito. os suum ecclesiam dixit et plebis deuotae conuentus sacros, quoniam sumus membra corporis Christi de carne ipsius et de ossibus eius. hoc igitur dicit, quia ecclesia domini omnia opera diuina cognoscet et fidem resurrectionis

61 accipiet. sequitur: auerte faciem tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele. usitata est deprecatio, ut eos quos laesimus obliuisci offensionis propriae postulemus. moraliter ergo deum rogat propheta, ut auertat faciem suam a peccatis eius et tamquam obliuia peccatorum eius adsumat. sed quia omnia spectat et nihil eum praeterit, obliuisci non potest sicut nos, quos breui interuallo temporis eorum quae cognouimus memoria subterfugit. ideo bene ait, ut faciem suam auertat, non ab ipso, ne deficiat destitutus, sed a peccatis, ut uires non possint habere peccata ipsius. quos enim

2 Psalm. LXXXVIII 9 8 Psalm. CXXXVIII 15 13 Psalm. L 11 22 Psalm. LXVI 2 CXVIII 135

1 esset (t *s. u.*) *B* erat *LT* 2 ossa iusti *DD'* 3 tibi] tui *AT'* si *B'* omnia ossa *P''T'* humiliantis *DD'O* humiliantes *cet.* 4 uirtutis *BP'RB'ACD'OT* 6 peccatis sed *P'* (*m2 ex* peccatis) *D'O* exultat *B* exultant (n *s. u. m2*) *P'* exsultent *A* exaltentur *T'* caelestis (s *alt. s. u.*) *B* 8 occultatum *T'* quod *B''D'* 9 abscondito *BP'D'O* occulto *cet.* suum] sum *B* 11 dixit *B''* quia] qui *B* eclesiam *B* aecclesiam (a *pr. s. u.*, m *exp. m2*) *P'* 12 omni *B* omnia (a *s. u. m2*) *P'* cognoscit *B''D'* 14 uisitata (i *pr. exp.*) *BP'* 15 offensiones (i *s.* ę) *P'* postolemus (v *s.* o *alt. m2*) *P'* 16 moraliter *om. BD'O, s. u. m3 P'* 18 espectat *B''* expectat *BRB'AP''T'* 20 subterfugit (git *ex* it) *P''* 21 destitus *B'* 22 ut *om. B* uires ut (ut *m2, uirgulae* „ *m3*) *P'* uires ut *D'O* habere non possint *P''T'* non habere possint *O*

aspicit dominus inluminat et in uultu domini pietas atque
indulgentia est. ideoque hic ipse ait: de uultu tuo iudicium meum prodeat; de uultu enim domini uenia, non
poena procedit. rogandus ergo, ut nos aspiciat, auertat autem
faciem suam a peccatis nostris, ut deleat ea. quae enim non F
aspicit delet et quae deleuerit ea memoria sepelientur, sicut
ipse dominus ait: ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, et memor non ero; tu autem memor
2 esto et iudicemur. peccatum autem aut donatur aut
deletur aut tegitur. donatur per gratiam, deletur per sanguinem
crucis, tegitur per caritatem. similiter et iniquitas, quae
aestimatur habitudo mentis iniustae, licet Iohannes in epistula
eum qui fecerit peccatum et iniquitatem fecisse dixerit, sicut 698 A
habemus scriptum: omnis qui facit peccatum et iniquitatem facit. peccatum est iniquitas, quia in peccato
ipso iniquitas est; tamen, ut nobis uidetur, peccatum opus
est iniquitatis, iniquitas autem operatrix culpae atque delicti.
plus est ergo ut ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix et
seminarium peccatorum. tollatur mala radix, ne malos fructus
faciat, aboleatur erroris omnis affectus, uniuersa iniquitatum
3 genera tollantur. itaque quemadmodum intrans in animam B
sapientiae disciplina inprudentiam tollit et scientia ignorantiam,
sic perfecta uirtus iniquitatem et remissio peccatorum delet

2 Psalm. XVI 2 7 Esai. 43, 25 sq. 14 I Ioh. 3, 4

4 rogandus *BP'D'O* rogandus est *cet.* ergo *BP'B''D'O* enim *cet.* autem *s. u. C, om. LT* 6 aspicit (it *m2 ex* et) *B* ea *BP'D' et* (e *eras.*) *O, om. B''*, cum *T'* et *D* (*s. u.*) *C* et cum *P''* (et *exp.*) *cet.* sepelientur *BP'D'LOT'* sepeliuntur *P''* (un *s. u.*) *T'* sepelitur *cet.* 9 autem *om. BD'LO et m1 P'* aut deletur aut donatur *BD'O* "aut deletur autem (autem *s. u. m3*) "aut donatur (*uirgulae " m3*) *P'* 12 iohannis *B* (-es *corr.*) *RB'* epistula *B et m1 P'* epistola *P' m2 cet.* 16 peccatum *om. BP'D'O* 19 fructus malos *P''T'* 20 faciat (a *alt. s. u.*) *P'* erroris omnis *BP'D'O* omnis erroris *cet.* 21 quaēadmodum *B* intrans (s *s. u.*) *P'* 22 sapientiae *BP'B''D'O* sapientis *cet.* disciplina (a *ex* e) *P'* scientiae *RB'ACP''LTT'* scientia (*s.* a *ras.*) *D*

omne peccatum. unde praeclare apostolus ait quia donauit
nobis peccata dominus Iesus delens chirographum
decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum
inquit de medio tulit adfigens illud cruci. deleuit
sanguine suo atramentum Euae, deleuit obligationem heredi-
tatis obnoxiae. fides igitur peccatum minuit. et ideo dominus C
dimittens peccata dicebat: fiat tibi secundum fidem
tuam.

14, 64 Sequitur: cor mundum crea in me, deus, et spiri- D
tum rectum innoua in uisceribus meis. superius
mundari ab occultis petit, hic postulat cor mundum creari
sibi, quod ei prouenit qui renouatur spiritu; in nouo enim
homine cor mundum est, in quo ueterum delictorum fuerit
deleta conluuies nec inscripta remanserit aliqua iniquitatis
effigies. grande autem munus cordis esse mundi. unde pulcre E
Solomon: quis gloriabitur castum se habere cor?
et dominus in euangelio: beati mundo corde; ipsi enim
deum uidebunt. propterea etiam Dauid cor mundum habere
65 cupiebat, ne a facie domini proiceretur. in quo autem cor
mundum est, innouatur in eius interioribus spiritus. uiscera

1 Coloss. 2, 13 sq. 7 Matth. 8, 13 9 Psalm. L 12 10 Psalm. XVIII 13 16 Prouerb. 20, 9 17 Matth. 5, 8

2 chirografum *B* chyrographum *P'* cirographum *B''D* cyrografum *OT* cyrographum *cet.* 4 delet *BB''D' et* (*m2* deleuit) *P'O* 5 aeue *B* 6 et *BP'D'O, om. cet.* 9 et *om. AP''LT'* 11 mundari ab occultis *BD'O et* (c *pr. s. u.*) *P'* ab occultis mundari *cet.* petit *BP'B''D'O* se petit *cet.* postolat (v *s.* o *alt. m2*) *P'* 12 prouenit *BP'D'O* procedit *cet.* 13 fuerat (i *s.* a) *P'* 14 deleta (e *alt. ex* a *m2*) *BO*, (*m2 ex* conlata) *P'* delata *D'* delicta *A* nec] ne *BP'B''D'O* scripta remanserit *B''* inscripta (a *m3 in ras. litt.* ura) remanserit *T'* in scriptura (scribtura *B*) manserit *BP'D'O* 15 grande. *R* (s *eras.*) est munus cordis *P'D'* munus cordis est (*om.* esse mundi) *D* munus est cordis *AP''T'* pulcre *B* pulchre *cet.* 16 solomon *B* salomon *cet.* castum] mundum *CDLT* 17 euuangelio *P'* ipsi enim] quoniam ipsi *B''LTT'* 19 prohiceretur *L* prohibetur *B'* 20 eius interioribus spiritus *BP'B''D'O* interioribus eius spiritus *A* interioribus spiritus eius *L* interioribus eius spiritus eius *T'* eius interioribus eius spiritus *cet.*

enim uelut interiora sunt corporis: ita sunt et intellegibilia
uiscera animae, ut sunt uiscera misericordiae, ut sunt interiora
quae benedicunt dominum, de quibus ait: benedic, anima F
mea, dominum et omnia interiora mea nomen
sanctum eius. uiscera autem animae adinuentiones sensuum
sunt, bonae cogitationis studia, uirtutum perseuerantia, po-
66 stremo illae quae graece ἔννοιαι dicuntur. rectus autem spiritus,
qui bene dirigit, qui deducit in uiam rectam; hic est spiritus
ueritatis uel certe recta hominis conscientia nullis inflexa
peccatis uel spiritus, qui in homine est. non praetermisimus
quid alii sentiant; tamen nobis uidetur <quod>, quoniam de 699 A
mysteriis dicit lectio et futurae gratia renouationis exprimitur,
67 spiritus sancti infusio postulatur. denique sequitur: ne
proicias me a facie tua et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me. si quis nos offenderit seruulorum, auertere
ab eo uultum solemus. plerique autem diuitum amendare
consueuerunt mancipia sua et per agellulos relegare, et haec
poena grauior aestimatur. denique solent magis se offerre
uerberibus. si apud homines hoc graue ducitur, quanto magis B
apud dominum deum nostrum. quasi non hinc dolor parri-
cidalis, reprimendus quidem, si qua eum pietas temperare

2 Coloss. 3, 12   3 Psalm. CII 1   13 Psalm. L 13

1 corporis *m2 ex* corpus *P'*   intellegibilia (le *ex* li *m2*) *P'*   3 ait] dicit *T* (*s. u.*) *L*   4 mea *s. u. m2 P'*, *om. D'*   5 ei *R*   adinuentiones (es *ex* is *m2*) *BP'*   6 cogitationis *BP'D'OT'* cogitationes *cet.*   7 ἔννοιαι *scripsi* ennomę *T'* ennomine *C* sinnome (*s.* ł ennoie) *D* ennoniae *cet.*   9 nullis *BB''D'OT' et* (*ex* nullus) *P'* in nullis *cet.*   10 praetermissimus *P'*   11 allii *B* aliis *B'*   quod *addidi*   12 misteriis *P'*   gratia *s. u. P'* gratiae *B'' et* (*corr. m1*) *O*   13 spiritusque *P'* (que *postea add.*) *D'O*   postulatur *BP'D'O* prętolari *P'' et* (*s. m2* postulari) *T'* postulari *cet.*   15 seruulorum offenderit *B''T'*   16 amendare *scripsi* amandare *Erasmus* emandare *A* emendare *cet.*   17 consuerunt *BP'D'O* consueuerunt *cet.*   relegare *L* religare *cet.*   18 grauiora *RB'C et* (a *eras.*) *P''*   solent (n *s. u.*) *P'* solet *B''*   se magis *P''B''T'* segmagis (*del. m1 et s. scr.* magis) se *T*   19 homines (es *ex* is) *B*   dicitur *BP'CB''D' et* (*m2 in mg.* ducitur) *O*

potuisset, eruperit, quod faciem suam deus a Cain muneribus
auertit, respexit autem super munera Abel. itaque tacito uultu
alterum innocentem pronuntiauit, alterum peccatorem. ergo
quasi ultimus seruus humiliat se et quasi in peccato deprehensus et offensae reus obsecrat, ut flagelletur potius quam
68 proiciatur a facie domini. quomodo proiciat deus a facie sua
audi dicentem: *tollite illum in tenebras exteriores;
ibi erit fletus et stridor dentium*. qui non emendatur
a facie eius in tenebris constituitur. ideo iustus, ne tenebras
patiatur, ait: *uultum tuum, domine, requiram*. ubi
enim Domini uultus ibi lumen est, sicut scriptum est:
faciem tuam inlumina super seruum tuum. denique
69 ubi primum intuitus Petrum uidit, et inluminauit. grande D
igitur supplicium proici a facie dei. proiectus est Adam de
paradiso nec inmerito; ipse enim se ante absconderat a facie
dei. exiuit et Cain a facie dei non solum post parricidale
commissum, sed etiam postquam deum putauit esse fallendum,
ut crimen negaret. peccator igitur excluditur a facie dei,
iustus autem dicit: *ecce ego*. denique ipse Dauid cum
uideret interire populum, semet ipsum optulit dicens: '*ecce*

1 Gen. 4, 4 sq. 5 Psalm. LXXII 14 7 Matth. 22, 13 10 Psalm. XXVI 8 12 Psalm. CXVIII 135 13 Luc. 22, 61 14 Gen. 3, 8 et 24 16 Gen. 4, 8 sq. et 16 19 Esai. 6, 8 20 Reg. II 24, 17

1 eruperẹt (i *s.* ẹ) *P'* a] ad *P''* (d *eras.*) *RB'A* 2 auertạt (i *s.* a) *P* aduertit *B'* 5 obsecratu ut *B'* flagellet *R* 6 ds̄ *BP'DB''D'OT'* dn̄s *cet.* 7 illum *BP'B''D'O* illum ligatis (ligatis *om. RB'*, *post* pedibus *transponit C*) manibus et pedibus et (et *om. CDLT*) mittite *cet.* 8 qui non emendatur *BP'AD'O et m1 D* qui (quis *C*) emendatur *RB'CLT et* (-tus) *P''T'*, quia qui proicitur *B''* (qui proicitur *D m2*), *recte puto* 9 tenebras *RP''TT'* constituitur (i *alt. s. u.*) *A* constitutus *RB'CP''T* constitutus est *B''* 13 primus *T* primum est *P''T'* petrum *om. DB''* 14 dn̄i *D'T* de paradiso *BD'O et m1 P'* cum de paradiso exiret *P' m2 cet., recte puto* 16 exiuit ... dei *in mg. m2 P'* dei ... dei] dn̄i ... dn̄i *P''T'* dī ... dn̄i *B''* dn̄i ... dī *D'* parricidale (ci *s. u. m2*) *P'* 17 dm̄ *BP'B''D'O, om. cet.* 19 iustuṃ (s *s.* ṃ) *B* 20 interiore (o *eras.*) *P'* optulit *BCDL* obtulit *cet.* ecce sum] ego sum *AO* ecce sum ego *CD*

sum, ego peccaui et ego pastor male feci', et sic ira E
domini mitigata est et uenia donata.

Simul ostendit quia sancti permanent, criminosi proiciuntur. ideoque seruanda est nobis gratia spiritalis, ne propter peccata nostra auferatur a nobis. non enim proicitur in quo sanctus est spiritus, sed inoffenso muneris sui fructu studet se domino semper offerre, sicut ille qui dicenti domino: numquid et uos uultis discedere? respondit: ad quem ibimus? uerba uitae aeternae habes, et nos cre- F
dimus. simul illud considerandum, quia non aufertur spiritus nisi domini uoluntate, sicut non datur nisi domini uoluntate. qui utique cum datur, non quasi coactus operatur, sed pro sua uoluntate diuiditur, sicut scriptum est dicente apostolo: haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult. cum igitur non auferatur nisi domini uoluntate, apparet quia una trinitatis uoluntas est.

Redde mihi laetitiam salutaris tui et spiritu 700 A
principali confirma me. cui debetur et redditur; redditur rationabili naturae laetitia salutaris. laetitia autem et gaudium fructus est spiritus; firmamentum quoque nostrum spiritus B
principalis est. denique is qui principali confirmatur spiritu non est obnoxius seruituti, nescit seruire peccato, nescit fluitare, nescit errare nec studio nutat incertus, sed firmatus in

7 Ioh. 6, 67—69 14 I Cor. 12, 11 18 Psalm. L 14 24 Psalm. XXVI 5

2 dī/// *P'* dī *D'* et** *P'* 5 spiritus est sanctus *B'B''* est spiritus sanctus *DT'* spiritus sanctus est *L* 7 dicente *P'* (i *s.* e *alt.*) *LT* 8 respondit petrus *P'* (petrus *in mg. m2*) *D* ad quem *BO* domine ad quem *P'* (domine *in mg. m2*) *cet., recte puto* 10 auferetur *RB'CDP''T* auferatur *T'* 11 nisi] nisi a *B* uolumtate *bis B* sicut . . . uoluntate *om. R* 16 auferatur (au *s. u.*) *P'* uoluptate (n *s.* p) *P'* trinitates (i *s.* e) *P'* 17 uoluntate *RB'P''T'* 18 laetitia *RB'* 20 laetitiae *B et* (*corr. m2*) *P'* 22 denique *BP'D'O* meritoque *cet.* his *BP'B' et* (h *eras.*) *D'* 23 fluitare *BP'B''D'O* fluctuare *cet.* 24 nec*** *B* (c *in ras.*, nescit *scriptum fuisse uidetur*) studii *CDLT* nutat *BP B''D'O* niti *T* nutu *P''* (ans *s.* u *alt.*) *cet.* incertus *BP'B''D'O* incerto *cet.*

73 petra solido stabilitur uestigio. quem putamus dici spiritum principalem? plerique spiritum rectum ad dominum referunt Iesum, qui peccatum mundi abstulit et omne hominum genus sui sanguinis effusione renouauit. et ideo dictum: et spiritum rectum innoua in uisceribus meis. spiritum autem sanctum, de quo dicit: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me, spiritum intellegunt ueritatis, spiritum uero principalem deum patrem arbitrantur. quam moraliter autem ait: ne proicias me a facie tua! fideliter timet auferri sibi quam accepit gratiam. ideoque alibi ait: oculi mei semper ad dominum et in posterioribus: ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum et sicut oculi ancillae in manibus dominae suae ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nobis. certe hic est spiritus auctor et princeps, qui regat mentem, confirmet adfectum, quo uelit
74 trahat, in superiorem uitam dirigat. sunt et qui spiritum acceperint hominis, qui in ipso est. de eo ait apostolus: quis enim scit hominum quae hominis sunt nisi spiritus, qui in ipso est? qui potest scire omnia, quem hominis occulta non fallunt potest habere in homine principatum.
16, 75 Sequitur: docebo iniquos uias tuas et inpii ad te conuertentur. ille praecipuus gubernator, qui scopuloso in

3 Ioh. 1, 29 4 Psalm. L 12 6 Psalm. L 13 9 Psalm. L 13 10 Psalm. XXIIII 15 11 Psalm. CXXII 2 18 I Cor. 2, 11 22 Psalm. L 15

3 qui *BP'CDB''D'O* quia *cet.* mundum *B'* 4 effusione *P'* (ne *ex* nis) dictum et *BP'D'O* dictum est et *B''* dictum est *cet.* 5 *post* meis *add.* sanctum *R* 6 sanctum ṭụụṃ *P'* sanctum *post* ueritatis *transponit D'* 8 patrem *om. P''T'* 10 auferre *B'* 14 n̄n (= nostri) *P'* N (= nostrum) *B* 15 nobis] nostri *CDB''D'LT'* auctor *BP'D'O* doctor *cet.* 16 regit *BP'D'O* confirmat *BP'D'O* quod *B'* 17 trahat et *D'* uiam *B'ADP''T'*, *om. C* acciperint *B* acceperint (v *s.* i *alt. m3*) *T'* acceperunt *B''* 18 homines *B* (-is *corr.*) *B''* de eo *BP'B''D'O* ideo *cet.* 19 sunt hominis *T'*, sunt *om. B* in homine habere *D'* 23 praecipuus *ex* praecibus *B* praecipuus est *P'* (est *postea add.*) *D'* gubernatur (o *s.* u *alt.*) *B* scopoloso (v *s.* o *alt.*) *P'*

litore nauem gubernat, ille doctor bonus, qui duriora acuit
ingenia ad eruditionis profectum, ille bellator egregius, dux
mirabilis, qui timidiores accendit in proelium et exploratis
locorum fulcit ingeniis, ut infirma uirium commodae stationis
oportunitate conpenset: ille similiter magnus etiam fidei prae-
dicator, qui iniquos docet. unde pulchre ait: docebo ini-
quos. non dixit: docebo iustos — nouerunt enim iusti uias
domini —, sèd iniquos inquit docebo. denique auctor pru- 701 A
dentiae et magister omnium dicit: non ueni iustos uo-
care, sed peccatores. et medicus ille caelestis non opus
6 est sanis inquit medicus, sed infirmis. siue igitur ex
persona illius qui gentes uocauit siue ex sua bene posuit:
docebo iniquos, quia commutare intimos adfectus potest
propositumque conuertere doctrina caelestis et operatio diuina
sacrilegis pectoribus studia pietatis infundere, ut hi qui sine
lege uiuebant conuertantur ad dominum uerum, qui ante auer- B
tebantur, regalis quoque exemplo paenitentiae qui iniquitates
et acerba exercent flagitia corrigantur et fide atque opere con-
uersi doctrinae remedium salutaris accipiant, ingrediantur do-
mini uias, in quibus nullos erroris anfractus, nulla deuerticula

7 Psalm. I 6 9 Matth. 9, 13 10 Matth. 9, 12

1 nauim *A* (i *ex* e) *B''LO* 2 egregius *BP'B''D'O* gregius *A* regius *T* (*s. m2* ł egregius) *cet.* 3 exploratis *ex* expoliatis *P'* 4 infirma uirium (uirium *in ras.*) *L* infirmantium *BP'D'O* infirmabilium *B''* commoda *CDLT* corda *BP'D'O* 5 fidei praedicator qui *A* (praedicator *ex* praecator), *P''* (*ex* fide praecator, qui *s. u.*), *L* (*in quo* etiam fidei magnus praedicator), *D* (*in quo* praedicatur) fidei qui (*om.* praedicator) *BP'B''D'O* fide precator (*om.* qui) *RT* (in quibus praecator) *C* (*in quo* praecatur) *B'* praedicatur qui (*om.* etiam fidei) *T'* 6 pulcre *P'* 7 nouerunt *B* (ue *s. u. m2*) *P'D'O* 8 inquit *om. P'CD'* 9 iustos uocare *BP'D'* uocare iustos *cet.* 13 intimos *BP'B''D'O* uicium *L* initium *cet.* 15 pecçatoribus *P''* sine (i *ex* e) *P'* 16 dominum] dm̄ *ACDP''LTT'*, *recte puto, cf. Sap. 12, 27 Ioh. 17, 3 al.* 17 qui] hii qui *RB'* hi qui *ACDP''B''T'* iniquitatis *BB''O et* (es *ex* is) *P'* 18 acerba (b *ex* u) *P'* aceruę *R* acerue *B'* acerbe *A* 20 nullos *P'* (os *ex* us) *BAD'O* nullus *cet.* erroris (is *ex* es) *B* deuerticula *B* diuerticula *P'* (di *ex* de) *cet.*

praecipitis prolapsionis offendant. sicut enim bonae uitae spe-
cimen et uirtutis exemplar in his uiris est, qui inoffensa uitae
suae tempora percucurrerint, ita qui ante actis renuntiantes C
flagitiis uel incredulitatis erroribus emendauerint cursum po-
sterioris aetatis iis ad imitandum propositi sunt qui uel opere
77 uel cogitatione labuntur. sequitur: libera me de sangui-
nibus, deus deus salutis meae. et ad Uri mortem po-
test referri, quod mandatae necis eius conscius ueniam tanti
poscat admissi et quamuis rex legibus absolutus suae tamen
reus sit conscientiae. quibus uinculis se enodare desiderans
diuinum sibi precatur auxilium, ut ab omni criminis perpe- D
trati labe mundetur. et reuera cum mitis et corde mansuetus
egregia semper dederit sanctus propheta suae mansuetudinis
et pietatis insignia, ita ut aduersariis suis frequenter igno-
uerit atque ab eorum nece putauerit abstinendum, non est
mirum quod tam grauiter doleat fundendi sanguinis innoxii
sibi obrepsisse peccatum. ideo liberari se a sanguinibus, hoc
est a peccatis mortalibus postulauit. laudauit dominum deum
suum, iustitiam domini praedicauit ideoque addidit: exul-
tabit lingua mea iustitiam tuam.
17, 78 Domine, labia mea aperies, et os meum adnun-
tiabit laudem tuam. qui enim laudat dominum ab ini-
micis suis erit saluus, ut scriptum est. et certe supra dixerat

6 Psalm. L 16 19 Psalm. L 16 21 Psalm. L 17 22 Psalm. XVII 4 23 Psalm. XXXXVIIII 16

2 his (h *s. u.*) *P'* 3 percucurrerint *BO* percucurrerunt *P'D'* percurrerint *cet.* 4 erroris *B* errorē *B''* errores *P'* (es *ex* is) *D'O* 5 iis *ex* his *P'* 6 cognitione *BRB' et* (*m2* cogitatione) *P'* 7 uri *B* uriae *cet.* 8 mandatae *BP'B''D'OT' et* (*m2 ex* mandati) *P''* mandati et *cet.* 10 se *s. u. m2 P', om. D'* eno**dare *P'* aenodare *RA* enodare (i *s.* e *alt.*) *D'* 12 et *alt.*] atque *CDLT* 13 aegregia *B* 15 eorumne *R* (ne *eras.*) *B'* 17 obrepisse *BO* obrepsisse *P'* (s *pr. s. u. m2*) et ideo *P'* (et *s. u. m2*) *D'T'* 18 peccatis *in ras. R* postolauit (v *s.* o *alt. m2*) *P'* laudabit *RB'* 19 ideoque (o *s. u.*) *P'* addit *BO* exultablt *B* (b *ex* u) *P''T' et* (u *in ras.*) *D* exaltabit *B''* exultauit *cet.* 21 domine... tuam *om. B''* os (s *in ras.*) *B* adnuntiabit (b *ex* u) *B et m2 P'* 23 saluus erit *ACDP'LTT'*

in XXXXVIIII psalmo: peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? cum ergo per os suum dixerit quod peccatorem prohibuerit deus suas enarrare iustitias, utique ipse enarrando iustitiam dei declarauit commissum hoc nequaquam sibi inputatum esse peccatum. et addidit: labia mea aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam. os peccatoris deus claudit, ne loquatur iustitias dei: iusti aperit, ut loquatur. cuius ergo labia aperit, hunc peccati absoluit reatu. illius autem aperit labia dominus qui accipit uerbum in apertione oris sui. unde et apostolus 702 A petit se adiuuari orationibus plebis, ut aperiatur sibi ostium uerbi ad loquendum mysterium Christi. linguam uero pro sermone accipimus eius qui exultat in dei laudibus. unde et illud sic aestimatur: lingua mea calamus scribae uelociter scribentis, sermo infusus prophetae. quod si ex persona Christi dictum accipimus, uide ne scriba sit uelociter scribens uerbum dei, quod animae uiscera percurrat et penetret et inscribat in ea uel naturae dona uel gratiae, B lingua autem sit sanctum illud ortum corpus ex uirgine, quo uacuata sunt uenena serpentis et euangeli opera toto orbe celebranda decursa sunt. accedit ad euacuandum peccatum, quod humilitatem suscepit; contriuit cor suum, quod magis

10 Coloss. 4, 3 14 Psalm. XXXXIIII 2 22 Psalm. L 18 sq.

1 XLVIIII *BP'B'AC* XLVIII *R* XL° nono *D'* quadragesimo octauo *D* quadragesimo nono *cet.* 2 iustitia *P'* 3 peccatorum (e *s. u. m2*) *P'* 4 enarrando *a* narrando *P'* (o *ex* a) *cet.* 5 sibi *BP'CD'O* suum *A* suo *D* (*post* inputatum *transpositum*) *cet.* peccato *DP''B''LTT'* 6 adnuntiabit *P'* (b *ex* u *m2*) adnuntiauit *RB'* 8 iustitia *RB'AP''T'* 9 peccatum *P'*, *om. D'* 10 apertionē *BO* oris (s *m2*) *P'* 12 misterium *P'* 13 sermonein *B* eius *BP'D'O*, *om. cet.* 14 calamos *B* 15 scribentis (is *ex* es) *B* 16 scriba* sit *P'* (s *eras.*, t *ex* d) sid (t *s.* d) *B m1 O m2* 18 inscribat (in *s. u. m2*) *P'* gratiae (ae *ex* am) *P'* 19 ornatum *R* corpus ortum *T'* 20 sint *B* (*s* in *ras.*) *P'O* euangelio (euuangelio *P'*) per toto orbe *B et m1 P'* euangelia per totum orbem *P m2 D'O* euangelii *RB'ACDP''B''LTT'* 21 euancuandum (n *pr. eras.*) *P'* 22 suscepit *m2 ex* suscipit *BP'* suscipit *LT* cor suum *s. u. m2 P'*

sacrificium dominus elegit quam holocausta pro peccatis, quae secundum legem offerri solebant. denique supra ait: holocausta etiam pro peccato non postulasti; tunc dixi: ecce uenio, id est: non rapinam arbitratus esse me C aequalem deo uenio formam serui accipiens, uenio in specie susceptionis humanae, in ueritate crucis, mortis humilitate oboedientiam probaturus, ut inoboedientia deleatur.

81 Merito ergo et hic dicit: quoniam si uoluisses, sacrificium dedissem utique; holocaustis non delectaberis. sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contribulatum et humiliatum deus non spernet. et sicut supra dixi, certum est mysterio conuenire quod ipse dominus Iesus uidetur hic quoque ex sua D persona loqui, qui superius illud personae suae euidenti testificatione deprompsit. ipse enim uerus Dauid, manu fortis, uerus humilis atque mansuetus, primus et nouissimus, aeternitate primus, humilitate ultimus, per cuius oboedientiam humani generis culpa deleta, refusa iustitia est. ipse, inquam, Iesus, umbrae finis et legis, aduenit humilitatis magister docere superbos sensu et tumore cordis inflatos ad mansuetudinem et simplicitatem esse migrandum. quomodo igitur in typo eius mysterii peccatum inputari potest, cum in ipso

2 Psalm. XXXVIIII 7 sq. 4 Philipp. 2, 6–8 8 Psalm. L 18 sq. 16 Matth. 21, 5 Zach. 9, 9 Apoc. 1, 17 18 Rom. 10, 4 Hebr. 10, 1

1 domini *RB'AP''B''* *et* (us *m3 ex* i *alt.*) *T'* elegit *ex* eligit *P'* eligit *CB''D'* 1 *et* 2 olocausta *B* holocausta (h *s. u. m2*) *P'* 1 pro peccatis . . . holocausta *om. LT* peccato *RB'ACP''T'* 3 peccato (c *pr. s. u.*) *B* postolasti (v *s.* o *alt. m2*) *P'* 4 rapinam (m *del. m2*) *P'* rapina *RB'C* esse] est esse *ACDP''B''LTT'* me *BD'O et* (e *s. u. m2*) *P'* se *cet.* 5 uenio *alt.*] uenit *BP'D'O* spetiae *RB'A* 6 ueritatē *ALT* humilitatem *RB'AP''T'* 7 ut *s. u. m2 D* 9 olocaustis *B* 11 contribulatum *BP'D'O* contritum *cet.* 12 spernet *BP'D'O* spernit *cet.* 14 qui *om. BP'D'O* superius *ex* supernis *P'* 18 depletur (p *del.*) *B* deletur *P'D'O* effusa *BP'D'O* 20 superbo *P'D'* 21 igitur] ergo *B''D'L* 22 eius (u *s. u.*) *BO* eis *P'* eius et *AP''T'* mysterio *AP''T'* in *s. u. O, om. B'C*

mysterio sit remissio peccatorum? nisi forte ideo Dauid iniquitatem suam peccatumque confessus est eius admissi, ut ipse ad remissionem peccati et gratiam mysterii pertineret.
2 nam quid sibi uult quod uir peccatum suum confitens de Sion et Hierusalem psallit dicens: benefac, domine, in bona uoluntate tua Sion, et aedificentur muri Hierusalem, nisi quia adcelerari ei placet ecclesiae con- F
gregationem per uocationem gentium, quae non ancillae filiis, sed liberae Hierusalem, illius quae in caelo est, fidei suae prosapiam toto orbe diffunderet et spiritalium saepta
3 murorum doctrinae apostolicae adsertione fundaret? muri itaque Hierusalem fidei propugnacula, disputationum munimenta, uirtutum culmina sunt: muri Hierusalem ecclesiarum conuentus sunt toto orbe fundati; ecclesia enim dicit: ego murus et ubera mea turris. et bene Hierusalem muri ecclesiarum conuenticula, quoniam quisque bona fide atque opere ingreditur ecclesiam fit supernae illius ciuis et incola ciuitatis, quae descendit de caelo. hos muros lapidum aedificat
4 structura uiuorum. uidens igitur Hierusalem ueram et Sion 703 A
dixit: 'cum benedixeris in uoluntate tua Hierusalem et Sion,

5 Psalm. L 20 8 Gal. 4, 31 et 26 Hebr. 12, 22 14 Cant. 8, 10

1 nisi] si *BP'O* sic *D'* ideo dauid *BP'B''D'O* dauid ideo *cet.* 2 admisi *B* admissi (s *pr. s. u.*) *P'* 3 ipse *BP'D'O* et ipse *cet.* 5 de hierusalem *RCDT'* benefac... Hierusalem *om. P''* 6 uolumptate (p *ex* t) *B* sion (n *s. u.*) *B* 8 quae *a* quia *D'* qui *cet.* 9 filiis *RAP''* filius *DT'* filii *B* (i *tert. s. u.*) *cet.* hierusalis *RB'* 10 prosapiaem *P'* (ae *ex* a *m2*) prosapiem *D'* prosapia *RB'CT* toto orbe *om. A* diffunderent *BP'B''D'LO* saepta] septanomen *RCT* septanom' *B'P''* septanomine (ine *s. u. m2*) *A* tutamen *D* 11 mororum *R* fundarent *BP'B''D'L* funderent (*in mg. m2* darent) *O* fundaret adsertione *A* 12. 13. 15 hierusalis *RB'* 14 fundati (d *ex* t) *P'* 16 conuenticula sunt *P'D'* quisquis *DB''LT'* 17 ciues *B et* (-is *corr.*) *P'* 18 lapidificat structura *BP'D' et* (*m2 in mg.* lapidum edificat) *O* 19 uidens igitur] unde magis igitur *BP'D'O* 19 *et* 20 syon *RB'* 20 benedixeris *LT'* dixerit (s *s.* t) *BP'* direxeris *B''* dixeris *cet.* in] in bona *O*

tunc acceptabis sacrificium iustitiae, hoc est sacrificium corporis Christi, qui ait, cum de propria passione loqueretur: aperite mihi portas iustitiae et ingressus in eas confitebor domino. et in euangelio ait ad Iohannem: sine modo; sic enim oportet nos implere omnem iustitiam et infra: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. iustitia Christus est; sacrificium ergo Christi acceptabile futurum patri adserit. hoc est ergo, de quo et supra ait: sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in domino. haec est iustitiae spiritalis oblatio et holocaustum feruentis deuotionis et infusionis spiritus sancti, quod dicit futurum, cum ad illud spiritale domini altare coeperint admoueri animae credentium, quae renuntiantes uoluptatibus atque deliciis tamquam aratrum in uisceribus suis ducant, ut fructus piae possint adferre culturae. uel certe ita: cum benedixeris ecclesiam ex gentibus adquisitam et spiritale sacrificium iustitiae coeperit frequentari, tunc et martyres sancti, qui suum pro Christo corpus optulerunt exarandum, tamquam uituli sacris altaribus offerentur, sicut in Apocalypsi Iohannis scriptum inuenimus quia sub altari erant animae eorum qui pro domini Iesu nomine corpora sua optulerunt martyrio, ut Christi sibi gratiam mercarentur. cui est honor, gloria, laus perpetua cum deo patre et

1 Psalm. L 21 3 Psalm. CXVII 19 4 Matth. 3. 15 6 Matth. 5, 10 9 Psalm. IIII 6 14 Luc. 9, 62 20 Apoc. 6, 9

2 qui ait cum *BP'D'O* qui aettum *R* qui et cum *T* quia cum et *C* qui cum *D* (*add.* ait *post* loquentem) quia et cum *cet.* 3 loquerentur (n *eras.*) *B* 8 xpi *ex* xps *P'* xps *D'* 10 iustitiae *alt.* *P'CDD'L* iustitia *cet.* 11 olocaustum *B* 12 scs *R* 13 spitle (tle *ex* de) *P'* 14 delitiis (de *ex* di) *P'* 15 fructos (u *s.* o) *B* 18 optulerunt *BT* obtulerunt *P'DD'LOT* obtulerint *cet.* 20 sicut et (et *exp. m2*) *P'* apocalypsin *RB'P''* apocalypsyn *C* 21 eorum animae *B''* illorum animae *P''T'* nominae (a *eras.*) *P'* 22 optulerunt *B* obtulerunt *P'D'LOTT'* et (*s.* unt *ras.*) *P''* optulere *C* obtulere *cet.* 23 cuius *P''T'* honor *BP'B''D'O* honor et *cet.* perpetua *BP'D'O* perpetuitatis *B'''* perpetuitas *cet.*

spiritu sancto a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum amen.

EXP. APOLOGIAM DAUID DE PSALM. L. (*s. u.* EXPLICIT) *B* EXP. LIB APOLLOG AMB DE DAUID *P'* EXPLICIT APOLOGIA DAUID *RB'P''CT* EXPLICIT LIBER SCI AMBROSII DE APOLOGIA DAUID *D'* FINIT DE APOLOGIA DAUID *L* EXPLICIT APOLOGIA SCI AMBROSII DE DD (APOLOGIA . . . DD *in ras. m3*) *T'* (*in mg. m2* EXPL LIB. I. SCI AM. DE DD.). *in ADB''T non est subscriptio*

⟨APOLOGIA DAVID⟩

(quae uolgo uocatur altera)

T = liber sancti Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352 saec. XII f. 153^r

B = Bruxellensis 1893/99 saec. XII f. 73^r

D = Duacensis 227 saec. XII f. 62^r

T' = Trecensis 284 saec. XII f. 124^r

N = Nouariensis (XLVIII) 20 saec. XIII p. 274

B' = Brugensis 101 saec. XIII uel XIIII f. 145^r

P = Parisiacus 1723 saec. XIIII f. 322^r

P' = Parisiacus 1731 saec. XIIII f. 16^u

M = Parisiacus 1728 (olim Mazarineus) saec. XV f. 79^u

X = *BT'B'P'*

χ = *T'B'P'*

1 Fortasse plerosque psalmi titulus offenderit, quem audistis 707 AB
legi, quod **uenit ad eum Nathan propheta, cum intrauit ad Betsabee**. simul etiam non mediocre scru-
pulum mouere potuit inperitis euangelii lectio, quae decursa
est, in quo aduertistis adulteram Christo oblatam eandemque
sine damnatione dimissam. nam profecto si quis ea auribus
accipiat otiosis, incentiuum erroris incurrit, cum legit sancti C
uiri adulterium et adulterae absolutionem, humano prope-
modum diuinoque lapsus exemplo, quod et homo putauerit
adulterium esse faciendum et deus censuerit adulterium non
esse damnandum. lubrica igitur ad lapsum uia uel ueniae
uel concupiscentiae. accedit illud, quod ipsas faces iuuenilis
lasciuiae uidetur accendere, quia adulterium suum non eru-
buerit, non celauerit, sed quadam diuini carminis praedicatione D
uulgarit. quid ergo? tam inpudens et inprouidus sanctus

2 Psalm. L 2 4 Ioh. 8, 3 sqq.

INCIPIT LIBER SCDS SCI AMBROSII EPI DE APOLOGIA DAUID *D* INCIPIT LIBER SECUNDUS EIUSDEM OPERIS *T'* (*in ras. m3, in mg. m2* INCIPIT. II. DE EOD') EXPLICIT LIBER DE NABUTHE ET ACHAB INCIP LIB II' DE APOLLOGIA DD AD THEODOSIU AUGUSTUM *N* EXPL TCTATUS SCI AMBROSII AD THEODOSIU AUGTU DE APOLLOGIA DD LIB' PM' INCIPIT EIUSDE OPERIS LIB' SCDS *B'* EXPLICIT LIB PRIMUS SANCTI AMBROSII AD THEODOSIU AUGUSTU. DE APOLOGIA DAUID. INCIPIT LIB SECUNDUS *P* LIBER SECUNDUS *M* (*supra in marginibus foliorum* LIBER SECUNDUS DE APOLOGIA DD AD THEODOSU AUGUSTU). *deest inscriptio in TP' et spatio relicto in B* 1 offendit *PM* 3 betsabeę *T* bethsabeę *uel* -bee *DT'NP'* bethsabee (h *s. u.*) *B'* bersabee *B* (r *in ras.*) *cet.* mediocre *T* mediocrem *cet.* 5 audistis *B'P'* 7 incurret (e *ex* i) *T'* legerit *BD et* (*m3 ex* legent) *T'* leget *NB'* 8 propemodo *T'B'PM* 11 ad lapsum *om. PM* 12 accidit *TN* ipsa facies *TN* 15 uulgauerit *B'PM* et *TBN* tam *cet.*

Dauid fuit, ut ipse suum cantaret obprobrium, maxime cum ipse in alio quoque, qui hodie decursus est, psalmo dixerit: usquequo peccatores, domine, usquequo peccatores gloriabuntur? alios de peccato gloriari prohibet, et ipse etiam sacrato carmine gloriatur? quomodo igitur ista distinguimus?

3 Esto tamen, Dauid petulanter errauerit: numquid et Christus errauit, ut putemus eum non rectum habuisse iudicium? bene ergo quasi ad eos Dauid hodie prophetauit dicens: intellegite insipientes et stulti aliquando 708
sapite. quomodo enim Christus potuit errare? fas non est ut hoc in sensus nostros ueniat. qui plantauit aurem non audit aut qui finxit oculum non considerat? qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam? Christus ergo interrogare culpam et accusationem iustam audire nescius? Christus petulantiam potuit adprobare? Christus, qui corripit gentes, arguendam adulteram non putauit? Christus, qui nouit uniuscuiusque cordis interna, scientiam docet legis, aut falli potuit errato aut contra legis B
seriem iudicare? et quomodo ipse dixit: non ueni legem soluere, sed adimplere? Christus, qui condemnat occulta, potuit dissimulare uulgata? Christus, qui fecit tempora, potest nescire tempora? qui nouit cogitationes uanas
4 hominum, non nouit etiam criminosas? et ideo satis illis responsum sit, qui cum creatorem negare non possint, negant tamen potentiam creatoris, qui cum sapientiam fateantur, insipientiam adserunt, obiciendo ei inprudentiam futurorum. C

2 Psalm. LXXXXIII 3 10 Psalm. LXXXXIII 8 12 Psalm. LXXXXIII 9 sq. 20 Matth. 5, 17

2 psalmus *BDB'P'* psalmo (o *in ras. m3*) *T'* 3 domine] $\overline{de}$ *T'* 5 igitur *om.* X 7 errauit *XN* 12 ueniat in sensus nostros X 16 nescius *TN* nesciuit *cet.* 19 scientiam *TN* et scientiam *cet., fort.* ⟨qui⟩ scientiam errando *D* erratu *PM* 23 nescire omnia t. *B'P'* hominum uanas X 24 criminosas *Dχ* criminosos *cet.* illi *TN* 27 obic. et insipientiam χ

de quo possim latius disserere, sed alius propositus nobis
uidetur esse tractatus. et licet diuersarum series decursa sit
lectionum, ad eandem tamen adsertionem proficiunt et maxime
psalmi titulus et euangelica lectio. sed quamuis una conueniat
adsertio, tamen iuxta ordinem lectionum sit ordo tractatus et
ideo de titulo prius psalmi tractandum uidetur.

Proposita est historia, quae adulterium habeat et homici- D
dium. nam ita repperimus in libro scriptum esse Regnorum,
quia Dauid rex, cum deambularet in domo sua, lauantem se
Uri uidit uxorem, amauit ilico et iussit accersiri. deinde
uirum eius innocentem, ut scriptura inducit, bellatoribus obici
iussit acerrimis, ut ui opprimeretur hostili. haec facta sunt 709 A
nec negantur. quomodo igitur defendentur? bene admonet
euangelica lectio, etiam cum peccatum appareat, sobrium
tamen debere iudicis esse iudicium ac memorem unumquem-
que esse oportere suae condicionis et meriti. saepe enim
etiam in iudicando maius peccatum iudicii est quam peccatum
ipsius de quo fuerit iudicatum. nam si praescriptum est a
quibusdam sapientibus mundi, ut in iudicando caueatur, ne
maior poena quam culpa sit, idque seruatur, quanto magis B
id seruandum uidetur, ut unusquisque de alio iudicaturus de
se ipso prius iudicet nec minora in alio errata condemnet,
cum ipse grauiora commiserit. quis es igitur tu, qui Dauid
sanctum uirum iudicas? gentili dico, Iudaeo dico, Christiano

8 Reg. II 11, 2—16 14 Ioh. 8, 11

1 possem *PP'M* possum *D* disserere *scripsi* dissere *T* dicere *cet.* 2 creatus *BDB'P* tractatus (tract. *in ras.*) *M* 3 ad *TN* ut *B* in *cet.* 4 euangelica *T m2·N* euangelio *T m1* euangelii *cet.* conueniat una X 6 psalmi prius *T'B'P*, prius *ante* ideo *transponit D* 8 reperimus *TM* 10 urie *B* (e *add. m2*) urie *P'* (e *s. u.*) urie *uel* uriae *cet.* amauit *TN* amauit quam *D* amauitque *cet.* 13 defendentur *TN* defenduntur *cet.* 14 sobrium *TN* subreptum *cet.* 15 esse iudicis X 17 etiam *TN* et *P''* etiam et *cet.* peccatum *om.* X iudicium *BT''* peccatum *M* peccati *cet.* (iudicii . . . peccatum *om. P*) 18 ipsum *PM* 20 seruetur χ 21 inseruandum (*om.* id) *D* id *om. PM* 22 nec] ne *N* 24 sanctum uirum dauid χ Iudaeo dico, Christiano dico *om. TN* Iudaeo dico *om. P*

dico. et ideo mihi tripertito distinguendus uidetur esse tractatus, unus aduersus gentiles, alius aduersus Iudaeos, tertius apud Christianos.

3, 6 Primus igitur aduersus gentiles mihi sermo est, qui plerumque obiectare consuerunt: 'ecce quomodo Christiani innocentiam sequuntur, fidem praeferunt, religionem uenerantur, castitatem docent, quorum principes et homicidia et adulteria fecisse produntur? ipse Dauid, de cuius genere, ut dicitis, nasci Christus elegit, ipse et homicidia sua et adulteria decantauit. quales possunt esse discipuli, quorum tales
7 magistri sunt?' quid igitur? negamus factum an repudiamus magistrum? nihil horum; sed qui speciem obicit communitatem consideret. species facti est communitas naturae. nihil E
igitur mirum si intra generalitatem species est. agnosco enim hominem fuisse Dauid, et nihil mirum: agnosco commune, ut homo peccet. nec enim noua infirmitas condicionis humanae magisque mirum uidetur, si homo peccato careat quam si peccatum incidat. fecit igitur peccatum sanctus Dauid — *nullo* ambiguo uos tenebo —, fecit adulterium, commentus est homicidium et commentus est et peregit. peccauit quod solent reges, sed paenitentiam gessit et fleuit, quod non F
solent reges. rogauit ueniam non adrogans potestatis, sed infirmitatis suae conscius, prostratus in terram cilicio se operuit, oblitus imperii et memor culpae.

8 Quem mihi tu huiusce modi repperias uirum, qui in pote- 710
state constitutus non magis crimina sua diligat, culpam

8 Matth. 1, 1 20 cf. de apol. Dau. 4, 15

1 mihi tripertito *TN* tripertito mihi *cet.* distinguendus mihi *B'* esse uidetur *B*, esse *om. P'* 2 gentes *PP'M* 5 consueuerunt *N* 7 et *pr. om. DM* et homicidia *om. BT'P'* 8 semine *B'P' post* dicitis *add.* in quo *D* inquit *BB'PM et m1 T'* inquiunt *T' m3 et in mg. m2* xps *TN* xps se *cet.* 11 quid ergo *DN* 18 incidat. fecit *TN* fecerit. fecit *D* fecerit *P'* inquit affecit *BB' et* (inquit *del. m2*) *T'* aliquod affectet *PM* peccatum *TDN* peccat *B'P* peccauit *T'* (ui *s. u. m2*) *cet.* 19 et cõmentus *B'* nec contentus *P'* 20 et *pr. om. B'P'* 25 repperis *TN*

praedicet, peccata defendat: qui putet sibi quod non decet non licere: qui se legibus obstringat suis et quod per iustitiam non licet nec per potestatem licere cognoscat? non enim soluit potestas iustitiam, sed iustitia potestatem, non legibus rex solutus est, sed leges suo soluit exemplo. an fieri potest ‹ut› qui de aliis iudicat suo ipse sit liber iudicio et in se suscipiat in quo alios adstringat? bonus ergo Dauid et B multo admirabilior qui potestatem uicit quam qui amorem. castitas enim corpori nonnumquam defertur, frequenter errore; potestas deo subditur et facilius qui se in amore cohibeat quam in potestate moderetur. non ergo ignoscis quod minus est in quo maiora miraris? lubrica in omnibus hominibus et prona natura peccandi, lubrica etiam in bonis moribus licentia potestatis et oblatio facultatis. non enim distat ira regis ab ira leonis; sed qui stimulat illum et admiscetur peccat in C animam suam. caueat ergo, ne stimulet aliquis potestatem, ne cassibus anima inretita corporeis uitio se non possit exuere. non igitur mirum si etiam Dauid specie lapsus est potestatis, sed multo amplius admirandum quod fidei contemplatione reuocatus.

Uidetis igitur quod potestas haec saecularis frequenter nihil prosit et plerumque obsit; saepe enim culpae exitus in auctoritate est potestatis. noli igitur tu, quicumque es rex, D de potentia et facultate praesumere; c o r e n i m r e g i s i n m a n u d o m i n i. noli tibi de populorum subiectione blandiri,

15 Prouerb. 19, 12 24 Prouerb. 21, 1

1 deceat *D* licet *N* 4 soluit (e *s.* i) *T* soluet *BB'P'* non *TN* nec *cet.* 5 sed si *BT'B'* etsi *P'* soluet *BT'* soluat *B'* 6 ut *addidit Erasmus* iudicio liber χ et *om. B'P'* 7 suscipiat** *T* in quo] unde χ constringat *B'P'* 9 errore *TN* errori *cet.* 10 quis *T'M* 12 lubrica enim *D* et *om. TN, quod fort. defendi potest* 16 caueat *PM* caue *cet.* stimules *P'* 17 cassibus (s *pr. s. u.*) *B* casibus *TNB'P'* corpore *B* corporis χ uitia (*om.* se) χ se non *om. B* (*in quo est* exuri) 18 ergo *BD* specie *om. B'P'* 19 mirandum *B'P'* 20 reuocatus *N* (*secundum Ballerinium*) reuocatur *cet.* 23 auctoritatem χ potestate *NP'*

quia non saluabitur rex per multitudinem uirtutis suae nec gigans saluus erit in multitudine uirtutis suae. non enim in altis tabernaculorum fastigiis pretiosoque tectorum culmine, sed super timentibus eum bene placitum est domino et his qui sperant super misericordia

11 eius. lubricam igitur uidemus ad uitia potestatem, nec tamen semper inflexam dixerim, quoniam regali potestate sublimem et Dauid legimus cultus auxisse diuinos et Salomonem templum domino consecrasse.

12 Nunc illud quod perstrinximus adseramus facultatem inperandi incentiuum esse peccandi et secundum historiae seriem prosequamur. non adulterasset Dauid alieni ius tori et foederati pacta coniugii, nisi nudam et lauantem mulierem de domo sua interiore uidisset. et ideo bene scriptum est: non incidas in mulieris speciem et non concupiscas mulierem et alibi: ab omnis inreuerentis oculis caue. nihil de continentia tua et uirtute praesumas. etenim fornicatio mulieris in extollentia oculorum et in palpebris illius agnoscetur, et ideo causam primo peccati fuge; nemo enim diu fortis est, neque fragili tantum, sed omni homini dicitur: non te uincat concupiscentia formae — si non uis uinci, non congrediare peccatis, ne de te uitia coronentur — neque capiaris oculis neque abripiaris

1 Psalm. XXXII 16 3 Psalm. CXXXXVI 10, 11 14 Sir. 25, 21 (28) 16 Sir. 26, 11 (14) 17 Sir. 26, 9 (12) 21 Prouerb. 6, 25 23 Prouerb. 6, 25

2 gigans *T* (n *eras.*) gigas *cet.* multitudinem *N* 3 in *om. TN* 6 igitur] enim *B'P'* 7 sublim̃ *TD* 8 legibus *BB' et* (*corr. m1*) *T* diuinos auxisse *B* 10 p̄strinximus *T* assą̃eramus *T*ˢ (e *fort. ex* c) adsacramus *BB'* 12 adulterasset *TND* adulterasse *cet.* thori *libri* foedera *D* 14 domo sua interiore *TN* domus suae interioribus (interioris *P' et* s *eras. B'*, interiori *PM*) *cet.* 15 intendas X 16 et *TN* ait *cet.* ab omnis inreuerentis oculis *scripsi, cf. p. 365 u. 21 et de exh. uirg. 10, 71* ab omni inreuerentis (s *eras. N*) oculis *TN* ab omni inreuerenti oculo *PM* ad omnes inreuerentes oculos *cet.* 19 agnoscetur *BD* (γνωσθήσεται *LXX*) agnoscitur *cet.* 22 ne] nec X*N*

palpebris. uilis tibi mulier uidetur ad pretium, sed
fortis ad uitium, quia mulier uirorum pretiosas
3 animas capit. difficile est itaque ut quisquam libidinis
inretitus inlecebris inmunis euadat. nec mea tantum hoc
sententia difficile iudicatur, sed etiam sancti Salomonis Pro- B
uerbiis inpossibile iudicatum est, qui suo adductus exemplo
ait: ligabit quis in sinu suo ignem, uestimenta autem
non conburet? uel ambulabit quis super carbones
ignis, pedes autem non conburet? caue ergo et tu ne
intra sinum mentis tuae ignem libidinis et amoris accendas,
ne corporeum uestimentum illo animi consumatur incendio ac
perpetuitas resurrectionis uel certe uestigium tuae mentis
uratur, si per libidinum faces tibi putaueris esse gradiendum;
nam qui uritur corde conburitur corpore. C

4 Omnibus igitur modis lasciuiae muliebris uitandus occursus
est. et ideo prudentiam discipulam adquire tibi inquit,
ut te custodiat ab uxore aliena et fornicaria, ne te
laqueis labiorum suorum teneat alligatum, criniculis erroris
inuoluat. itaque unde debeas cauere meretricem propheta te
docuit, ut a fenestra caueas eius ingressus. a fenestra enim
domus suae intrat, fenestra eius est oculus, et ideo ab omnis

2 Prouerb. 6, 26   7 Prouerb. 6, 27 sq.   16 Prouerb. 7, 4 sq.
19 Prouerb. 7, 6, cf. Hier. 9, 21

2 fortis *om. BDB'P'M* uitium est *XM* uitium cara (*s.* ł grauis) est *D* pretiosas uirorum *B'* 4 interitus *BB'P* internę *T'* intentus *P'* 5 se sententia *TN* 6 adductus *TN* ductus *cet.* 7 ligauit *BDT'P' et m1 M* ignem in sinu suo *D et* (*om.* suo) *XPM* autem] sua *BP'* et uestimenta eius non cōburentur *D* 8 uel . . . conburet *om. TNPM* ambulauit *T' et* (*om.* quis) *BB'P'* 10 mentis tuae *TNP* tuae mentis *cet.* amorem *XM* 11 ac perpetuitas resurrectionis *TN* ac (et *B*) perpetuitatem resurrectionis amittas (amittat *T'*) *cet.* 15 lasciuiae muliebris *TN* lasciuae mulieris *cet.* est occursus *DB'PP'M* 18 alligatum *TN* obligatum *cet.* error *B* (*in quo* inuolet) χ errorum *DPM* 20 caueas *om. DP* 21 intrauit *PM* ab omnis (hominis *N*) inreuerentis oculis *TN* ab omni inreuerenti oculo *PM* ad omnes inreuerentes oculos *cet.*

inreuerentis oculis caue, ne per fenestram introeat amor, libido penetret. etenim mulier fornicaria uisu inlicit amatorem et nisi petulantem óbtutum mentis animique conpescas, mors ingreditur per fenestram. non est desidiosa petulantia meretricis, non otiosa lasciuia, quae facit iuuenum uolare corda, ut propriae mentis nequeant tenere constantiam et huc atque illuc feruido amore rapiantur. caue ergo huiuscemodi mulierem, quae pedibus non quiescit, foris errat, insidiatur per angulos, oculis ligat, uerbis inlicit, institis lectum intexit suum et tapetis ab Aegypto stratis. neque enim de cognitione diuina, sed de saeculari inlecebra adsumit ornatum quae merito uirum suum dicit absentem, quoniam non potest adultera

15 omnis Christum habere praesentem. uides igitur quantis retibus etiam sanctorum corda capiantur, et ideo ne mireris, si etiam sanctus Dauid captus est, uir quidem magnus et qui allophylum inmanem corpore, armis quoque bellicis inhorrentem fide uicerit. sed utinam se ipse uicisset, utinam sicut illum aduersarium strauit, sic interiorem aduersarium suum sternere ac superare potuisset! grauior pugna eius qui intus quam illius qui foris dimicat.

16 Sed quid de solo Dauid loquor? accersiamus etiam alios ad tractatum huiusmodi, ne inbecillitatem Dauid magis, unius scilicet hominis putemus quam corporeae condicionis fuisse infirmitatem. Samson ualidus et fortis leonem suffocauit, sed amorem suum suffocare non potuit. uincula soluit hostium,

1 Sir. 26, 11 (14) 3 Hier. 9, 21 5 Prouerb. 7, 10 8 Prouerb. 7, 11 sq. 9 Prouerb. 7, 16 11 Prouerb. 7, 19 16 I Reg. 17, 32 sqq. de apol. Dau. 6, 26 24 Iudd. 14, 6 de apol. Dau. 4, 16 25 Iudd. 15, 14

1 caue. caue *N* introeat] intret *B* amor] mors *N* libidinis et *PM* 2 illicit (illicet *B*, illiciet *T'*) uisu X 5 uiolare *BB' et* (*ante corr.*) *T'* 10 cogitatione *D* 16 allophylum *PP'* allofylum *T* allophilum *cet.* 19 potuisset *ante* interiorem *transponunt* X grauior *TN* grauior est *cet.* 21 loquar *B'* *uerba* loquor . . . (*p. 367 u. 4*) seruasset *in ras. m3 T'* accersiamus *TDNT' et m2 B* accersamus *B m1 cet.* 24 sanson *BDT'P* 25 hostilia *B*

sed suarum non soluit nexus cupiditatum. messes incendit 712 A
alienas, et ipse unius mulieris accensus igniculo messem suae
uirtutis amisit. Salomon templum deo condidit: sed utinam
corporis sui templum ipse seruasset! uerum ad ipsum, a quo
discessit, reuertatur oratio. triumphauit Dauid in decem
milibus, sed errauit in uiginti et amplius milibus et, quia
errauit, hominem se esse cognouit, confessus est culpam,
ueniam deprecatus dicens ad dominum: domine, ne in ira
tua arguas me neque in furore tuo corripias me. B
miserere mei, domine, quoniam infirmus sum. si
Dauid infirmus, tu fortis es? si Salomon lapsus est, tu in-
mobilis? si Paulus primus peccatorum, tu potes primus esse
sanctorum? ergo si errauerunt isti, errauerunt tamquam
homines, sed peccatum suum tamquam iusti agnouerunt. si
iusti poenae atrocioris excepere sententiam, tu quemadmodum
tibi spem inpunitatis proponis, cum scriptura dicat: si iustus
17 uix saluus fit, peccator et inpius ubi parebit? aduer- C
titis igitur, filii, quam plerumque etiam bonum propositum
subruat causa peccandi, et ideo causas ipsas primo fugere et
uitare debetis. non uis amore capi: noli in speciem mulieris
intendere, quia oculi tui cum uiderint alienam, os tuum
tunc loquetur peruersa et iacebis tamquam in corde
maris et sicut gubernator in magno turbine. magnam
enim faciunt tempestatem multitudines cupiditatum, quae
uelut in quodam freto corporis nauigantem hinc atque inde

1 Iudd. 15, 5 5 I Reg. 18, 7 8 Psalm. VI 2 sq. 12 I Tim. 1, 15 16 Prouerb. 11, 31 I Petr. 4, 18 21 Prouerb. 23, 33 sq.

2 ipse unius *TN* ipse *om. D,* unius ipse *cet.* 3 templum dñi *D* deo templum *B'M* 4 corporis sui templum *in ras. m3 T'* templum corporis sui *BB'* 8 deprecatur *D* deprecatus est X 13 isti *TN* iusti *cet.* 15 excepere *TN* excipiunt χ exceperint *B* exceperunt *cet.* 16 promittis χ 17 fit] sit *DM* aduertitis *TN et* (*m3 ex* aduertas) *T'* aduertis *cet.* 18 ergo *D* filii *TN et ut uidetur m3 T'* fili *cet.* 19 peccandi *TN* mechandi *cet.* 20 debetis *B* (ti *eras.*) *B'* (ti *exp. m2*) debebis *D* debes *P* in *om. TN* 22 tunc *TN, om. cet.* loquetur *TDN et m2 T'* loquitur *T' m1 cet.* iacebis *D* iaces *cet.* 25 quodam in *B*

perturbant, ut gubernator sui animus esse non possit, diem
18 ac noctem caligine amoris ignorans. oculis igitur excitatur
libido, sed ebrietate succenditur; omnis autem ebriosus et
fornicator pauper fiet. nec tibi de potentia blandiare potandi.
Noe inebriatus est, et qui non inebriatus est diluuio in-
ebriatus est uino. sed ille naturam uini ignorabat, non enim
ante potauerat: tu in illo didicisti cauere quid debeas. Loth
per somnum deceptus est, et tu si decipi non uis, somnum
mentis tuae discute, ne ebrio inludat filius aut filia dormienti.
non pietas illic, sed ebrietas ridetur, nec pater illic, sed
dormiens circumscribitur. uis non aduri: noli ad ignem
accedere. uis non praecipitari: nutantia fuge, praerupta caue,
caduca declina.
19 Uides igitur in illis qui iusti esse meruerunt non alteram
fuisse natūram, sed alteram fuisse disciplinam. nam post
primi hominis lapsum iustamque sententiam, cum in uno
carnis damnatus sit adpetitus, uitium traxit condicio, infecit
culpa naturam, sed naturae ipsius uitium fides temperauit et
20 deuotionis intentio emitigauit offensam. conuertimini igitur ad
deum, gentes, et scitote quoniam dominus ipse est deus.
ipse fecit nos, et non ipsi nos. scitote quoniam caro et
puluis sumus. relinquamus ergo quae fecimus et ipsum nostri
ueneremur auctorem, qui uitam dedit, peccata donauit, qui
solus potest dicere: ego sum, ego sum, qui deleo ini-

3 I Cor. 6, 9 sq. 5 Gen. 9, 21 7 Gen. 19, 33 20 Deut. 10, 17, cf. Hier. 10, 10 21 Gen. 6, 3; 18, 27 24 Esai. 43, 25

1 die ac nocte *D*X 2 caliginem X excecatur *BB'P'* 3 autem *TN* enim *cet.* 4 blandiare *TN* blandiaris *cet.* (potandi blandiaris *B'P'*) 7 quid cauere *DP'* 8 non uis decipi X 11 accedere ad ignem *PM* 12 nutantia fuge *om.* *N̶* 13 *post* declina *add.* libantia *B* labantia *D*X et labantia *P* et labentia *M* 14 non adulteram *N* 15 alteram fuisse *TN* alteram esse *P'* alteram *cet.* nam *TN*, *om. cet.* 17 sit damnatus carnis χ interfecit *N* 18 culpā naturā (*ex* naturę) *T* culpam natura *N* 19 ę (*eras.*) mitigauit *T* mitigauit *cet.* 20 dm̄ *TN* dnm̄ *cet.* quod *D* quia *B'* dominus ipse est deus *TN* ipse est dominus deus *P'* dominus est deus *BT'* dominus deus est *D* est dominus deus *B'* deus est *PM* 21 caro sumus et puluis X 22 quae nos fecimus X

quitates uestras et memor non ero. magnus plane et
misericors deus, qui beneficium confert nec beneficii munus
exprobrat. miramini quod Dauid regem fecerit uictoremque 713 A
multarum gentium? sic seruulos suos consueuit euehere. non
auarus munerum nec beneficii parcus nec gratiae angustus
nec frugi, sed opulens largitatis quos redemit a peccato auget
in praemio. haec aduersus gentiles.

1 Sed quoniam tripertitam diuisionem tractatus huius polliciti B
sumus, unam aduersus gentiles, aliam aduersum Iudaeos,
tertiam apud ecclesiam, nunc contra Iudaeos uidetur esse
tractandum. quid igitur nobis propositum sit recenseamus.
titulus inquit psalmi Dauid intellectus, cum uenit ad
eum Nathan propheta, cum intrauit ad Betsabee. C
nempe historia haec et adulterum Dauid inducit et homicidam,
et hunc uos, Iudaei, dicitis esse dei filium! sed deus uirtutum
est, non criminum, et de hoc dicit deus pater: thronus
eius sicut dies caeli. qui dolum fecerit peccata non
uicerit: et quomodo scriptum est: nemo sine peccato nisi
unus deus? si igitur non potest deus non esse qui dei filius
est, utique dei filius arbiter iustitiae est, non obnoxius
2 culpae. qua autem opinione uel Dauid dei filium iudicatis uel D
Salomonem putatis? an quia scriptum est: deus, iudicium
tuum regi da et iustitiam tuam filio regis et quia

12 Psalm. L 1 sq. 16 Psalm. LXXXVIII 30 18 Luc. 18, 19
22 Psalm. LXXI 1

1 •uras *T* 3 exprobat *N* 5 numerum *T* 6 nec frugi *TN* sed frugi *DB'* et frugi *PM* et frugis *B* (*in quo deinde* et) *T'P'* quod *TN* auget et praemio *B'*, in praemio *om.* *D* 7 aduersum *BDPM* 8 tripartitam *P'* 9 aduersus *DT'B'* 11 quid igitur *TN* aduersum (aduersūs, s *alt. eras.* *B*, aduersus *B'P'*) iudaeos quod (quid *B*, qud *B'*) X aduersum iudaeos igitur quid *D* quid aduersum iudeos igitur *M* quid igitur *P* (*qui om.* tertiam . . . tractandum) 13 natham *M* betsabee *T* bethsabee *NT'B'P* behtsabee *D* bersabeę *uel* bersabee *cet.* 15 iudei uos *B'P'* dei dicitis esse *BT'* 17 sicut dies caeli *om.* *TN*, sicut *om.* *B* 18 nemo] non *T* 19 unus] solus *P'* deus *alt. om.* X 20 est *om.* *NBB'P'*

titulus psalmi in Salomonem psalmum septuagesimum primum
dicit esse conpositum? sed quem Salomonem dicat aduertite.
Salomon enim pacificus est, hoc habet interpretatio. psalmus
in eum dicitur, quem uere scimus esse pacis amatorem. quo-
modo autem Salomon pacificus? non hoc Ioab sanguis ostendit,
quem inter altaria templi iussit occidi, non Adoniae poena, E
quem adfectatae adfinitatis regiae reum perculit nec matris
obsecratione ab indignatione reuocatus. quomodo autem in
Salomonem Dauid filium aestimas conuenire quod scriptum
est quia permanebit cum sole et ante lunam in saecula
saeculorum, cum ille breuis uitae adeptus usuram angustis
terminis uiuendi spatium transegerit? quomodo autem de eo
dicitur: dominabitur a mari usque ad mare, cum ille
intra Syriam constitutus, hoc est intra unius regionis pro- F
uinciam circumscriptos fines habuerit imperii, solus autem
Christus usque in orbis totius terminos suum propagauerit
imperium. solus enim iste est, de quo bene psalmi series
prophetauit quia reges Arabum et Saba dona adducent
et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes
seruient ei. hunc enim nouimus gentibus uniuersis et
nationibus imperantem incircumscripto imperio, interminata
23 potestate. non ergo Salomon dei filius. sed qua ratione eum
dei filium putauistis? an quia sapiens fuit? sed hic sapientiam
postulauit, ut quam non habebat acciperet: Christus ipse 71
sapientia est, naturaliter in uniuersum habens quod in rebus
humanis Salomon accepit per gratiam. denique quod accipitur

3 Paralip. I 22, 9 5 Reg. III 2, 31 sqq. 6 Reg. III 1, 5; 2, 19 sqq. 10 Psalm. LXXI 5 11 Uerg. Georg. IIII 206 13 Psalm. LXXI 8 18 Psalm. LXXI 10 sq. 23 Reg. III 3, 9

1 solomonem *M* 4 amatorem *TN* actorem *B* auctorem *cet.* 6 inter templum et altare templi *B'P'* adoniae (ad *s. u. m2*) *B* 12 uidendi *BDPM* 14 siriam *TB* prouinciam *DT'P'* prouinciae *cet.* 15 habuit *DM* 16 propagauerit *scripsi* propagarit *B'* propagauit *cet.* 18 sabam (m *eras.*) *T* 21 intermina *PM* 24 ut quam *TDN* ut quia *B* quam quia χ quia *PM* aberet *N* habebat orauit ut χ 25 in *pr. om.* *TT'N*

ex tempore in tempore possidetur. Salomon enim sapientiam nec in principio sui habuit nec in fine possedit. neque enim habere se credidit quod poposcit et postea auersus a dei cultu non quasi sapiens, sed quasi insipiens lapsus est, ut offenderet. ⟨et⟩ offendit, ut etiam quod meruerat amitteret. B cur igitur hunc dei filium credidistis? an quia templum deo condidit? sed hinc dominum et deum non esse credere debuistis, quia scriptum est: nisi dominus aedificauerit sibi domum, in uanum laborauerunt qui aedificant eam. in uanum laborauit qui aedificauit id templum, quod subiectus ignis exussit. an quia ad Dauid patrem ipsius dictum est: non tu aedificabis mihi domum, sed cum tu dormieris, excitabo semen tuum post te. uerum ibi quoque templum non corporale, non materiale promittitur; C neque enim deus in manu factis habitat, sed templum est sancta ecclesia, quae utique non humana, sed caelesti uirtute fundatur.

4 Nam si praestantioris licet, sed humanae tamen uirtutis opera miremur, multos huiuscemodi reperimus, quos cum Salomone conparare possumus. et ideo ubi operis aequalitas est, non est excellentia potestatis. nec plures possumus dicere dei filios, cum unum dei filium legerimus; sed non ex bene- D ficiis suis, quae in patres nostros contulit, facienda est iniuria dei filio. multi enim praeclari uiri, sed per unum Iesum Naue stet inquit sol contra Gabaon. uidetis eum ultra Dauid

8 Psalm. CXXVI 1 12 Reg. II 7, 12 15 Act. 17, 24 25 Ios. 10, 12

1 in *TDN*, *om. cet.* 3 se *s. u. T* se habere *DB'P'* 5 et *addidi*, in tantum *post* offendit *Gelenius* 6 credidisti *N* deo *om. D*, dei *B* 9 sibi *om. PP'M* laborant *T'B'* 10 id *om. PM*, *ante* aedificauit *collocat P'* 11 ad dauid patrem *TN* dauid patri *cet.* eius *PM* 13 *post* te *add.* et ipse aedificabit domum nomini meo *D* 15 deus *om. N* in (templis *add. T'*) manu factis deus χ 16 s̄c̄m̄ *T* (s̄c̄ā *corr.*) *NPM* ecclesiā (ā *ex* ę) *T* 19 miremur uirtutis opera *B'P'* 20 salomone *T* (*in mg.* ⁄· et) *N* salomone et dauid χ dauid et salomone *cet.* 21 est *om. N* 23 parentes X 24 per unum (*ex* primum) *T* 25 stet *TN* stetit *cet.* gabao *T* gabaoṅ *B* dauid *TN* dauid regis *cet.*

processisse uirtutem; terrenis enim Dauid, non sideribus imperauit. uidetis etiam solem ministrum esse, non dominum, qui etiam uoci seruierit humanae. stetit tamen, quia in Iesu et typum futuri agnoscebat et nomen. neque enim in sua uirtute Iesus Naue, sed Christi mysterio caelestibus luminibus E
imperabat; designabatur enim dei filium in hoc saeculum esse uenturum, qui mundani luminis occidentis et iam uergentis in tenebras uirtute diuina differret occasum, lucem redderet, inueheret claritatem. Enoch quoque raptus ad caelum est; sed tamen ille raptus est, hic regressus. raptus est ille, ne malitia mutaret cor eius; hic ipsam malitiam saeculi huius aboleuit. Helias curru atque equis ascendit ad caelum, Christus autem descendit e caelo nec curru nec F
equis. ut ille conscendit, quia ille aliter nequiuisset, hic propria uirtute remeauit. Helisaeus in Iordane leprosum lauare praecepit, ut ab omni contagione mundaretur: hic in Iordane totum diluit mundum. Moyses ipse, cui creditus est ut transiret populus Iudaeorum, aquam diuisit. et ille quidem diuisit elementa, quia non diuisit potentiam trinitatis, separauit moles aquarum, quia patrem non separauit a filio. uidetis quanti uiri et qualium documenta operum reliquerint. quem-

9 Gen. 5, 24   11 Sap. 4, 11   12 Reg. IIII 2, 11   13 Ioh. 3, 13   15 Reg. IIII 5, 14 Matth. 3, 6 et 16   17 Exod. 14, 21

1 terrae χ   3 uoci seruierit (a *et* b *erasae esse uidentur*) *T*   in ihm *TN* ihū (*ex* ihus *M*) *PM* (*in quibus* futuri et typum)   6 designabat X   saeculum *Erasmus* saeculo *libri*   7 uergentem *BB'P'PM*   8 diuina uirtute χ   9 enoc *TM*   10 est *pr. om. N*   11 hic *post* huius *transponit* X   13 e] de *NB'*   nec curru nec equis *TN* nec equis nec curru χ nec curru et equis *cet.*   14 nequiuit X   15 propria ut *T*   lauari X (*ex* leuari *B*)   16 contagio χ   mundaretur *D* mundaret *cet.*   17 creditus est ut transiret populus Iudaeorum, aquam diuisit *scripsi* creditus est ut transiret populorum aquam diuisit *T* crediti sunt populi iudaeorum aquam diuisit ut transiret *DN et* (*om.* ut transiret) *B* crediti sunt transire populi iudaeorum aquas diuisit *B'PM* crediti sunt trans fretum populus iudaeorum aquas (s *s. u.*) diuisit *T''* creditis ut transirent populis iudaeorum aquas diuisit *P'*   21 et *om. N*   reliquerint *TN* dereliquerunt *cet.*

admodum igitur quos pares Dauid regi uel Salomoni uirtute 715 A cognoscitis condicione impares iudicatis, ut Salomonem Dauid filium putetis ad dei sedere dexteram, praesertim cum ipse Dauid euidenter de quo dictum esset expresserit? neque enim de suo filio diceret: dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. quomodo enim filium suum dominum nominaret? lex prohibet, repugnat religio, abhorret fides, ut ad dexteram dei omnipotentis mortalem hominem loces. alius est ille qui sedet ad dexteram, qui corpus suscepit, non qui coepit a B corpore, qui ante luciferum genitus est, id est ante omnium luminum claritatem, quoniam ipse creauit uariorum luminum claritates; nam Salomon utique post luciferum est, Salomon sacerdos non fuit; et ideo dici ei a deo omnipotente non potuit: ex utero ante luciferum genui te; dici ei non potuit: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, maxime cum illo in tempore, quo Salomon fuit, secundum ordinem Aaron, non secundum Melchisedech C fuerint sacerdotes. adhuc enim sacerdotes sanguinem hircorum atque taurorum pro peccatis plebis et erroribus offerebant; posteaquam uero aduenit qui semet ipsum pro salute obtulit mundi, ut quos taurorum sanguis lauare non poterat Christi sanguis ablueret, semet ipsos coeperunt offerre pro hostiis sacerdotes.

Itaque una quaestione dominus noster Iesus Christus D omnium haereticorum ora saepsit, sacrilegia conclusit. non solum enim Iudaeos, sed etiam Photinianos et Arianos et

5 Psalm. CVIIII 1 10 Psalm. CVIIII 3 14 Psalm. CVIIII 3 15 Psalm. CVIIII 4

3 dexteram dei sedere *DNB'* dei dexteram sedere *T'P'* 5 suo filio *TNP*, suo *om. P'*, filio suo *cet.* a dextris meis *TDN* ad dexteram meam *cet.* 6 suum filium *PM* 7 aborret *T* 10 id est] non qui *T* 12 claritates *T* uarietates *DN* dignitates *cet.* 17 ordinem *om. N* 17 melchisedech *T* (1 *s. u.*) *N* ordinem melchisedech *cet.* 18 enim *om. T'B'* 20 posteaquam uero *T* posteaquam uero xps *P'* postea uero quam xps *cet.* 21 mundi obtulit (optulit *D*) *D*γ 26 etiam *om. N* fotinianos *libri semper*. arrianos *libri semper*

Sabellianos hac redarguit quaestione. et ideo nobis, quoniam Iudaeos defecisse iam cernimus et illam execrabilem perfidiam minutam, iam de Arianis, qui non multum a Iudaeis differunt, Photinianisque et Sabellianis aliqua in istius quaestionis perstringenda tractatu sunt. taceat ergo Photinus, qui Christum Dauid filium, non dei dicit, et taceat damnatus uoce caelesti. quomodo enim dicit Christum filium Dauid esse, cum ipse Dauid dixerit in libro Psalmorum: dixit dominus domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? si Dauid inquit dominum illum uocat, quomodo filius eius est? non ergo Dauid filius, sed dei filius Christus. taceat etiam Sabellianus: cum legit dominum domino dixisse, intellegat non eundem et ipsum esse qui dicit et cui dicitur — nec enim sibi pater dicit: sede a dextris meis nec sibi dixit: ponam inimicos tuos — et aliquando intellegant omnes filium esse qui a dextris sedet et hanc distinctionem inter patrem filiumque custodiant, ut sit distinctio patris et filii, quod alius pater, alius filius, sed quia in una sede sedent, una maiestate potiuntur et sedent non pro discerniculo dignitatis nec pro ordine potestatis, sed pro copula caritatis, unam patris et filii intellegant potestatem. in quo et Arius conticescat, qui contraria Sabellio erroris urget uestigia. audiat dominum domino dicere, audiat ad dexteram patris filium sedere et desinat de sermone atque 71 ordine hominum diuinitati facere quaestionem. nec argumen-

8 Psalm. CVIIII 1 Luc. 20, 42 sq. 10 Luc. 20, 44

3 minutam iam *D* minuit etiam *T* minui etiam *N* minuet iam *B* minui iam *D corr.*, *B'PP'M* minuit iam *T'* 4 p̄stringenda *TB* 5 qui dicit x̄pm dauid non dī filium χ 8 dauid *om.* *B'P'* dn̄o *in mg. m2 T* 9 ad *TB* 10 sub pedibus tuis *TDNPM* scabellum pedum tuorum X 11 eius *om.* *BDT'B'* 13 dixisse et *PM* intelliget *BB'P'* 14 qui *DT'PM* cui *cet.* pater sibi χ dicit *TN* dixit *cet.* 15 ad *T* 16 intellegant omnes (homines *P'*) *TBDNP'* omnes intelligant *B'* omnes credant *PM* eum filium *D* 18 sed *TN* et *T'*, *om. cet.* 19 in una *TN* una in *BPM* una *cet.* unaque *T'* sedent *TN*, *om. cet.* 20 nec *s. u. T*

tetur hic quia pater dicit sede; legimus enim et alibi etiam sine patris dicto sedere filium, sicut scriptum est: et sedet ad dexteram dei et alibi: amodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram dei. ipse est enim cui dicitur sede, qui filius hominis nominatur. audit quasi homo, sedet quasi dei filius. quid hac potest dici praecellentius potestate, quae etiam carnem hominis ad dexteram dei conlocauit et infirmum illud condicionis humanae, postquam B tamen uerbum caro factum est, diuinitati copulauit aeternae?

28 sed quid hoc est? posteaquam Photinus obmutuit, Arius conticuit, Sabellius uocem perdidit, adhuc haeresim tamen diuersa contra ecclesiam excitantem ora conspicio. nam ecce Manicheus et Ualentinianus et omnis diriuatio Manicheorum eo telo nititur, quo alii sunt perempti: fidei praeiudicium fidei testificatione molitur. ait enim detestanda haeresis: 'ecce C negauit Christus filium se esse Dauid, et ideo' inquit 'credendum est quod non susceperit carnem'. quibus apertissime in ipso principio euangelii scriptura respondet et dicit: liber generationis Iesu Christi filii Dauid. cur igitur aut alibi Dauid filius dicitur aut alibi Dauid filius denegatur nisi ut intellegas aliud esse secundum substantiam diuinam esse filium, aliud secundum carnis susceptionem? nam secundum substantiam diuinam dei filius est, secundum carnem filius D Dauid. itaque ubi generatio secundum carnem describitur saluatoris, Dauid filius nominatur, ubi uero plenitudo confessionis exigitur, cum designatur generatio saluatoris, non uult

2 Marc. 16, 19 3 Matth. 26, 64 15 Luc. 20, 41 sqq. 18 Matth. 1, 1

1 dixit *N* 2 scriptum (*ex* dictum) *T* et *om.* *N* 7 potestate (*in ras.*) *T* 9 est et diu. *DPM* 11 haeresim *TDN* haeresis *B'P'* haereses *cet.* 12 excitantem *TNB'* excitantes *M* exercitantem *B* exercitatem *D* exercitantes *P* exercitant *T'* exercitat *P'* 13 manicheus et ualentinus (ualentinianus *D*) *TDN* manicheos et ualentinianos *cet.* 14 eo *TN* meo *BDM* in eo *cet.* perempti sunt *N* 15 et fidei *P'* 17 suscepit *B'PP'* 18 respondit *BPP'M* et *TN* cum *cet.* 20 filius dauid dicitur *D* filius dicitur dauid *N* dicitur dauid filius *B'P'* 24 itaque] igitur *PM*

se Dauid filium dei filius nominari; designatio enim maiestatis eius naturam interpretatur. sed iam redargutis scaeuorum interpretationibus ad ecclesiam sermo uertendus est.

5,28 Uerum quod saepe titulum quinquagesimi psalmi repetimus, E
non praesumptionis, set infirmitatis exemplum est. uno enim
die uel per angustias ingenii uel per fragilitatem uocis omnem
seriem non possum inplere tractatus. et ideo quoniam superiore die aduersus Iudaeos noster sermo directus est, quos F
quidem eo usque documenta fidei subegerunt, ut Christus in
caelesti solio locaretur, quod utique in hominem non potest
conuenire — neque enim alium nisi dei filium ad dexteram dei
sedere credibile est —, non alius utique nobis sedere ad dexteram patris nisi dei filius remotis omnibus ambiguis aestimandus est. rursus quoniam scriptura habet: **ex fructu uentris tui ponam super sedem tuam**, idem utique dei
filius carnem ex Maria suscepisse credendus est, in qua prophetici fructus est uentris, ut uere successionem originis
recognoscas illumque dei filium factum postea filium hominis 71
per susceptionem scilicet carnis in throno caelesti sedere non
dubites. neque enim Christus sedem aliquam regalem hoc
habuit in saeculo, ut putes aliam sedem Dauid semini esse
promissam, maxime cum ipse dixerit dominus: **regnum**
29 **meum non est de hoc mundo.** conclusi itaque undique eo

14 Psalm. CXXXI 11 22 Ioh. 18, 36

1 filium dei filius *TN* filium *Dχ* sed (*add. m2 B*) dei filium *BPM* 2 eius *om. B'P'* natura X *post* interpretatur *add.* tractatus apud christianos *BT'PM* scaeuorum *BP et* (c *exp.*) *T' et* (c *s. u. m2*) *M* scenorum *BP'* saeuorum *TDN* 5 et *TN* sed *cet.* est exemplum *BD* 7 inplere *TN* explicare *P'* explere *cet.* 8 sermo noster *BB'P'* 9 usque eo *PM* eos usque eo *T'* (eos *del. m2*) *BP'* 10 locaretur *TN* collocaretur *cet.* homine *χ* 12 a dexteram *T* 14 rursum *N* 15 tuam] meam *T* (*in quo* dem meam *in ras.*) *B et* (ł tu *s.* me *m3*) *T'* idem *T* (*in ras.*) item *D* 16 sumpsisse *χ* 17 ut] et *TN* 19 successionem *N* in] in carnis *B* in carne in *T'* in carne *B'P'* 21 in *ante* hoc *transponit χ* 22 cum ipse maxime X 23 conclusi *χ* conclusit *B* (t *del. m2*) *cet.* unde eo (eo *eras.*) eo *T* unde eo *N* undique ea unde *T'*

perfidiae suae temptamenta deriuant, ut incredibile esse adserant quod deus susceperit carnem, qua ratione autem non B potuerit suscipere explicare non possunt. quaero enim utrum inpossibilitatis an iniuriae causa aestimant carnem a deo suscipi nequiuisse? si inpossibilitatis, aliquid ergo inpossibile deo? nihil enim est quod facere uoluerit et facere nequiuerit. superest ergo ut aut uoluisse aut noluisse doceatur. quod autem maius indicium uoluntatis quam quod ipse dixit: *palam apparui non quaerentibus me. expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem?* si ergo uoluit et potuit, an putamus eum causa iniuriae C noluisse? et quam diuinitas sui sentit iniuriam? expers enim est contumeliae neque subiecta est nostris passionibus; neque enim caro uel detrimentum diuinitati adferre potuit uel augmentum.

0 Qui tamen hoc obiciunt quod dei filius carnem suscipere non potuerit, si gentiles, quomodo, qui deos suos, quoniam homines fuisse negare non possunt, humana specie uisos esse testantur? an rex eorum, quem illi suis diis omnibus anteponunt, prodigiales formas potuit pro amore suscipere, D Christus carnem hominis, quem ad imaginem sui fecit, atque illud praestantissimum opus suum suscipere pro mundi salute non potuit? et pulchrius illis uidetur propter adulterium alieni tori quam propter redemptionem omnium speciem carnis adsumptam? quodsi Iudaeus hoc obicit, quomodo legit: *ecce*

9 Esai. 65, 1 sq. 25 Esai. 7, 14

1 diriuant *B* (der. *corr.*) *NP'* 2 autem *om. B'P'* 4 aestimant *TN* aestiment *cet.* 5 si inpossibilitatis *om. T* (*in quo est ras. 14 fere litt.*) *N* sibi possibilitatis *BT'B'* 6 est enim *B'* est *B* enim *P* 8 iudicium *BDM* dixit] ait *B'P'* 10 et] sed *B'P'* contradicentem mihi X 13 subiecta* (ē *eras.* ?) nostris est (est *s. u.*) *T* subiecta nostris est *BN* 16 ñ suscipere non *T* 17 quomodo *TN*, *om. cet.* 18 uisos** *T* 21 suam X 23 uidetur *om. N* 24 omnium *scripsi, cf. p. 378, 6* hominum *TN* hominum omnium *D* (*in quo* redemptionem *post* omnium *transpositum*) hominum omnium *B'* omnium hominum *cet.*

uirgo in utero accipiet et pariet filium, et uocabitur nomen eius Emmanuhel, quod interpretatur 'nobiscum deus?' quomodo legit: ecce qui loquebar adsum? quomodo autem lectum adserit: ecce sicut panthera et sicut ursus aporiatus occurram eis? dei ergo filius carnem suscipere non potuit pro redemptione omnium, cum ipsi negare non possint quod pro nostrorum supplicio peccatorum adfectum quendam deus ferinae crudelitatis induerit, ut qui natura pius est et misericors nostrorum tamen scelerum atrocitate conmotus adsumat in nos quandam saeuitiam bestiarum?

31 Sed iam quia et superiore die et hodie Iudaeis tantis responsum arbitror, apud uos mihi, fratres dilectissimi, prophetici facti ratio praestanda est. etenim cum primum legeretur hic psalmi titulus, quod uenerit Nathan ad Dauid, cum intrauit ad Betsabee, diximus plurimos serie huius historiae offendi, et ideo tractatum eius adsumpsimus tripertitum diuisionemque tractatus ita putaui esse faciendam, ut apud gentiles lapsus condicionis non negaretur, correctio erroris adstrueretur, apud Iudaeos autem ideo lapsum esse sanctum Dauid doceremus, ne amplius Iudaeorum perfidia claudicaret eumque uel dei filium desinerent credere, quem uiderent communi condicione obnoxium fuisse peccato, Christiani uero surgentis ecclesiae mysteria possint aduertere. tripertita igitur diuisio facta est, una secundum naturam, alia secundum fidem,

3 Esai. 52, 6 4 Osee 13, 7 sq.

1 in utero accipiet *TBN* accipiet (concipiet *P*) in utero *cet.* 2 emmanuhel *T et* (h *s. u. m2*) *T'* emmanuel *cet.* est interpretatum *BT'B'* est (*om.* interpretatur) *P'* 3 ego qui loquebar ecce adsum *DN*, *fort. recte* 6 ipse *T* 7 nostrorum (o *alt. ex* a) *T* 9 atrócitate scélerum *T* 10 in] et *BDPM*, in nos *om. P'* 11 iam quia et] iam et *D* iam quia *B'P'* quia iam et *PM* tantis *TN* satis *cet.* 12 fratres dilectissimi (carissimi χ) mihi χ*PM* 15 intraret *T'P'* betsabee *T* bethsabee *cet.* huius historiae offendi (offerendi *N*) *TN* historiae huius confundi *cet.* 18 correptio *DPM* 20 perfidia iudaeorum X 22 fuisse *om.* X christianis (christiani *BT'*) uero suggerentes *DXPM* 23 possint *TN* possumus *M* possimus *cet.*

tertia secundum gratiam. nec infirmitas excludit a uenia et B
fides excusat a culpa, gratiam quoque promissam iam dudum
sacramenta conciliant.

2 Peccauerit Dauid, ne totus mundus erraret, peccauerit sibi, C
ut nos omnes emendaret, postremo peccauerit in corpus suum
— qui enim fornicatur in corpus suum peccat —, pecca-
uerit in corpus suum, ut in Christi corpore redimeretur: ecce
quem uix defendendum putabamus iam cernimus praedicandum.
quis enim est qui nolit diuina magis in se munera quam
humana opera praedicari? arbitramur enim secundum apo-
stolum iustificari hominem per fidem sine operibus D
legis. iustificetur ergo ex fide Dauid, qui per legem peccatum
agnouit, sed peccati ueniam ex fide credidit; iustificetur Dauid,
quia in peccato eius surrecturae ecclesiae mysteria refulserunt.
dicet aliquis, qua ratione et adulterium et homicidium con-
miserit dominici generis auctor electus; at ego aliud dico:
talis auctor dominici fuit corporis eligendus. quid est enim
incorporatio nisi remissio peccatorum? et ideo exsors peccati E
esse non potuit, ut diuinam gratiam et exemplo praeferret et
nuntio. denique ea dispositione Betsabee et Thamar inter
auctores dominici generis conputantur, quarum altera adulte-
rium fecit, altera conmisit incestum. ea dispositione et Achab

6 I Cor. 6, 18 10 Rom. 3, 28 20 Matth. 1, 6 et 3 21 Gen. 38, 18 22 Matth. 1, 9 et 11

2 promissam *D* promissa *T* praemissa *N* praemissam *cet.* 5 ut] ne *BT'* quod *P* nos omnes *TDN* nobis omnibus *cet.* 6 enim] ergo *TN* 9 est *om. TN*, est enim *B'P'* nolit diuina magis in se *TN* diuina nolit in se magis *B* nolit diuina in se magis *DT'M et* (in *om.*) *P* nolit in se diuina magis *B'P'* diuina *post* se *repetit, sed del. T* 10 opera *in ras. T* arbitramur ... *u. 19* potuit *in ras. m3 T'* 11 iudicari *BD* hominem *om. N, ante* iudicari *ponit B* 14 surrecturae *scripsi* surrectura *TN* suppremo *B'P'* subrepto *cet.* 15 dicet *TN* dicit *cet.* parricidium *TBN, sed cf. c. 10 s. 50, c. 11 s. 54 et 61* 16 at ego *TN* a domino *M* a deo *cet.* 17 corporis fuit *B'PP'* 18 incorporatio *TN* corporatio *cet.* 20 betsabeę *T* betsabee *M* bethsabee *uel* -eę *cet.* inter auctores *TN* mater auctores *B* matres (e *ut uidetur ex* i *B'*) auctoris *PM* (*qui* auctoris *post* generis *transponunt*) *cet.*

et Iechonias, sicut Matthaeus euangelista descripsit, adnumerantur maioribus Christi, ut omnes homines redempturus beneficium a suis maioribus inchoaret, simul ne qui se subiecit usque ad corporis passionem nobilitatem captasse inmaculatae originis uideretur; hominum enim ista iactantia est alienam gloriam, non suam quaerere; et tamen inter ipsos homines maior uirtutis quam nobilitatis est gratia. simul edendum exemplum fuit, ut intellegerent omnes maiorum probra non posse posteris esse dedecori, quod unusquique successionis maculam propriae merito posset abolere uirtutis. uides quantos et quam grauiter criminosos dominicae generationis series conprehendat, de quorum origine propter te nasci Christus non erubuit? et haec si credas, diuinae misericordiae in te munera sunt et hoc caelestis insigne est potestatis; superabundauit enim peccatum, ut superabundaret gratia. non fuerit igitur Dauid exceptus a culpa, ut esset electus ad gratiam.

34 Sed iam mysteria ipsius recenseamus historiae et ex ipsis scripturarum fontibus hauriamus atque ut omnem seriem mysteriorum introspicere possimus, textum ipsius repetamus historiae. sic nempe in libro Regnorum meminimus expressum eo quod Dauid cum lauantem uidisset Betsabee, Uri uxorem, adamauerit, deinde domum uenire praeceperit, cum absens esset uir mulieris. non multo post maritum eius regressum esse nuntium belli, religiosum sane et deuotum uirum, qui belli tempore non putauerit sibi ingrediendam domum, cum

3 Philipp. 2, 8   15 Rom. 5, 20   21 Reg. II 11, 2 sqq.

1 matheus *libri* euuangelista *T* describit χ 2 redempturos *BT* 3 beneficus *P'* beneficiis suis *B'* inchoaret a suis maioribus χ ne qui se *TNT'P* ne non *P'* ne quis se *cet.* subiecit usque ad c. passionem *TN* subiectosque (subiectoque *P*, sublatosque *D*, subiectos X) a (*om.* X) c. passione (passionibus *P''*) *cet.* 8 euidendum *N* omnes intelligerent χ 10 possit *TND* 21 regum *B'P'* 22 betsabeę *T* betsabee *M* bethsabee *uel* -eę *cet.* uri *T et m1 N* (urie *m2*) uiri *M* uriae *cet.* 24 multum χ mẹritum (a *s.* ẹ) *T*

socios bello uideret intentos nec domesticis in tabernaculis, C sed in proeliaribus tentoriis excubantes. postea iussu Dauid in bellum reuocatum sub ea praeceptione, ut obiceretur aduersariis bellatoribus, quo morte uiri liberam copiam potiendae mulieris rex haberet. et hic nonnulla est peccati uerecundia et pudor culpae, quod latebram quaesiuit erroris et iniustae necis non auctoritatem sibi iure regiae potestatis adsumpsit, sed inuidiam declinauit. culpam fateor, sed tolerabilior est quae uerecundia premitur quam quae insolentia praedicatur. D mortuus est igitur Uri bellatoribus obiectus, sed postea idem qui eum peremerant iussu Dauid expugnata urbe sunt interempti. haec est historiae series, in qua profunda licet spectare mysteria.

Et quoniam Dauid non defendendum — neque enim meo E eget auxilio —, sed excusandum excepimus uel potius praedicandum, ne in tanto mysteriorum profundo uacillem, iustum est ut eius ore utar, cuius utor historia. utar igitur prophetico responsorio dicens: cor mundum crea in me, deus, et spiritum rectum innoua in uisceribus mei. nemo enim sine spiritus sancti infusione tantos diuini recessus potest spectare mysterii. etenim si ille tantus propheta spiritus F sancti petit sibi munus infundi, quid facere infirmus debeo, cum praesertim etiam apostolus sanctus populi quoque se petat precibus adiuuari, ut ei aperiatur ostium ad loquendum

18 Psalm. L 12   23 Coloss. 4, 3

1 bello *TN, om. cet.*   3 bellum *scripsi* bello *TN* bella *cet.*   4 potiundae χ   7 sibi *s. u. T*   8 fateor *TN* fatetur *cet.*   9 premitur uerecundia X   10 uri *TN* uiri *M* uiris *D* urias *cet.*   11 peremerant *TN* peremerunt *cet.*   perempti *DB'* interfecti *B*   15 excepimus *scripsi* excipimus *TN* recipimus *cet.*   16 tantum myst. profundum *T* tantum profundum myst. *N*   17 prophetico responsorio *TN* responsorio prophetico *cet.*   19 et *TBDN, om. cet.*   nemo] neque *B'P'*   20 sancti spiritus *BB'P'*   tantos *TN* tanti *BPM* tantis *T'* tanta *DB'P'*   21 mysterii *TN* mysteria *cet.*   22 sibi petit χ   munus] dona *B'P'*   debeo *TN* debeat *cet.*   23 quoque *om. DN*   24 petat *N* putat *B* putet *cet.*   ostium (h *ut uidetur eras.*) *T*

mysterium uerbi. o si mihi ostium illud Christus dignetur aperire! pulsemus tamen; solet enim exaudire pulsantes, quia ipse dixit: *pulsate, et aperietur uobis.* o si mihi se ipse reseraret, quia Christus est ianua. ipse intus, ipse extra, ipse

36 uia quae ducit, ipse uita ad quam contendimus uenire. ueni ergo, domine Iesu, et aperi nobis fontes tuos, ut bibamus de aqua, quam qui bibet non sitiet in aeternum, uel si de fonte 72 adhuc tuo haurire non possumus, dignare concedere, ut de puteo saltim haurire possimus, unde potum Samaritanae illi dubitanti adhuc mulieri polliceris. et tu quidem de fonte omnibus polliceris, sed dubitantibus ut illi Samaritanae fons tuus adhuc altus est puteus. bibamus et nos aquam caelestium secretorum et, quoniam ad fontem tuum meruimus peruenire, liceat nobis imaginem saltem mysteriorum uidere caelestium.

37 itaque, ni fallor, per prophetam spiritum sanctum intellegemus, B per adulteram autem licet synagogae fornicationes uarias aestimare. et ideo multo ante cernimus reuelatum ex spiritu sancto et ex familia Iudaeorum, *quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem,* dominum Iesum esse generandum, qui quidem quasi Iudaeus ex adultera familia natus est, sed quasi inmaculatus ex uirgine. erat sub lege, erat quasi sub uiro familia Iudaeorum. abolenda fuit legis obseruantia, ut ueritas substitueretur et gratia.

38 Habemus unum mysterium. accipite et aliud, ita tamen ut memineritis ex prima conceptione Betsabee natum esse par-

3 Luc. 11, 9 4 Ioh. 10, 7 et 9 5 Ioh. 14, 6 7 Ioh. 4, 14 9 Ioh. 4, 12 12 Ioh. 4, 11 17 Gen. 49, 10 18 Rom. 9, 5 25 Reg. II 12, 18

1 illud ostium $\overline{\text{xps}}$ mihi χ 3 se *om.* *N* 5 uenire *TN* peruenire *cet.* 7 bibet *T* bibit *cet.* 8 tuo adhuc haurire *T'P'* tuo haurire adhuc *B'* non possumus . . . haurire *om.* *B* 9 saltem *B'P'* 10 polliceris . . . omnibus *om.* *B'PP'* fontibus (*om.* omnibus) *TN* 11 ut illis *BT* (*in quo deinde* amaritudine fons) utilis *D* (*qui om.* Samaritanae . . . bibamus) 15 ni *TN* $\overset{i}{\text{n}}$ *D* nisi *cet.* intelligemus *T* (-imus *corr.*) *T'P'* intelligimus *cet.* 16 sinagogae *T* 17 extimare *D* 18 et *om.* X ex *pr.* *om.* *DN* ex *alt.* *TN* et ex *cet.* 25 betsabeę *T* bersabeę *B* bethsabee *uel* -eę *cet.*

uulum, qui mortuus est, postea natum esse Salomonem: illum paruulum ex conceptione furtiua, istum uero Salomonem iam ex professione coniugii. liquet igitur per Dauid intellegi prophetam, per prophetam populum propheticum, ex quo et synagoga primo ille qui natus est, quoniam degenerauit a maioribus suis per flagitia formatus et per uitia conceptus, D populus Iudaeorum ad resurrectionis aetatem peruenire non potuit nec in uirum perfectum excrescere, sed in exigua sensuum paruitate et quadam uirtutis defecit infantia. at uero ille qui postea ex legitima conceptus est copula populus Christianus, ille sapiens atque pacificus — haec enim Salomonis interpretatione reserantur — ad incanam longaeuae resurrectionis aetatem atque ad regnum illud caeleste peruenit. per illum autem populum lex soluta, per istum gratia refor- E mata est.

9 Accipite etiam tertium mysterium. quod Dauid Hebraei dicunt Latini humiliatum interpretantur. quis est autem uere humiliatus nisi ille qui non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed formam serui accipiens humiliauit se ipsum, factus oboediens usque ad mortem? hic est igitur qui significatur Dauid, excelsus per naturam, sed humiliatus per misericordiam, sublimis in diuinitate, sed F mitis in corpore. itaque ubi humiliatus ibi oboediens. ex eo

1 Reg. II 12, 24   6 Psalm. L 7   11 Philo de congr. erud. grat. 31 (I 544, 45) et Siegfried 'Die hebr. Worterkl. des Philo' p. 33   18 Philipp. 2, 6—8

3 liquet *TN* licet *cet.*   4 populum iudaicum *N*   et *TN* et ex *cet.*   5 primo *TN* primus *cet.*   degenerauit *TN* de generatione *D* degenerauerat *cet.*   6 moribus *TN*   conceptus *TN* concretus *cet.*   7 aetatem *TN* aeternitatem *cet.*   8 in *pr. s. u. m2 B'*, *om. BPM*   9 quandam *T*   11 ille sapiens *om. TN*   haec ... reserantur *TN* hoc ... reseratur *cet.*   enim] etiam *BDT'PP'*   13 eternitatem *B'P'*   ad *om. N*   16 quod dicunt hebrei dauid excelsum *D*   18 illĕ *om.* χ   *non* post rapinam *transponunt T'B'*, *post* arbitratus *P'*   humiliauit se ipsum *TN* humiliauit semet ipsum *BDM et* (ipsum *in mg.*) *P* semet ipsum humiliauit *T'* (*m3 in ras.*) *B'P'*   21 est *TN*, *om. cet.*

enim nascitur oboedientia, ex quo humilitas, et in eo desinit. cum enim oboediens dicitur factus usque ad mortem, mortem autem non diuinitatis, sed corporis, non utique oboedientia diuinitatis fuit illa, sed corporis, nec humilitas maiestatis illa, sed carnis. itaque quantum ad susceptionem corporis spectat, apostolica lectio in quo Christi fuerit humilitas declarauit: quod uero ad naturam spectat diuinitatis, euangelica lectione reseratum est, quam pio prosecuti estis adsensu, cum audiretis legi dicente dei filio: ego et pater unum sumus; unum enim diuinitate sunt filius et pater, sed non unum 721
sunt corporis sacramentum et diuinitatis aeternitas. nec solus tamen apostolus humiliatum dixit esse dominum, sed ipse quoque se humilem esse memorauit dicens: tollite iugum meum, quia leue est, quoniam mitis sum et humilis corde. et tamen non sola interpretatione, sed etiam manifesta appellatione signatum, quia scriptum est: inueni Dauid seruum meum, in oleo sancto meo unxi eum et infra: ipse mihi dicet: pater meus es tu et: ego dicam illi: B
filius meus es tu. ergo Dauid quem quaerebamus inuenimus seruum quidem specie, sed dominum in ueritate.

8, 40 Hic ergo Dauid intra domum deambulabat suam. quae domus est utique Christi nisi illa, de qua dicit quia apud patrem meum mansiones multae sunt? in illa igitur regia situs humanam condicionem nudam uidit et miseratus

9 Ioh. 10, 30 13 Matth. 11, 29 16 Psalm. LXXXVIII 21 18 Psalm. LXXXVIII 27 19 Psalm. II 7 22 Ioh. 14, 2

2 dicitur obediens *TP'* dicitur factus obediens *B'* mortem autem non d. sed corporis *TN* mors autem (autem *om. D*) n. d. sed corporis fuit (fuit sed corporis *D*) *cet.* 4 fuit illa diuinitatis *T* illa *om. N* 5 expectat *BDPM* 7 lectio reserauit X 8 audieritis *NM* audieretis *B* 10 pater et filius χ*PM* 16 signatum *TN* signatum est *cet.* 17 infra ipse mihi *TN* infra se *BDT'* infra *B'* infra ipse *cet.* 18 dicet *PM* dixit *TN et* (c *s.* x) *B* dicit (mihi *add. P'*) *cet.* 20 in specie *B'* in *T* (*eras.*) X, *om. cet.* 21 deambulabat suam *N* deambulat suam *T* suam deambulauit *B* suam deambulans *D* deambulans suam *cet.* 22 apud patrem meum] in domo patris mei χ

adamauit. erat enim adhuc nuda uirtutum, quia per insidias serpentis genitalibus erat naturae suae exuuiis destituta. neque enim ueri simile uidetur, ut ante domum regis mulier nudaretur, ante domum regis femina se lauaret, quasi locus lauacro oportunior alius esse non posset. non quadrat, non congruit, D
non cum fide conuenit: distat a uero, abhorret a sensu. talem rex, tam petulantem, tam procacem horrere potuit, non amare. an illa si non uirilis uerecundari nec regios saltim uereri potuit aspectus? an illam, priusquam rex uideret, nec ministri
1 eius arcere potuerunt? ergo si hoc cum fide non potest conuenire, quaeramus quae ista sit nuda: uidelicet humana condicio omnibus uestimentis exuta naturae, carens amictu E
inmortalitatis et innocentiae spoliata uelamine; nudus est enim qui peccato nudatur et culpa. denique ille primus nostri generis peccator atque utinam solus, antequam peccaret, nudum se esse non sensit: posteaquam peccauit, nudum se esse uidit et ideo tegendum foliis putauit, quia nudum se esse cognouit. factus est igitur ille sibi nudus, posteaquam factus est reus culpae. in illo nudata est omnis humana condicio, per successionem naturae non solum culpae, sed etiam F
aerumnae obnoxia. ergo ille se nudum sensit et uidit. unde ita est omnis nostra condicio, ut qui se nudum putauerit nudum et uideat et sentiat. denique qui diuitias concupiscit nudus est, qui contemnit opulentus est. adeo suus unicuique sensus aerumna est et sua cuique uirtus expers iniuriae est. ergo humanam condicionem primo per legem sibi Christus in coniugium uindicauit, quam repudiauit postea. unde et ait: 722 A

1 nuda adhuc uirtutum *B'* nuda uirtutum adhuc *P'* 2 erat genitalibus χ 3 mulier ... regis *om. TBN et* (*qui post* lauaret *add.* ut ante domum regis mulier denudaretur) *B'P'* 5 possit *TDN* 7 tam *pr.*] •tam (i *eras.*) *T* 8 si non uirilis *TN* si non uiro *DPM* sine uiro X saltim *T*χ saltem *cet.* uereri potuit *T* potuit uereri *N* uereri potuisset *cet.* 14 et culpę *T* a culpa *N* 15 atque utique utinam *TN* 17 tegendum se *BB'P'* 20 per successionem naturae *om. N* 23 et *pr. om. D*X 24 adeo suus] at uero si uis *B* at uero suus *T''* (*corr.* sui) *P'* unicuique *TN* cuique *cet.*

quis liber repudii matris uestrae, quo dimisi eam? hoc igitur genere Christus familiam suam nudam uidit et amauit; amat enim sanctam Christus animam. denique amabat Iesus Lazarum et Mariam, amabat Christus ecclesiam suam quamuis nudam, quamuis adhuc nullo uirtutum decore uestitam.

42 Denique ut sciamus propositae dispositioni scripturarum seriem conuenire, discamus ecclesiam nudam, discamus quaerentem, festinantem et lauantem se ante domum Christi, quando baptizabat Iohannes in Iordane dicens: ego quidem baptizo uos in aqua in paenitentiam, qui autem uenit post me fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. ipse uos baptizabit in spiritu sancto. ergo quando baptizabatur plebs in paenitentiam, Christus utique domui eius iam uicina quaerebat, ut perueniret ad gratiam. quaerebat ergo in Iohanne Christum ecclesia dicens: adnuntia mihi quem dilexit anima mea, ipsum causam desiderii, ipsum causam lauacri sibi esse conmemorans, sicut habes: fusca sum et decora, filiae Hierusalem, sicut tabernaculum Cedar, ut pellis Salomonis. habes causam qua ratione se lauare gestiat, quia fuscam se esse conmemorat. nam quasi interroganti Iohanni qua ratione plebs multa concurrens gestiret lauari respondit dicens: fusca sum et decora, filiae Hierusalem. quia fusca est, lauari desiderat; quia decora est, uideri nuda non metuit. nolite inquit

1 Esai. 50, 1 4 Ioh. 11, 36 Luc. 10, 39 sqq. 10 Matth. 3, 11 17 Cant. 1, 7 19 Cant. 1, 5 25 Cant. 1, 6

2 genere *om.* *TN*, *post* Christus *transponit* *P'* 3 amat] amauit X xps sanctam *T* xps sanctam *D* 4 et lazarum *PM* 5 nullo adhuc *BT'*, adhuc *om.* *B'P'* 7 dispositioni *TN* disputationi *cet.* 11 paenitentiam *Erasmus* paenitentia *libri* 16 in *TN* a *DM* de *P*, *om.* *cet.*, *in quibus* iohannem xpi 17 diligit χ 19 filiae *TDNT'* filia *cet.* sicut *TN* ut *cet.* 20 tabernacula *DB'* pelles *D* (es *ex* is) *B'P'* habens *N* 21 quia] quae χ 23 dicens *TN*, *om.* *cet.* 24 filiae *TDNT'* filia *cet.*

aspicere me, quia obfuscata sum, quia non est in-
tuitus me sol. ergo fuscamur, quando non uidemur a Christo,
sed quando uidemur, albescimus uidit ergo eam ille cui nuda
sunt omnia et interna pectoris occulta esse non possunt, quia
scrutator est cordis et renis; nihil huic tectum, nihil est
inuolutum. uidit ecclesiam suam nudam et, ut uidit, ad-
amauit. uidit nudam dilectam et quasi filius caritatis adamauit.
B uidete quemadmodum inuitet, uidete quemadmodum uocet. non E
hic adulterii obprobria, sed mysteria castitatis sunt tota es
inquit formosa, proxima mea, et reprehensio non est
in te. ades huc a Libano, sponsa, ades huc a Libano,
transibis et pertransibis a principio fidei. et bene a
principio fidei. ergo ubi fidem habes, adulterium timere non
debes; fides enim coniugii est, fraus adulterii. sed ut adesse
possit a Libano, ante praemisit dicens: exurge, ueni, pro-
xima mea, formosa mea, columba mea, perfecta mea.
proxima utique fidei desiderio, formosa decore uirtutis, columba F
gratia spiritali. pennae enim columbae deargentatae
aeternam illam significant potestatem et columbae uolatus
sancti spiritus praesentiam declarauit. uocat igitur ad se eam
Christus, ut ueniat, quoniam spiritalibus iam pretiis dotata
ueniebat, quia ecce inquit hiemps praeteriit, imber abiit,
discessit sibi, flores uisi sunt in terra. uidete quem- 723 A
admodum sancta inuitetur ecclesia. hiemps inquit discessit

5 Psalm. VII 10 9 Cant. 4, 7 sq. 15 Cant. 2, 10; uerba 'exsurge ⟨inquit⟩' usque ad uerba 'anima mea' (p. 389, u. 3) leguntur in Commentario in Cantica canticorum ex libris Ambrosii collecto 2, 59 (I 1568 D—1569 A *B.*). scripturas littera *C* significabo 18 Psalm. LXVII 14 19 Matth. 3, 16 22 Cant. 2, 11 sq.

5 scrutatur cor et renes *D* renum *NB'PM* 6 et ut uidit adamauit *TN* et (*om. DB'P'*) uidit et adamauit (amauit *BPM*) *cet.* 8 inuitet *TNX* uidet *D* uideat *cet.* uidete *TN*, *om. cet.* 10 *post* formosa *add.* mea *BD*, amica mea *PM* responsio *TN*, *fort. ex* reprensio *ortum* 11 huc] adhuc (*bis*) X sponsa ... Libano *om. TN* 12 et bene ... fidei *om. TN* 17 proxima mea *DX* 20 spiritus sancti *T'B'C* eam xps ad se *PM* 21 precibus *N* de toto X 24 inuenitur χ

sibi, ne hiemem nuda formidet, hiemem non temporis, sed infirmitatis, quae agrum animae fecundum omni flore dispoliat. est enim hiemps non terreni solis, est hiemps mentis, quando animo frigus inlabitur, quando uapor animi uanescit, quando soluitur uigor sensus, quando nimius umor exundat et mentem grauat, quando interior caligat aspectus. et ideo ait dominus: uidete ne fiat fuga uestra hieme aut sabbato. bonum enim ut tunc dies iudicii uel mortis adueniat, cum uiget animi blanda temperies, cum caeleste mysterium serena luce resplendet, cum cor nostrum ardet in nobis. tunc enim Christus est praesens, sicut testantur in euangelio Ammaon et Cleopas dicentes: nonne cor nostrum ardens erat in nobis in uia, cum aperuisset nobis scripturas? uiget autem animus, quando etiam flos uidetur in terris. quis iste flos boni odoris nisi ille qui dixit: ego flos campi et lilium conuallium? de quo et in Esaia scriptum est: C exiet uirga de radice Iessae et uirga ex radice ascendet et flos ex uirga exiet. radix utique familia Iudaeorum est, uirga Maria, flos Mariae Christus, qui quando nostra resplendet in terra et in agro animae redolet uel in ecclesia sua uernat, nec frigus possumus timere nec pluuiam
44 uereri, sed expectare iudicii diem. et ideo ecclesia ut hunc

5 Uerg. Georg. I 88 7 Matth. 24, 20 12 Luc. 24, 32 15 Cant. 2, 1 17 Esai. 11, 1

2 despoliat *P'* 3 nostra (noster *T'P'*) hiems (*om.* non) X 4 euanescit *DP'* 5 umor *T* humor *cet.* exundat (n *s. u.*) *T'* 6 caligat *TNB'P'C* caliginat *cet.* 7 aut *TN* uel *cet.* 11 testatur *C* ammon (ammaon *C*) et cleophas dicentes *TNC* duo discipuli dicentes *D* dicentes ammaon (amaon *B*) et cleophas (cleopas *BP*) *cet.* 13 aperuisset *TN* aperuisset in *C* aperiret *cet.* 14 quis est *C* 17 exiet *TN* et exiet *cet.* et uirga ex (de *B'P'*) radice (eius *add.* X*P*) ascendet et flos ex uirga exiet *TNXPMC* et flos de uirga ex radice eius ascendet (*ceteris omissis*) *D. locus sine dubio interpolatus; scribendum esse uidetur:* et flos ex uirga ascendet 21 uernat nec *T'* (at nec *in ras. m3*) uernet ne *B* uernat ne *B'* uernat nę *P'* 22 uereri *TN* nec uereri *cet.* diem iudicii *T'B'*

florem uideret, omni studio festinabat, sicut ipsa testatur
dicens: in cubili noctibus quaesiui quem dilexit D
anima mea. quaesiui eum et non inueni eum, uocaui
eum, et non exaudiuit me. exurgam itaque et introibo
in domum, in forum et in plateas et quaeram quem
dilexit anima mea. quaesiui eum et non inueni eum.
inuenerunt me custodes, qui circueunt ciuitatem,
percusserunt me et tulerunt pallium a me. uidetis
quemadmodum quaerat quem desiderat inuenire, ut non timeat
uulnerari. sed haec uulnera non metuenda sunt, sed optanda,
quia uulnera caritatis sunt, sicut ipsa dixit: uulnerata E
caritatis ego. bona caritatis uulnera. denique utiliora uulnera
amici quam uoluntaria oscula inimici.

5 Merito igitur nuda, quia pallium perdidit, aut fortassis F
ideo nuda, quia nonnumquam uirtutis est opertum non habere
pectus, cor non habere uelatum. denique uelatam illam, hoc
est synagogam, quae habebat uelamen in lectione ueteris
testamenti, quod non reuelatur, quoniam in Christo euacuatur,
uelatam inquam synagogam Christus despexit et spreuit, unde 724 A
hodieque uelamen super cor Iudaeorum positum est. at uero
ea quae tota ad dominum mente conuertitur nuda est atque
perspicua cum enim quis conuersus fuerit ad dominum,
uelamen auferetur, ut gloriam dei speculantes uidere possimus.

2 Cant. 3, 1 sqq. 7 Cant. 5, 7 11 Cant. 5, 8 12 Prouerb. 27, 6 17 II Cor. 3, 14 23 II Cor. 3, 18

2 noctibus *TNC* in noctibus *cet.* 3 eum *post* inueni *om.* *BDPM* 5 et *pr.* *om.* χ 6 eum *pr.* *om.* *BD* eum *alt.* *om.* *PM* 7 circumeunt *DT'B'M* 8 et me percusserunt *T'P'* et percusserunt me *B'* et *om.* χ a me *TN* meum *cet.* 9 quem] quę χ*P* 11 ipsa χ*M* ipse *cet.* dicit *Erasmus* 12 caritate *B'PP'M* ego *TN* sum ego *BP* ego sum *cet.* caritatis** *T* 13 uoluntaria *TDNB'* uoluptaria *cet.* 14 igitur] itaque *B'P'* quia] quę *PM* 19 uelatam inquam *TN*, *om.* *P'*, uelamen quam *cet.* 20 super *TNB'* supra *cet.* est positum *BT'*, est *om.* *B'P'* 21 nuda est ... auferetur *om.* *DB'PP'M* atque ... auferetur *om.* *T'*

denique etiam alibi nudam esse uirtutis indicium est, quia
scriptum est: exui tunicam meam, quomodo induam
46 eam? laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? quam
igitur tunicam exuerit et non inuenerit quemadmodum induat
eam de scripturis, si possumus, reuelemus. est enim quaedam
tunica corporalis, sunt cupiditatum quaedam intexta uelamina,
et ideo interdum melius est nudum esse corpore quam corde
uelatum. unde etiam Paulus nos admonet expoliari multo
esse melius quam superuestiri dicens etiam alibi: expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis induite nouum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum. ergo quae spoliata est et pedes lotos habet et ideo quae lauit nescit quomodo inquinari possit; obliuiscitur enim per gratiam quod hauserat per naturam. magnus hic igitur et iustus amor mulieris ante Dauid regiam se lauantis.

47 Sed non solum lauit, sed etiam uocauit, ut in eodem accipimus libro dicente sancta ecclesia: ueni, frater meus, exeamus in agro, requiescamus in castellis, diluculo surgamus in uineas, uideamus si floruerunt uites. non solum igitur lauat, sed etiam Christum uenire ad se prouocat et inuitat dicens: tibi dabo ubera mea. nec sua

1 uerba '<aliquando> nudam esse' usque ad uerba (u. 14) 'per naturam' leguntur in Commentario in Cantica canticorum ex libris Ambrosii collecto 5, 30 (I 1594 F—1595 A *B.*) 2 Cant. 5, 3 9 Coloss. 3, 9 sq. 18 Cant. 7, 11 sq. 22 Cant. 7, 12

3 eos *TNB'C* illos *cet.* 5 reuelamus *TN* 8 nos admonet *TC* admonet nos *ND* ammonet et nos *BT'B'PM* et nos (*om.* admonet) *P'* 9 melius esse χ*C*, esse *om. PM* etiam *om. NC* 11 agnitionem *TBC* agnitione *cet.* eius imaginem *N* 12 spoliata *TN* expoliata *cet.* 13 et ideo quae lauit *om. C* quomodo *TN* quemadmodum *cet.* 14 possint *B* possent *D* 15 igitur hic *BB'P'*, hic *om. D* 16 regiam *om. D*, domum *M* 18 accipimus *TDN* accepimus *cet.* 19 agrum *PM*, *recte puto* quiescamus χ 20 floruerunt uites (uitis *N*) *TN* floruit uitis *cet.* 21 uenire ad se *T* ad se uenire *cet.* 22 et *om. TN* opera (*s.* l ubera) *N*

tantum, sed etiam noua et uetera pollicetur, sicut habes: noua et uetera, frater meus, seruaui tibi. et quasi amoris inpatiens quaerit adminiculum alicuius, a quo Christus rogetur ut ueniat. uidete aestuantem, uidete desiderantem. quis dabit inquit te, frater mi, lactentem ubera matris meae? et qua ratione quaerat et qua gratia inuitet et quemadmodum possit tenere demonstrat et quemadmodum foris E morantem expectet ostendit et ut domum suam ingrediatur inplorat dicens: inueniens te foris osculabor te, adsumam te et adducam te in domum matris meae et in secretum eius, quae concepit me. uides quemadmodum nuda sit, quae tectum non potest habere secretum intemeratae utique naturae, secretum intimae conscientiae non designatum aliqua temeritate uitiorum. hortus enim clausus est ecclesia sancta et inmaculata uirginitas, quae ideo hanc gratiam meretur a Christo, quia uerbum dei quaesiuit F desiderauit inuenit aduigilans ante ostia sapientiae, sicut ipsa dicit: beatus uir, qui audit me, et homo, qui uias meas custodierit aduigilans meis ostiis cottidie, custodiens postes mei introitus; exitus enim mei exitus sunt uitae.

Sic ecclesiae suae Christus speciem concupiuit et parauit

2 Cant. 7, 13 uerba 'quasi amoris' usque ad 'desiderantem' u. 4 paululum immutata uerbis ex quibusdam aliis locis (p. 389, 11; 391, 16); adiectis leguntur in Commentario in Cantica canticorum ex Ambrosii libris collecto 5, 57 (I 1600 F *B.*) 5 Cant. 8, 1 9 Cant. 8, 2 14 Cant. 4, 12 18 Prouerb. 8, 34 sq.

5 mi *M* $\overset{i}{m}$ *DP'* *et* (i *eras.*) *B* m *P* mihi *cet.* lactentem *TNB et* (cte *in ras. m3*) *T'* lactantem *cet.* 6 qua *alt. om.* *BDT'PM,* et *om.* *B'P'* 7 demonstret *PP'M* demonstrat (a *in ras. m3*) *T'* demonstraetur (e *alt. s. u.*) *B* et *TN*, *om. cet.* 8 domo sua *BDB'T'* de domo sua *P'* egrediatur X 9 te et assumam *N* 12 tectum non potest *TN* non potest tectum (tecum X) *cet.* 15 ecclesiae sanctae *DPM* 16 Christo] dno *PM* 18 audierit *D, fort.* audiet 20 exitus enim *TN* et exitus *D et* (*om.* mei) *PM* exitus *cet.* 21 sunt *om.* *B'P'* 22 sic *T* (c *eras.*) si *BDN*

eam sibi in uxorem adsciscere. sed quia erat sub lege — sub lege enim Petrus, Iohannes ceterique apostolici uiri —, prius nos obseruantiae corporalis uinculis relaxandos putauit. quamuis enim lex religiosa, lex iusta sicut Uri persona inducitur, quia tam religiosus et castus erat, ut regressus e bello uxorem non recognosceret nec intraret ad eam, tamen ubi Uri Dauid, hoc est uiri humilis copulam cognouit, ecclesiae a synagogae coniunctione discedens locum futuris nuptiis praeparabat. unde et Iohannes typum accepit legis. qui quamuis esset ex patribus, parari uias domini nuntiauit et ecclesiae copulam prophetabat et ideo occisus inducitur, ut defectum legitimae obseruationis ostenderet; lex enim et prophetae usque ad Iohannem. ergo iam Uri occisus est in typo legis, ut synagoga legis laqueis solueretur, quoniam quae sub uiro est mulier uiuente uiro ligata est legi, si autem mortuus fuerit uir, soluta est a lege uiri. igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si iuncta fuerit alteri uiro; si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege uiri, ita ut non sit adultera, si fuerit cum alio uiro. ergo non adultera humana condicio, quae licet sub lege fuerit, tamen abolita quodam-
49 modo obseruantia legis in gratiam uindicata est. legis autem obseruantiam non Christus aboleuit. unde et Uri non Dauid occidit, sed occidi a bellatoribus passus est, hoc est profa-

10 Matth. 3, 3

1 in *om.* X adsciscere *TNPM* adscicere (ce *s. u.*) *T'* adscire *B* (ad *in ras.*) *B'* ascire *P'* asscire (s *pr. s. u.*) *D* 4 uri *T'P'* uiri *TNB'* uriae *uel* urie *cet.* 5 qui* *T'* (a *eras.*) erat *TNB'P'* fuit *T'*, *om. cet.* e bello *TN*, *om. cet.* 7 uri *T'P' et* (*exp. m2*) *M* ueri *TN* uiri *B'* urię (*eras.*) *B* uria (*add.* interfecto) *D* urias *P* uiri *om. PM*, uir *D* 8 ecclesia *TN* 9 praeparabat *TN* praeparauit *cet.* 10 parare *B'PP'M* 11 et *pr. om. TN* prophetauit *D* 12 legitimae defectum *B'P'* 13 iam *TN* etiam χ*M* et *D*, *om. BP* uri *TNT'P'* urias etiam *B* urias *DB'P et* (as *s. u. m2*) *M* 17 si autem ... alio uiro *om.* χ 19 humana conditio *TN* humana conditione *P'* humanae conditioni *cet.* 20 abolita *TN* oblita *cet.* 22 non *om. B'P'* uri *TNT'P'* uriam *BDP et* (am *s. u. m2*) *M* uryā (ā *in ras.*) *B'* dauid non *B'* (dauid *in ras.*) *P'*

nari ritum obseruantiae ex lege uenientis per incursionem barbarorum et captiuitatem Iudaeorum passus est Christus. D denique Uri lux mea dicitur. quae autem Christi lux nisi lex et euangelium? — si enim crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit — quia lux Christi in lege praecessit, cuius postea in euangelio gratia quasi in eptamyxo [septiformi] spiritu uniuersa mundi huius inpleuit. huic ergo legi carnem sustulit et ecclesiam sibi iunxit. cuius legis lumen populus hostilis inminuit, quando legis sancta uiolauit inminuta ergo lux dei est in populo Iudaeorum, quia caecitas ex parte in Israhel contigit, donec plenitudo E gentium intraret et sic omnis Israhel saluus fieret.

Superest adhuc et quartum mysterium, quod quaeso placidis percipiatis auribus et mentem nostram, non uerba pen- F datis; non enim in uerbo est regnum dei, sed in uirtute. adulterium factum est, homicidium factum est. hoc est quod dictum est ad prophetam: sume tibi baculum nucinum. et alibi uirgam nucinam legimus, per quam intellegimus ius quoddam et summam prophetiae, quae more nucis foris amara in cortice, dura in medio testae, tenera intus est et fructuosa. etsi igitur in historia amariora auditis, in typo dura cognoscitis, sperate tamen in mysterio fructuosa. adulterium inquam in typo salutis est factum; non enim adul- 726 A

4 Ioh. 5, 46   7 Exod. 25, 37   11 Rom. 11, 25   17 Hier. 1, 11   18 Num. 17, 8

3 uri *TNX* uria (a *s. u. m2*) *M* urias *DP* urię *B*   qui *BT'*   lux xpi *BP'*   4 crederitis *T'M*   5 in lege lux xpi *BP'*   6 euangelii *BDT'PM*   in eptamyxo *B* in eptamymo *T* in eptatico *DN* in eptanixo *T'* (*in mg. m2* nupta uiro ......) *B'* eptanyxo *PM* erepta uiro legi uidelicet ecclesia *P'*   7 septiformi (septiformique *P'*) *deleuerunt Maurini*   8 et ecclesiam *TN* uel ecclesiam *B*   coniunxit X   10 est lux dei *T' et* (*om.* ergo) *B'* (ux dī *in ras.*) *P'*   11 in *om. BT'B'*   13 et *om.* X   14 percipiatis *TN* accipiatis *cet.*   pandatis *N*   15 uirtute (irtute *in ras.*) *T* uirtute ụẹrịtạtẹ *T'*   16 factum est *pr. TN* factum est et *cet.*   factum est *alt. om. P*, est *om. B'*   17 nuceum *PM*   18 nocinam *T et* (*corr. m1*) *N* nuceam *PM*   20 testae *TNP'* testa et *cet.*   et *om. TBNT'*

terium omne damnandum est. denique ad prophetam dictum est: uade accipe tibi uxorem fornicariam. dominus hoc iubet, cum ea quae fornicata fuerit esse coniugium, cuius coniugii, ut supra diximus, partus est Christus. namque filio, qui ex fornicatione natus est, a domino nomen impositum est Iezrahel, quod est diuina generatio. si ergo pia illa copula fornicariae, etiam ista utique pia societas adulterae copula est. sed illa de Iudaeis. de diuinis autem non audeo licet pium adulterium nominare, ne quem uel sonus sermonis offendat, licet sensus ueneratior in promptu sit. quod potest tamen cautius dici etsi non expressius, ex disparibus copulis contubernium pium factum est, cum uerbum caro factum est. non sunt enim legitima consortia diuinitatis et carnis nec ut quodam foedere conueniunt naturae caro animae et anima carni, ita etiam diuinitas et caro iusti seruant quodammodo tori legem. suscepit carnem deus, adsumpsit animam, per inusitatam nec legitimam incarnationem consortium fecit esse legitimum, ut sit deus omnia et in omnibus.

51 Denique ut scias esse mysterium, interpretare uocabula. Dauid enim in typo accipis Christi, Betsabee filia sabbati et filia plena et puteus dicitur iuramenti. quid igitur expressius quam quod filia sabbati caro Christi est, quia misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege? eadem plena, quia in passione eius legis est plenitudo uel quia plena

2 Osee 1, 2 4 cf. 9, 48 5 Osee 1, 3 sq. 12 Ioh. 1, 14 18 Coloss. 3, 11 24 Rom. 13, 10

5 qui ex] quia ea *B* qui ea *T'* qui ex ea *B'P'* 6 iesrahel *B'* iezrael *PP'M* isrł *BD et* (*in mg. m3* iezrael) *T'* 7 utique *om. NB'P'* societatis *tacite Maurini* copula *TN* copulata *cet.*; *fort.* copula *delendum* 10 ueneratior *TN* uenerationis *cet.* 11 ^{b}pium factum est ^{a}contubernium *T* 12 cum *P'*, *om. cet.* 13 enim *om. N* 14 conueniunt *DPM* conueniant χ conueniente *TN et* (-te *ex* -tě) *B* 16 legem (le *in ras.*) *T* legem thoıi χ 17 consortium] cū furtiuū *TN* 18 et *om. DNB'PM* 20 accipis in typo X accipe *PM* betsabee *T* bersabeę *B* bethsabee *uel* -beę *cet.* et filia *TN et* (e *m3 in ras.*) *T'* ut filia *BD* aut filia *cet.* 21 uel puteus *B'P'*

spiritu sancto; Iesus enim plenus spiritu sancto regressus est
a Iordane. eadem etiam puteus iuramenti, hoc est religionis
et fidei. et bene puteus, quia flumina de uentre eius fluent
aquae uiuae. hanc ergo adsumens sibi deus uerbum copulam
fecit esse legitimam, quod mysterium etiam illae nuptiae
declararunt, quae sunt in Canticis canticorum, quibus Christo
ecclesia et spiritui caro nubit. et ideo circumcursabat et
quaerebat ubique dei uerbum, quia uulnerata, quia nuda, quia E
adultera in omnibus, etsi inmaculata in Christo quaerebat
2 caro misera redemptorem. hanc sibi Christus iunxit, ut inmaculatam
redderet, hanc sociauit, ut auferret adulterium. et
quia sub lege erat, moriendum fuit, ut liberaretur a lege, ut
per illam mortem uelut quoddam legis et carnis matrimonium
solueretur. mortua est igitur in Christo caro, ut nos mortificati
legi per corpus Christi, sicut apostolus dixit, essemus F
alterius, qui ex mortuis resurrexit, et passiones cupiditatesque
carnis et cogitationes peccatorum, quae per legem erant
in membris nostris, in illa morte morerentur, nos autem
soluti a lege mortis quasi noua Christi copula in nouitate
spiritus resurgeremus.

3 Et tamen qui legem in Christi carne soluerunt eamque
putauerunt esse uiolandam omnes iussu Dauid a bellatoribus
interempti sunt. quo indicio ostenditur id, quod in posteriora
docuerunt esse signatum, quod eorum qui Christum interfecerunt
nullus euaserit, idque euidentissime reuelatur, eos 727 A
quos ante mortem adsumpserat Christus sicut Iudaeos perisse
paruulos et informes, eos uero quos post mortem adsciuit in
numerum filiorum regno esse seruatos. unde iuxta hoc myste-

1 Luc. 4, 1 3 Ioh. 7, 38 14 Rom. 7, 4—6

1 spu sco *pr.* *TN* gratia sps sci *D* sps sci *cet.* 5 etiam *TN*, *om. cet.* 6 declararunt *TN* designarunt *cet.* 7 nubet X (*T' corr. m1* nubit) *PM* 8 dei uerbum ubique *B'P'* 9 adulterata *T* 10 xps sibi *B'P'* 11 sibi sociauit *DP'* 17 cognitiones *TNM* cognitionis *D* 22 omnesque X (que *eras. in T'*) 23 iudicio *DM* in *TN*, *om. cet.* 24 interfecerint *TN* 25 ideoque *N* 26 xps *TN* ihs *cet.* 28 numerum *TN* numero *cet.*

rium conuenit quod primus in Iudaeis fuerit partus infirmus, ut postea in Christianis fieret fructus aeternus.

11, 54 Sed iam ad nuntium transeamus. nam in superioribus tractatus nobis de illo inuidioso adulterio et homicidio Dauid prophetae fuit decursisque mysteriis non solum nihil quod condemnaretur sed etiam quod laudaretur inuenimus. nunc tractatus incipit esse de nuntio, quem decursi psalmi titulus iam saepe repetitus ostendit. sic enim est: psalmus Dauid intellectus, cum uenisset ad eum Nathan propheta,
55 cum intrasset ad Betsabee. itaque et haec pars historiae retexenda est, quae huiusmodi est. 'diues' inquit 'et pauper intra unam erant ciuitatem. diuiti multa armenta, multae oues, pauperi una ouis, quae de pane et uino pauperis alebatur et in sinu eius requiescebat. uenit hospes ad diuitem. diues neque de armento suo neque de gregibus suis aliquid abstulit, sed unam ouem pauperis occidit. hoc ubi cognouit Dauid 'morietur' inquit 'uir ille et restituet quadruplum'. respondit illi Nathan: 'tu es'. deinde aperuit ei caeleste mandatum dicens mandasse dominum quod multa illi bona, id est opes regias sublato de pastorum numero contulisset quodque in eum suam misericordiam profudisset et ideo quoniam peccato exasperasset dominum, abducenda eius omnia, rapienda ab hostibus, depopulandam domum. tunc ait ille: 'peccaui', et respondit Nathan: 'quoniam peccasse te confiteris, remittet tibi dominus peccatum, sed filius tuus qui natus est ex Betsabee morietur'. hoc filio aegrotante Dauid

8 Psalm. L 1 sq. 11 Reg. II 12, 1 sqq. 26 Reg. II 12, 16 sqq.

1 partus infirmus fuerit X 2 ut *TN'* et *T'* (v *s.* ę) *cet.* 3 in superioribus *TN* superioribus diebus *cet.* 5 decursusque *N* decursus itaque *M* 8 enim psalmus est χ 9 uenit *PM* 10 *et* 26 betsabeę *T* bersabeę *B* bethsabee *uel* -eę *cet.* 11 retexanda *T* retexenda (e *tert. in ras.*) *N* 14 requiescebat *T* (re *s. u.*) 15 suo nec *BPM* 17 moriatur *PM* inquit] ait *B'*, *om. B* inquit ... quadruplum *in ras. m3 T'* (*in mg. ras., in qua uerba* inquit *et* restituet *adhuc dinosci possunt*) in quadruplum *T'PM* 18 illi *om.* X 21 misericordiam suam *B'P'* 24 illi *TN* 25 remittit *PM* 26 est tibi ex *B'P'*

fleuit, humi iacuit, cilicio se operuit, ieiunauit. ubi mortuum cognouit, surrexit, lauit, cenauit, alios consolatus est'. uidete quam multa. primo omnium quod deus pius atque misericors est et quae nobis aduersa contingunt pro pretio nostri erroris excipimus. didicimus igitur captiuitatem pretium esse peccati; F haec enim decernitur poena pro crimine. deinde illud aduertimus quod regum lapsus poena populorum sit. sicut enim eorum uirtute seruamur ita etiam errore periclitamur. unde optandum est nobis, ut regem gloriosum atque perfectum habere possimus. nos ergo qui regem uolumus habere perfectum dominum nolumus habere perfectum? an uero illi possunt uelle hominem esse perfectum qui deum nolunt esse perfectum? illud etiam breuiter textus operatur historiae, ut aduertamus quam cito ueniae spes secuta sit. non mediocre autem quod Nathan denuntiauit ei, hoc est inferior propheta; grauis enim uerecundia pudorque delictum ab inferiore repre- 728 A hendi. uidetis quod culpa gratiam minuat. sciebat Nathan quod Dauid nesciebat; adeo caligat animus obumbratus quadam nube uitiorum. deinde hic est Nathan, qui in superioribus Dauid acceptum domino prophetauit, ut doleret eodem redargui teste peccatum, quo prophetante fuerat meritum praedicatum.

Sed iam mysterium requiramus. duo inquit uiri erant in una ciuitate, unus diues et alter pauper. quis est hic B

19 Reg. II 7, 3 sqq. 23 Reg. II 12 1

5 accipimus χ igitur] enim *B'P'* 8 ´uirtute ´eorum *T* saluamur *D* 9 obtandum *T* 10 uolumus (u *pr. in ras.*) *T'* dominum n. habere perfectum *in mg. m1 T, om. D* 11 dm̄ nolumus *N* dnm uolumus X 12 ´perfectum ´esse *T* perfectum esse χ perfectum (*om.* esse) *P* 13 historiae operatur *B'P'* 14 sequuta *N* 16 delictum *TN* delicti *cet.* inferiori χ reprehendi *TND* deprehendi *cet.* 17 uidetur χ culpam gratia *D* 18 caligabat *D* 20 ut doleret eodem redargui teste *TN* ut dolor esset grauior quod ab eodem redarguente eius *D* ut dolor et (doleret *corr. m3 T'*) eodem redarguit esse *BT'* ut doleret eodem redarguente *PM et (in ras. min. spatii) B'* et ut doleret ab eodem eius est redargutum *P'* 24 ciuitate una *D*

diues aut pauper nisi forte unus populus Iudaeorum, alter populus Christianus? ille diues in lege, diues eloquiis dei sibi creditis, diues prophetiis, diues oraculis: hic uero pauper. sed nolite hanc refugere paupertatem, quam sequitur regnum caelorum; scriptum est enim: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. bona paupertas, quae quod habuerit non amittit. bona paupertas, quae si thesauros non habet pecuniae, habet tamen thesauros scientiae atque sapientiae. nolite, filii, quasi uilem despicere paupertatem; iste pauper clamauit et dominus exaudit eum. nolite quasi magnis inuidere diuitiis; diuites eguerunt et esurierunt. sed si uultis habere bona, dominum quaerite; inquirentes enim dominum non deficient omni bono. ergo nolite recusare omnem pauperem. pauper erat Petrus et quem donaret nummulum non habebat, sed pretiosiorem omni pecunia donabat salutem. pauper erat ille Lazarus in euangelio, sed ille qui ante in ostro diues iacebat et purpura optabat post exitum uitae stillante digito pauperis refrigerari. quamuis ille ostro superbus regio et purpuratis uestibus uulnera pauperis diues fastidiosus horruerit, tamen in infernis locatus optabat eo loci fuisse quo Lazarus. quo loco lectio non uidetur pecuniarum diuitem pauperemque describere, sed eum pauperem, qui pro fide et deuotione uulnera corporis non horruerit, famem ieiuniumque tolerauerit.

58 Cum igitur haberet populus Iudaeorum in suis gregibus plurimas copias hostiarum, tamen unam ouiculam, quam

5 Matth. 5, 3 10 Psalm. XXXIII 7 11 Psalm. XXXIII 11 13 Psalm. XXXIII 11 14 Act. 3, 6 16 Luc. 16, 20 17 Luc. 16, 19 et 24

1 iste diues *D* alter *TN* et alter *cet.* 3 prophetiis χ prophetis *cet.* uero *om.* *B'P'* 4 fugere χ 6 quoniam ... caelorum *om.* *N* 8 thesauros *pr.* *TN* thesaurum *cet.* quae sibi non habet thesauros χ 9 filii *om.* *B* 10 exaudit *T* exaudiuit *cet.* 13 enim] autem *B* deficient] minuentur *B* 14 paupertatem X 15 daret *DP'* 16 dabat *B'P'* donadabat *T'* erat *om.* *D* 17 iacebat in ostro *B'P'* diues *om.* χ 19 ostro ille *B'P'* 20 inferno *D* 21 eo (*in ras.*) *T* loco *BDN* loci esse quo χ

populus ille pauper habebat, eripuit gloriosae illi subiciens passioni. uis scire quam ouem? sicut ouis ad uictimam ductus est, qui pane pauperis alebatur et potu pauperis utebatur et in sinu pauperis dormiebat. nostris enim utebatur alimentis, in nostri pectoris gremio quiescebat. nam in Iudaeorum sinu requiescere se non posse memorauit dicens: filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. et F uenit hospes, inquit, ad uirum illum diuitem. quis est iste hospes nisi miserabile peccatum? etenim culpa in hunc mundum tamquam hospes intrauit, aliena nostrae et peregrina naturae. itaque non de suis gregibus hostiam obtulit, sed accepit ouiculam pauperis et occidit illam. cuius quidem passio licet ad sacrarium salutare profecerit, tamen uidetur illi sui fuisse furoris augmentum et cibus culpae incentiuumque peccati. denique Iudas panem accepit a Christo et tunc magis repletus est diabolo, quia non accepit ex fide, qui tam hospitali domino proditionem parabat. et iratus est Dauid 729 A ad uirum illum. diximus quod propheta Iudaeorum populus declaratur et ideo sub hac figura se ipse condemnat. dignus est morte uir ille, qui fecit haec, et ouiculam restituet in quadruplum, hoc est periturum populum Iudaeorum, sed cumulatioribus bonis fruiturum populum Christianum, quia praestabilior est praesentibus status, qui ex resurrectione debetur. propositum mihi fuit, ut meminisse dignamini, B aduersus eos qui homicidium adulteriumque sancti Dauid

2 Esai. 53, 7   7 Luc. 9, 58   8 Reg. II 12, 4   15 Ioh. 13, 26 sq.   17 Reg. II 12, 5   19 Reg. II 12, 5 et 6

1 illi] illam *D*   4 utebatur *alt.* *TN* alebatur *cet.*   6 requiescere *TN* quiescere *cet.*   7 suum *om.* *DX*   8 uirum *om.* *D*, illum uirum *P*   9 etenim peccatum culpa *B'P'*   hoc mundo *N*   10 intrauit] uenit *B'P'*   13 licet quidem *B et* (quidem *post* sacrificium) *T''* licet quibusdam *PM*   sacrarium *TN* sacrificium *cet.*   14 illi *scripsi* ille *TN* illis *cet.*   furoris] furatum *BT'P'* furti *D*   augmentum *TN* alimentum *cet.*   16 a diabolo *B*   18 diximus enim quod *B'P'*   propheta *TN* per prophetam *cet.*   19 declaretur *N*   21 peritum *BP'* perditum *B'*, *om.* *D*   22 fruiturum *TN* futuris donabit *B'P'* futurum *cet.*   23 est *om.* *B'P'*   25 adulterium homicidiumque χ

condemnant, meo respondere sermone, et ita fauore uestrae unanimitatis tractatus nostri cursus euasit, ut praedicandus iure omnibus uideretur quem putabamus non posse defendi. sed quoniam nostro uir sanctus auxilio non indiget, iam ipse uobis pro se loquatur et factum suum ipsius dicta defendant.

12, 62 Miserere mei inquit, domine, secundum magnam misericordiam tuam. noua ni fallor, fratres carissimi, coniunctio ista sermonis, ut magna misericordia diceretur, et non facile alibi lectum memini. et ideo quae sit magna misericordia debemus aduertere. nam etsi magnam misericordiam non facile legerimus, legimus tamen magnam dei uirtutem. et ideo considerantes quae magna sit uirtus conicere poterimus quam misericordiam magnam uoluerit designare. legimus enim in sancto Hieremia: quis es, domine? tu fecisti caelum et terram in magna uirtute tua et brachio excelso. uirtus ergo magna caelum fecit. quae est uirtus magna, patris an filii? magna utique patris uirtus est — ipse enim per filium caelum fecit et terram, sicut habes: in principio fecit deus caelum et terram —, sed tamen et filius magna uirtus est. nam cum uirtutem patris filium legeris, sicut habes Christum dei sapientiam atque uirtutem, utique cum uirtus patris filius sit, magna uirtus est filius. quemadmodum igitur omnipotens denegatur, quem fatemur magnam dei esse uirtutem? haec igitur magna uirtus caelum

5 de apol. Dau. 8, 41 6 Psalm. L 3 11 de apol. Dau. 8, 43 14 Hier. 39 (32), 17 18 Gen. 1, 1 21 I Cor. 1, 24

1 condempnant meo *TN* arguendum putant qualicumque meo *cet.* 3 iure omnibus *TN* ore omnium *cet.* non *om.* *BT'* 4 non indiget auxilio *DχPM* 5 ipse defendat (*om.* dicta) X 6 mei inquit *TDNP' et* (*in ras.*) *B'* inquit mihi *PM*, mei *om.* *BT'* deus *N* 7 ni *TN* nisi *cet.* karissimi *T* (k *in ras.*) *N* 8 et *TN*, *om. cet.* 9 lectum *TN* talem *D* lectam *cet.* 10 debemus ... misericordiam *TN*, *om. cet.* 11 legimus] legemus *T* (*corr. m1*) *N* 14 sancto *om.* χ 17 magna uirtus utique uirtus patris est *B'P'* 18 per *ex* prae *T* fecit caelum χ, fecit *om.* *D* 19 sed tamen *TN* tamen *cet.* 20 filii *B* cum uirtute *T* 21 habes (s *ex* t) *T* 24 caelum] caelos *B'P'*

fecit, quia caelum fecit et filius, sicut habes: omnia per
ipsum facta sunt. ergo si et pater fecit et filius, utique
facti unitas operationis indicat unitatem. non ergo operatio
discrepat patris et filii. si autem una operatio, una utique
operationis potestas et maiestas una factorum est. haec de
3 patre et filio. quid ergo silemus de spiritu, praesertim cum
scriptura nos diuina non patiatur silere? dat enim locus
oportunissimum testimonium ad sancti spiritus unitatem cum
patre et filio conprobandam, ut eius quoque operationem a 730 A
patris et filii opere dissociare nequeamus. legimus enim
magnam uirtutem patris esse, quod caelum fecit, magnam
uirtutem etiam filium esse, quoniam caelum fecit, nec solum
fecit, sed etiam firmauit; uerbo enim domini caeli firmati
sunt. ergo si et fecisse et firmasse caelum magnae uirtutis
est, etiam spiritum sanctum a maiestate magnae uirtutis
separare non possumus, quia scriptum est: et spiritu oris
eius omnis uirtus eorum. namque cum caelum fieret et B
terra, superferebatur spiritus, de quo alibi ait per prophetam
Dauid: emitte spiritum tuum, et creabuntur. de quo
etiam alibi dixit: quoniam uidebo caelos, opera digitorum
tuorum. non enim corporalibus digitis deus caelum
fecit et terram, sed spiritus gratia septiformis, illo uidelicet
digito, de quo habes in euangelio: quodsi in digito dei
daemonia eicio. hunc enim digitum alibi spiritum dixit,
sicut habes: quodsi in spiritu dei daemonia eicio.

1 Ioh. 1, 3 13 Psalm. XXXII 6 16 Psalm. XXXII 6 18 Gen. 1, 2 19 Psalm. CIII 30 20 Psalm. VIII 4 23 Luc. 11, 20 25 Matth. 12, 28

1 quia caelum fecit *TN*, *om. cet.* 2 et *pr. om. BD* 4 patris et filii discrepat X una operatio *DM* una opera *cet.* 5 potestas *TN* potestas est *cet.* 9 a patris et filii *TN*, *om. cet.* 12 esse etiam filii (*ex* filiū *m2 T'*) quod *T'B'* esse etiam filium qui *P'* 18 ait per prophetam dauid *TN* propheta ait *B* ait propheta ait *M* ait propheta dauid *cet.* 20 dixit *ex* qm *T* caelos tuos *B'PM* 21 fecit deus caelum *DP'* deus fecit caelum *T'B'* 22 et terram *om. TN*, *cf. p. 402, 3* uidelicet *om. B* 23 habemus *PM* euangelio (o *ex* ū) *T* 24 *et* 25 daemonia eicio *TN* eicio daemonia *cet.*

si igitur spiritus dei digitus est, quoniam brachium dei filius est, utique spiritus cooperatus patri et filio per unitatem operationis caelum fecit et terram. ideo enim digitum filius nuncupauit, ut tamquam unius corporis ita diuinitatis exprimeret unitatem. itaque si magna uirtus caelum condidit, utique magna sapientia caelum condidit, quia scriptum est: omnia in sapientia fecisti.

64 Didicimus igitur quae magna sit uirtus: colligamus nunc quae magna sit misericordia. si magna uirtus caelos fecit, et magna misericordia debet esse de caelo et magna iustitia debet esse de caelo; iustitia enim de caelo prospexit et misericordia uenit e caelo. magna ergo facta est misericordia, quia uerbum caro factum est et habitauit in nobis. ergo magna uirtus caelos fecit, magna uirtus caelos inclinauit, sicut legimus: et inclinauit caelos et descendit. quo ostenditur numquam diuinitatis suae exsors fuisse dei filius nec cum inter homines uersaretur, quoniam etsi suscepit quod non erat, non destitit tamen esse quod erat. itaque cum dicitur: et inclinauit caelos et descendit, non tam uidetur de caelo descendisse quam ipso descendisse cum caelo. nam cum pater filium alloqueretur in terris situm, angeli ministrarent, non tam mutasse non uidetur sedem dei filius quam transtulisse. ergo didicimus magnam esse miseri-
65 cordiam. itaque si magna misericordia est descendisse de

7 Psalm. CIII 24 11 Psalm. LXXXIIII 11 sq., cf. XXXV 6 13 Ioh. 1, 14 15 Psalm. XVII 10 21 Matth. 3, 17; 17; 5; 4, 11

1 sps dI digitus *TN* digitus dI sps *cet.* 10 et magna iustitia debet esse de caelo *TN*, *om. at.* 12 e caelo uenit *Dχ* de caelo *N* 14 magna *alt. om. TN* 15 et *pr. om. B'P'* qui *BDT'B'* 16 diuinitatis suae nunquam *B'PP'M* 17 etsi *TN* et ipse *cet.* 18 non (*alt.*) ... erat *om. P* esse *om. BDT'B'M* 19 caelos *om. B'P'* 20 caelos (*om.* de) *χ* quam ipso descendisse cum caelo *Maurini* quam ipse descendisse cum caelo *TN* ipse (ipsum *P'*, cum ipso, *om.* de *PM*) descendisse de caelo *BχPM* quam cęlos inclinasse *D* 21 alloqueretur filium *PM* si tot *BT'B'* si non *D*; nam cum ... transtulisse *om. P'* 22 tam̄ *T* (*corr.* tam) *N* uideretur *BDT'B'* 23 quam *om. TN* 24 est misericordia *B'P'*

caelo, quae sit multitudo miserationum distinguere atque F intellegere debemus. sic enim sequitur: et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. non enim idem significat uterque uersiculus, sed illud ad incarnationem refertur, hoc uero quod sequitur ad eas referendum uidetur quas dei filius in carne suscepit iniurias, quia ieiunauit, quia esuriuit, quia fleuit, quia uapulauit, quia crucifixus, quia mortuus, quia sepultus est; haec enim carnis, non diuinitatis insignia sunt. et necessarium fuit, ut aerumnarum multitudinem miserationum multitudo depelleret profuturo nobis dominicae certamine passionis.

5 Non enim sua peccata delebat, quia peccatum nullum 731 A fecerat, sed quia peccatum factus est, nostra erant delenda peccata, sicut Dauid dixit: dele iniquitatem meam. quid est dele? uideamus hoc uerbum; non otiosum est. denique et alibi ait: ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas, et memor non ero. sunt profecto alte inpressa quaedam conscientiae nostrae ulcera delictorum et quaedam mentium nostrarum animorumque uibices, quae errorum nostrorum obducuntur ulceribus. habet ergo culpa characteres B suos et apices, quibus proditur. quod non ingenio nostro adfingimus, sed prophetica auctoritate signamus. scripta est ergo, et ubi scripta sit uide. in pectore inquit cordis tui, hoc est: ibi scripta est culpae series, ubi etiam forma uirtutis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carna-

2 Psalm. L 3 16 Esai. 43, 25 23 Hier. 17, 1 25 II Cor. 3, 3

1 quae sit . . . sequitur *om. D, in quo est spatium 7 litt.* quae sit *TN* quae cum sit X*PM*, *qui om.* distinguere . . . miserationum 5 eas (e *ex* h) *T* 6 ds̄ *T'P'* dn̄s *B'* filius *om.* X 8 crucifixus *T* crucifixus est *cet.* mortuus *TN* mortuus est *cet.* (quia mortuus *om. P*) 10 profuturo *TN* profutura *D* (*in quo* certamina) *B'* (certamine, e *alt. in ras.*) *cet.* 12 qui *N* 16 et *om. N* *alterum* ego sum *om. DXPM* 17 sunt sunt *T* 19 animorumque . . . ulceribus *om. D spatio 7 litt. et deinde uersu integro uacuis relictis* uibices *TN* uices *cet.* quae *om. TN* 20 theres *TN* caracteres *cet.* 21 non *om.* χ*P* 22 affingimus *M* non fingimus *T''* (*m3 ex* affingimus) adfigimus *T* affigimus *cet.*

libus. sed quae bona sunt non atramento inscribuntur, sed spiritu dei uiui, quae autem uitiosa graphio ferreo et ungue adamantino. talis propemodum scriptura qualis est poena peccati. scribitur illa graphio ferreo, hoc uirga ferrea cohercetur, sicut scriptum est: reges eos in uirga ferrea. alia illa est uirga recta, uirga regni tui. illa supplicio cohercet noxios, haec innoxios gubernat imperio. ergo scripta est culpa; uideamus ubi. non foris, sed intus in corde tuo et in pectore tuo. sicut enim prope est uerbum in ore tuo et in corde tuo, sic infidelibus in ipso corde exprimitur figura peccati et erroris effigies. intus igitur est culpa, intus uirtus. et ideo dominus sentio inquit uirtutem de me exisse, ut ostenderet quae bona sunt de interiore procedere et contra quae mala sunt de interiore prodire. non enim quod intrat inquit in os coinquinat hominem, sed quod exit de ore. de corde enim tuo cogitationes procedunt, et ideo caue ne de corde tuo malae cogitationes prodeant, quae te posteriore tempore arguant et accusent. non enim deus testimoniis ad reuincendum te argumentisque indiget; tua te ipsa culpa
67 accusat et prodit. unde bene in hoc psalmo Dauid dicit: delictum meum contra me est semper. uae enim mihi quod latere cupio et latere non possum! quomodo enim latebo, qui inscripta in pectore meo gero meorum indicia delictorum? nudabitur in illo iudicii die uniuscuiusque pectus testimonium

2 II Cor. 3, 3 Hier. 17, 1 5 Psalm. II 9 6 Psalm. XXXXIIII 7 12 Luc. 8, 46 14 Matth. 15, 11 21 Psalm. L 5

1 inscribuntur *TN* scribuntur *cet.* 2 *sqq.* grafio *libri* 4 ille *B et* (*m3* illa) *T'* illo *P* hoc *T* hec *uel* haec *cet.* 6 illa est *TN* est illa ę *P*, *om. D*, est illa *cet.* illa *TNPM* quae *cet.* 7 hec *TN* ac *BT'B'* hac *cet.* 9 et *om. Dχ* 10 corde tuo *DP* corde *cet.* sic *in ras. T* 11 culpa intus *TN* culpa intus et *DT'B'* culpa intus est et *P'* culpa intus est *cet.* 12 uirtutem de me *TN* de me uirtutem *cet.* 17 prodeant *TN* procedant *cet.* posteriore tempore te *χ* 18 accusent (e *ex* a) *T* accusant *P* 19 ipsū *TN* culpa ipsa *PP'M* 20 unde *TN* deinde *cet.* 21 delictum *TN* et delictum *cet.* 22 quod] qui *B'P'* 23 iudicia *BD* 24 nudabitur enim *B'P'*

reddente omnibus conscientia sua et inuicem accusantibus cogitationibus aut etiam defendentibus in die qua iudicabit deus occulta hominum. qui pudor ille, cum prodi omnibus F coeperit quod putabamus occultum, cum aperire se coeperit uniuscuiusque imago delicti, ut unusquisque sui criminis serie reuincatur? quis pudor cum illum, quem despicabilem in hoc saeculo iudicabas, uideris esse praelatum, illum seruum tuum, illum quem iuxta saeculi huius astutias ineptum et inhabilem arbitrabaris simplicitatis suae diuitiis cognoueris honoratum? ergo dum uiuimus, confugiamus ad eum qui potest delere peccatum. nec uerearis quod graphio ferreo scriptum est et ungue adamantino — hic enim portas ferreas 732 A adamantinasque confregit — nec timeas culpam fateri.

8 Confessus est Dauid, agnouit iniquitatem suam, agnouit errorem et ideo ait: quoniam iniquitatem meam ego agnosco. Dauid agnoscit, et tu non agnoscis? Dauid fatetur, et tu negas? Paulus se nocentem clamat, et tu te innocentem adseris? non est igitur maximus erubescendi locus, quando cum plurimis peccatis mixta consortia sunt? si sequamur B tamen studium corrigendi.... neque rursus paueas, ne culpae confessio teneatur ad poenam. bonus enim et misericors deus non solum culpam ignoscere confitentibus, sed etiam praemia corrigentibus inpertire consueuit, si tamen unusquisque sibi donari petat quod intellegit non latere. dic ergo iniquitates tuas, ut iustificeris. dei uox est ista uolentis ignoscere, dei uox ista est promittentis quod tuum uelit

12 Psalm. CVI 16 15 Psalm. L 5 24 Esai. 43, 26

3 dns X qui *T* quid *B* quis *N* (s *s. u. m2*) *cet.* 9 inabilem *T* 11 nec] non *N* uerearis *TNPM* uereare *B'* uerere *D* (ł amur *s.* re *alt.*) *cet.* 13 adamantinasque *T* (ti *s. u. m2*) et adamantinas *N* adamantinas quoque *T'* (quo *del.*) *B'P'* nec] ne *DB'P'* fateri *in ras. T* 16 cognosco *PM* dauit *N* 17 clamat nocentem χ 19 peccatis *TN* peccati *cet.* si *TN*, *om. cet.* sequatur *DPM* 20 *lacunam significaui* 21 dn̄s *B'P'* 25 est ista *DNB'* ę ista est *T* (*qui om.* uolentis . . . ista est) est ista est *B* ista est *T'PP'M*

69 delere peccatum. tibi inquit peccaui et malum coram te feci, hoc est: etsi homines non uident, sed tu uides: etsi homines me iudicare non possunt, qui participes delictorum sunt, tu tamen iudex es singulorum, qui expers es delictorum. quamlibet in corde intimo cogitationes noxiae lateant, coram te tamen sunt, qui potes dicere: quid cogitatis mala in cordibus uestris? nempe Christus hoc dicit. qui ergo nouit quid in corde sit scriptum potest delere quicquid in corde conscriptum est. cui se fatetur sanctus Dauid non solum in se ipso, sed etiam in primo homine peccasse, dum praecepta diuina temerantur.

70 Quo licet aduertere, fratres dilectissimi, quemadmodum omnes haereses, dum se inpugnant, in se recurrunt. itaque Ariani, dum patris et filii separant potestatem, in eum furiose exitum disputationis incurrunt, ut cum Manicheis eorum concurrat adsertio; illi enim dicunt alterum deum ueteris, alterum noui esse testamenti. quam profanam adsertionem ecclesia sancta condemnat, quae unum deum legit, quia unus deus pater, ex quo omnia, et nos in ipsum, et unus dominus Iesus, per quem omnia et nos per ipsum. utique omnipotens potestas et una patris et filii declaratur, ut nec patrem a noui testamenti gratia secernamus

71 nec rursus ab instauratione mundi filium separemus. denique consideremus utrum idem deus utriusque sit conditor testamenti. nempe omnes in primo homine peccauimus, et per naturae successionem culpae quoque ab uno in omnes transfusa successio est. in quem ergo peccaui, in patrem an in

1 Psalm. L 6 6 Matth. 9, 4 19 I Cor. 8, 6

1 tibi inquit peccaui *scripsi* tibi inquit (dauid *s.* inquit) peccaui *D* tibi inquit dauid peccaui *N* tibi inquit peccaui dauid dicit *TPM* tibi peccaui dauid dicit *BP'T et* (dicit dauid) *T'* 3 diiudicare X quia *DT'* 4 qui *TN* quia *cet.* 9 fatetur *TN* fateatur *T'* (a *alt. exp.*) *cet.* sanctus *TN* noster *cet.* 12 quod *DT'B'PM*, *om. P'* 16 dm̄ *TDN* dn̄m *cet.* 17 ueteris *TN* esse ueteris *cet.* noui esse *TN* noui *cet.* 18 sc̄a ecclesia *DPM* 19 deus *om.* χ ipsum] ipso *DPM* 24 utrumque cum idem *DX* 27 in *alt. om. DX*

filium? utique in eum qui mihi credidit quod non seruando peccaui. mandatum est homini, ut ab omnibus gustaret quae erant in paradiso, lignum scientiae boni et mali non tangeret. Adam ergo in singulis nobis est. in illo enim condicio humana deliquit, quia per unum in omnes pertransiuit peccatum. uideo summam mihi creditam, uideo quae praeuaricationis aera contraxero, dum uetita et interdicta degusto. 733 A hinc debeo conmissae sortis usuram, quia creditum mandatorum caelestium faenus intemerata fide seruare non potui. agnouimus creditum, agnoscamus etiam creditorem. creditoris nempe ius est, ut exigat et relaxet. et ideo idem relaxat qui ius habet exigendi. cum igitur in euangelio Christus dixerit mihi: remissa sunt tibi peccata tua, nonne eundem intellego dominum sortis, quem arbitrum ueniae recognosco? B aut si pater credidit et filius relaxauit, non per unitatem, ut nos dicimus, sed ut Ariani adserunt, per distantiam potestatis, alius ergo deus credidit, alius relaxauit? unde incurrunt, ut Manicheorum perfidiam non euadant, deinde unum dicendo bonum deum aduertant quos laqueos dementiae suae incidant. si bonus est qui credidit, quomodo non est bonus qui relaxauit? ergo cum illis partem habeant Ariani, cum quorum adsertione conueniunt. nec mirum si is qui semel C deuiare coepit a uero nexibus se alieni erroris inuoluat. et

2 Gen. 2, 17 5 Rom. 5, 12 13 Luc. 5, 20 18 Marc. 10, 18

3 lignum autem *P'*; ⟨sed⟩ lignum *Erasmus* 4 enim *om.* *BT'B'*, ergo *D* omnis *P'* 7 contraxero *TN* contraxerim *cet.* 9 fęnus *TN* fęnū *B* fenus *cet.* fide *TN* fides *cet.* potui *TN* potuit *cet.* 10 agnouimus creditum, agnoscamus etiam creditorem. creditoris nempe *TN* agnoscamus etiam creditorem, agnouimus debitorem (*om.* creditoris) nempe X creditum agnoscamus, quia iam creditorem agnouimus. creditoris quippe *D* creditum agnouimus, agnoscamus etiam creditorem. agnouimus creditoris nempe *P* creditum agnouimus, agnoscamus etiam creditorem: creditoris nempe *M* 13 mihi *om.* *B'P'* 14 uenię recognosco *TN* *et* (ę re *in ras.*) *M* uenire cognosco *cet.* 17 unde et *DPM* 20 non bonus est χ bonus non est *M* 21 in quorum assertione (assertionem *P'*) X 22 conueniunt *TN* perueniunt *cet.* 23 incipit *B'P'* alienis (*om.* erroris) *B'P'*

ideo una est sententia, quae haereticorum omnium machinas destruat, ut unius potestatis, maiestatis atque uirtutis trinitatem esse credamus et ideo ab eo quod filius fecit non separemus patrem nec ab eo quod pater mandauit filium segregemus. ita enim fiet, ut non alterum deum ueteris, alterum noui testamenti inducamus, sed per unitatem potestatis et filius in patre et pater intellegatur in filio et filius faeneretur in patre et pater relaxet in filio. nam et pater

74 dimittit peccatum: filium dimisisse iam diximus. accipe quia dimittit et pater. dimitte inquit nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. utique ex persona nostra hoc filius patri dicit. nec ideo dicit, quasi dimittere ipse non possit, sed ideo dicit, ut tu unitatem

75 potestatis intellegas. denique si auctoritatem quaeris in filio, iam uos inquit mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis. dimittit sermone, dimittit imperio, sed cum ratione dimittit dicens: uade, post haec uide ne pecces. habes auctoritatem, quia uetera donauit: habes iudicium, quia futura praescripsit.

10 Matth. 6, 12 15 Ioh. 15, 3 17 Ioh. 8, 11

3 ab eo *D* (*in mg. m1*) *PM, om. cet.* 4 patrem] a patre X 7 intellegatur . . . pater (*pr.*) *om. P* 8 faeneretur *B* feneretur *cet.* in patrem *BDT'* 9 iam dimisisse *T* filium diximus iam dimisisse *P'* diximus iam dimisisse filium *B'* sicut et filium dimisisse iam diximus *T' m3 in ras.* (*in mg. ras.*) 13 tu *om. DX* 14 potestatis *om. B'P'* 16 loquutus *NP'* 19 praescripserit *N* praescripsit ihs xps dns nost' qui cum patre et spu sco uiuit et regnat ds per omnia scła scłorum. amen *P'* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII EPISCOPI AD THEODOSIUM AUGUSTUM DE APOLOGIA DAUID *D* EXPLICIT LIBER SECUNDUS BEATI AMBROSII DE APOLOGIA DAUID AD THEODOSIUM AUGUSTUM *B manu saec. XV* EXPLICIT LIB II DE DD AD THEODOSIUM AUGUSTUM *T'* EXPŁ LIB' II' S[i] AMB[o]SII EPI DE APOLLOGIA (APOLOGIA *B'*) DAUID *NB'* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII CONF.' ET EPI ECCE MEDIOLANENSIS AD THEODOSIUM AUGUSTUM DE APOLOGIA DAUID. LIB. SECUNDUS *P* EXPLICIT TRACTAT' DE APOLOGIA DD *P'* EXPLICIT AMBROSII DE APOLOGIA DAUID *M. in T non est subscriptio.*

DE HELIA ET IEIVNIO.

P = Parisiacus 1782 saec. VIII f. 101^u

R = Uaticanus liber Reginae 140 saec. X f. 40^u, qui desinit in cap. 8 sect. 28, p. 425, 2

G = liber s. Galli 559 saec. X p. 225

H = Harleianus 6509 saec. X exeuntis f. 106^u

B = Bodleianus 866 saec. XI ineuntis f. 124^r, qui desinit in cap. 13 sect. 49, p. 440, 7

H' = Harleianus 3097 saec. XI f. 108^u

D = Duacensis 227 saec. XII f. 110^u

P' = Parisiacus 14464, olim liber S. Uictoris saec. XII f. 21^u

a = editio Amerbachiana

1 Diuinum ad patres resultauit oraculum, ut, cum egrede- 535 A
rentur ad bellum, tuba canerent, cuius sonitu dominus remini- B
sceretur populi sui, quo petitum conferret auxilium plus quae
misericordiae suae incentiua cognoscens, et in diebus laetitiae
suae, in numeniis suis concinerent tubarum sono. unde et
Dauid ait: canite in initio mensis tuba, in die fre-
quenti sollemnitatis uestrae. ueniet igitur nobis dies
sollemnitatis et iam adpropinquat. canamus tuba tamquam in
proelium progredientes, canamus tuba, ut adnuntiemus sol-
lemnitatis diem. simul nobis et certamen imminet et uictoria C
repromittitur. uictoria nostra crux Christi est, tropaeum
nostrum pascha est domini Iesu. sed ille ante est proeliatus,
ut uinceret, non quo ipse egeret certamine, sed ut nobis

1 Num. 10, 9 et 10 6 Psalm. LXXX 4 Basil. III p. 164 A *M.* (II 1 A *G.*) 10 Num. 10, 9

INCPT TRACTATUS EIUSDE DE HELIA ET IEIUNIO *P* INCIPIT TRACTATUS SCI AMBROSII DE IEIUNIO *R* INCIPIT SERMO UENERABILIS UIRI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPI DE IEIUNIO *G* INC EIUSDEM DE IEIUNIO *H* AMBROSIUS DE SEPTEM TUBIS (*in mg.* H. DE IEIUNIO) *B* INCIPIT LIBER BEATI AMBROSII DE UTILITATE ET LAUDE SCI IEIUNII *H* INCIPIT TRACTATUS DE HELIA ET IEIUNIO *DP'* 1 resultat *DP'* et (ut *m2*) *R* gradederentur *H* 2 bella *B* canerent (e *alt. ex* i) *P* 3 ferret *H* plus quae *B* plusque *PGDP'* populis plusque *H'*, *om. RH* 4 et *om. G* 5 numeniis *P m1* neomeniis *P m2 cet.* suis *om. H* sonū *RH* 6 dicit *GH* in *om. RG*, *s. u. m2 H* tubę *P et* (*corr. m1*) *D* frequentis *R* insigni *G* insignis *H* 7 uenit *H* uobis *D et* (*corr. m1*) *P'*, *om. H* 8 propinquat *R* adpropinquet (a *s.* e) *G* canemus *R* in *om. R* 9 adnuntiem *B* diem sollemnitatis *DP'* 11 crux Christi] erga xpm *DP'* tropheum *P* (h *s. u. m2*) *RGBDP'* 12 nostrum *om. DP'* est ante *B*, ante *om. R* 13 uinceret (et *ex* it *m2*) *P* quod *R* ageret *H* nobis *om. H*

formam bellandi ante praescriberet et postea daret gratiam
triumphandi. certamen nostrum ieiunium est. denique ieiu-
nauit saluator, et sic ad eum temptator accessit. et primum
gulae direxit spiculum dicens: si filius dei es, dic lapidi
huic, ut panis fiat. ille cibum uelut escam laquei prae- D
tendit, ut sic inlaquearet adpetentiam corporalem, dominus
ieiunium praetulit, ut laqueos temptatoris, ut uincula dissol-
ueret. denique sic habes scriptum: non in solo pane uiuit
homo, sed in omni uerbo dei. illo laqueo Adam fuerat
strangulatus, hac absolutione diabolicae quaestionis omnis 536
homo est liberatus.

2, 2 Magna uirtus ieiunii, denique tam speciosa militia est, ut
ieiunare delectaret et Christum, tam ualida, ut ad caelum
homines eleuaret. et ut humanis magis quam diuinis utamur B
exemplis, de Heliae ieiuno ore uox missa caelum clausit
sacrilego populo Iudaeorum. etenim cum a rege Achab altare
esset idolo constitutum, ad uerbum prophetae tribus annis et
sex mensibus ros pluuiae non cecidit super terram. digna
poena, quae intemperantiam congrue coherceret, ut caelum
inpiis clauderetur, qui terrena polluerant. dignum etiam, ut

2 Luc. 4, 2 Bas. 177 C (7 E, 8 A) 4 Luc. 4, 3 8 Luc. 4, 4 15 Reg. III 17, 1 sq., cf. 16, 31 sqq. Bas. 172 C (5 BC) 17 Reg. III 17, 1; 18, 1

1 forma *BH* debellandi *G* (*om.* ante) *H* perscriberet *H* 4 lapidi isti *R* 5 esca *P* 6 appetentia corporali *R* 7 temptatoris *P* (is *ex* es *m2*) *R* (ta *s. u. m2*), sui *add. GH* ut] et *RG, fort. recte* uincula (u *alt. del. m2*) *P* uincla *R* uiacula *B* 8 habet *R* pane solo *GH* 10 strangilatus *G* hoc absolicione *B* omnis *om. R* 12 uirtus est *G* militia (mi *ex* mil) *P*, illa militia *D* (il *alt. in ras. m2*) *P'* 14 erigeret *P* (*m2 ex* eleuaret) *BH'DP'* ut *om. PR* quam *om. R* utar *H* 15 de *om. GH* helięie (he *ex* hę) *P* ieiunio *PR et* (i *tert. eras.*) *D* ad (*eras.*) cęlum *P* 16 acab *B* ab *R* ahab *D* (h *s. u.*) *P'* altaęrąeşsit (*litterae punctis distinctae erasae*) *P* altari esset *R* 17 constructū (*s.* constitutū) *H'* constitum *B* **p̄rphę|tę (h *s. u.*, tę *extra u. m3*) *P* 19 intemperantiam (in *add. m3*) *G* 20 clauderetur (re *s. u. m4*) *P*

ad condemnationem regis sacrilegi propheta ad uiduam in C
Sarepta Sidoniae mitteretur, quae quoniam deuotionem cibo
praetulit, meruit ut ariditatis publicae sola non sentiret
aerumnam. itaque non defecit hydria polenta, cum torrentis
3 fluenta deficerent. quid eius reliqua contexam? ieiunus filium
uiduae ab inferis resuscitauit, ieiunus pluuias ore deposuit,
ieiunus ignis deduxit e caelo, ieiunus curru raptus ad caelum
et quadraginta dierum ieiunio diuinam adquisiuit praesentiam.
tunc denique plus meruit, quando amplius ieiunauit. ieiuno D
ore statuit fluenta Iordanis et redundantis fluminis alueum
repente siccatum puluerulento transmisit uestigio. merito
illum dignum caelo diuina iudicauit sententia, ut cum ipso
raperetur corpore, quoniam caelestem uitam uiuebat in 537 A
corpore et supernae usum conuersationis exhibebat in terris.
4 Quid est enim ieiunium nisi substantia et imago caelestis?
ieiunium refectio animae, cibus mentis est, ieiunium uita est
angelorum, ieiunium culpae mors, excidium delictorum, reme- B
dium salutis, radix gratiae, fundamentum est castitatis. hoc
ad deum gradu citius peruenitur, hoc gradu Helias ascendit

1 Reg. III 17, 9 sq. 4 Reg. III 17, 16, cf. 7 5 Reg. III 17, 22; 18, 38 et 45; IIII 2, 11, cf. III 19, 8 Bas. 172 C (5 C) 9 Reg. IIII 2, 8 12 Reg. IIII 2, 11 14 Philipp. 3, 20

1 condemnationem *H* condempnationem *G* (p *eras.*) *cet.* propheta (*ex* profae) *P* 2 sareptha *BDP'* sareptham *H'* cibi *GB* 3 protulit *R* publicae *RGH* pluuiae *cet., quod uix defendas collato loco Iudith. 11, 10 uulg.* ariditas aquae 4 deficit *R* (*corr. m1*) *B* hidria *P* idria *B* hydriae *H'* polenta *PH'* pollenta *B* pollentae *G* (l *pr. exp. m3*) polentae *cet.* 5 deficerent fluenta *H'* deficerint (*m2* defecerint) *P* non deficerent *R* contexta *H'* ieiunus ... deposuit *om. B* 6 suscitauit *RH* ieiuno *H* pluuias *P* 7 ignis *P m1* ignē *B* ignes *P m2 cet.* eduxit a caelo *R* curro *H* raptus est *H'* est raptus *P* (est *s. u. m2*) *cet.* 10 redundantis *P m1* redundantem *P m2 cet.* 12 dignum *om. R* 13 caelesti uita *R* ducebat *DP'* 14 at (et *m3*) *G* ac *H'* exibebat *R et* (*corr. m2*) *B* exibebant *G* 15 nisi ... caelestis ieiunium *om. R* 16 et cibus *H* ieiunium *alt. om. R* 17 exaudium *B* delictorum (*s.* c *ras.*) *P* 18 caritatis *R* 19 helias *P* caelum ascendit *R*

ante quam curru, hanc hereditatem sobrietatis abstemiae ad
caelum abiens discipulo dereliquit, in hac uirtute et spiritu
Heliae uenit Iohannes. denique in deserto et ille uacabat
ieiuniis; esca autem eius erat locustae et mel siluestre. et
ideo qui uitae humanae possibilitatem continentia supergressus
fuerat, non homo, sed angelus aestimatus est. de ipso legi- C
mus: *etiam plus quam propheta*. hic est, de quo
scriptum est: *ecce mitto angelum meum ante faciem
tuam, qui praeparabit uiam tuam ante te*. quis humana
uirtute equos igneos, currus igneos potuisset ascendere,
regere aerios currus nisi qui naturam humani corporis incor-
5 ruptibilis ieiunii uirtute mutasset? sed de Heliae gestis
plurima iam frequenti diuersorum librorum sermone diges-
simus et cauendum arbitror, ne in eadem recurramus, cum
praesertim in opere suo ipse laudetur. imitemur ergo illum D
et eam escam quaeramus, cuius uirtute diebus ac noctibus
progredi ad supernorum possimus cognitionem. non enim
omnis esca materialis nec omnis cibus corporalis: est cibus
mentis, ut diximus, quo epulantur animae, de quo ait
dominus: *meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris
mei, qui in caelis est*. hic cibus angelorum, ut diuino

1 Reg. IIII 2, 14 sq. 2 Matth. 3, 4 Bas. 177 C (7 E) 7 Matth. 11, 9 sq. 20 Ioh. 4, 34

1 abstemiae *PR* abstinenti *BH'* abstinentiae *cet.* 2 derelinquit (n *eras.*, u *s. u.*) *P* 3 hęliae *PR* uacauit *GH* 4 ieiunis *R* eius] ei *R*, *om.* *H* locusta *RBH'* 5 quia *GH, fort. recte* continentię *P* (ę *ex* a) *H'* continentiam *G* 7 prfa *P* 9 qui ... tuam *om.* *H'* praeparauit *R* (*corr. m2*) *B* (*corr. m1*) *RG* quis (s *s. u. m2*) *H* 10 potuisset (t *alt. s. u. m2*) *H* 11 ęrios currus *P* (e *s.* i *m2*) cursus aeris *R* currus aerios (aereos *B*, ęreos *D*, ereos *P'*) *cet.* natura *R* 13 librorum *s. u.* *G* 14 in] bis *R*, *om.* *B* 15 praesertim *om.* *H* ipsa *DP'* illum] eum *DP'* 16 in cuius *R* 17 progredientes *G* progredi et (et *s. u. m2*) *H* superiorem *R* superiorum *H* possemus *P* cognitionem uenire *GH* 18 omnia (*eras.*) omnis *P*, omnis *om.* *H* 19 animi *GH* 20 uolontatem (v *s.* o *alt.*) *P* 21 caelo *H* est angelorum *RGHH'* angelorum est *B*

famulentur imperio. nulla illis cura mensarum, nullus conuiuiorum usus, nullae repositae epulae, nullus uini potus (E) aut sicerae, nulla distentio corporis, nulla uentris offensio.

Itaque ne terrenum quis aut nouellum putet esse ieiunium, primus usus mundi a ieiunio coepit, quando lux clara (F) resplenduit. secundus dies ieiunio, quando caeli factum est firmamentum. tertio die terra pabulum germinauit, natura obsequium praebuit: ieiunium tamen caelestis disciplina seruabat. quarto die luminaria facta sunt solis et lunae: et adhuc ieiunium. quinto produxerunt aquae repentia animarum uiuarum et uolatilia super terram secundum firmamentum caeli, et uidit deus quia bona sunt. et benedixit ea deus dicens: crescite et multiplicamini et replete aquas, quae sunt in mari, et uolatilia (538 A) multiplicentur super terram: et adhuc ieiunium. denique 'benedixit ea' scriptum est 'et dixit: crescite,' non dixit: edite et manducate. sexto die bestiae sunt creatae et cum bestiis orta edendi potestas est et usus escarum. ubi cibus coepit, ibi finis factus est mundi, ibi coepit sua incrementa nescire, ibi coeperunt diuina circa eum opera feriari. quo

5 Gen. 1, 3 6 Gen. 1, 6 7 Gen. 1, 11 9 Gen. 1, 16 10 Gen. 1, 20 12 Gen. 1, 21 13 Gen. 1, 22 17 Gen. 1, 25, cf. 28 sqq.

1 cura illis *H'* mensarum] cenarum *R* nullus nullus *R* 2 nullae r. epulae *om. R* in olla nullae *DP'* copulae *B* potis *P* positus *B et* (si *eras.*) *D* 3 ac sicerae *H* distentio *P* dissensio *R* distensio *cet.* effusio *R* 4 esse *om. R* 5 ieiunio (i *tert. s. u. m2*) *H* 6 in ieiunio *P* (in *s. u. m2*) *RGH'* a ieiunio *H* (a *in mg. m2*) *DP'* 7 terra *om. R* pauolum (bu *s.* uo) *P* praebuit germinatis *H'* nature obs. tenuit *R* 8 disciplinae *BH'* 9 seruauit *G* lunae lumina *H'* 10 quinto *H'* quinto die *GH, om. cet.; V. scriptum fuisse uidetur* aqua *R* 11 uiuarum *om. G* uolatilia uolantia *RGH* uolatilia celi *B* 13 ea deus *PH'DP'* ea *cet.* 14 maris (*om.* quae sunt in) *R* uolatilia cęli *DP'* 16 sicut scriptum est *BDP'* et *om. R* 17 edite] uenite *R* die (e *ex* o) *P* et *alt.*] ut (et *m2*) *H* et ut (ut *eras.*) *G* 19 fines (finis *m2*) *P* cibus *R* ibi] ubi *B* 20 ibi (v *s.* i *pr.*) *P* ubi *H* quod *G* (d *exp.*) *H*

indicio declaratum est quod per cibos mundus haberet imminui, per quos desiit augeri. nemo delictum sciebat,
7 nemo poenam timebat, nemo nouerat mortem. plantauit dominus paradisum ad gratiam beatorum, posuit ibi hominem operari et custodire eum et, uti sciamus non esse nouellum ieiunium, primum illic legem constituit de ieiunio; sciebat enim quod per escam culpa haberet intrare. prima poena de ieiunii praeuaricatione dicente mandato dei: de ligno quod est scientiae boni et mali non edetis; qua die autem manducaueritis ex eo morte moriemini. eo usque autem nemo praeuaricari nouerat, ut adhuc orta non esset quae prima est praeuaricata indictum abstinentiae. lex a domino deo, praeuaricatio legis a diabolo: culpa per cibum, latebra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, uirtus firmitatis in ieiunio. denique quamdiu interdictis abstinuerunt, nesciebant esse se nudos: posteaquam manducauerunt de interdicta arbore, nudatos se esse cognouerunt. merito ergo mulier, ubi culpae agnouit auctorem, interrogata: serpens persuasit mihi, et manducaui. serpens gulam suadet, dominus ieiu-

3 Gen. 2, 7 sq. 4 Gen. 2, 15 8 Gen. 2, 17 Bas. 168 A (3 A) 13 Gen. 3, 1 et 8 18 Gen. 3, 13

1 indicium *H* [ind]icio declaratum ... mundus *s. u. m4 P* quo per cybo *B* cibus (o *s.* u *m2*) *H* haberet mundus *DP'* haberet periret (*om.* imminui) *B* 2 inminui (i *tert. in ras.*) *G* denuit *R m1* desiuit *R m2 H* dilectum (*corr. m4*) *P* sciebat dilectum *R* sciebat delictum *H'* 3 nemo. nouerat timorem *G* 4 et posuit *DP'* 5 costodire (v *s.* o *pr.*) *P* custodiret *B* uti (i *del. m1*) *P* ut *cet.* 6 primam *RGH* instituit *R* 7 intrare (*ex* in terra) *B* intrare. intrauerat *G* imitari. intrauerat *H* 8 ieiunii praeuaricatione ieiunii *R* discidente mandato (v̄ *m2 s.* o) *H* 9 non] ne *H'* edetis (a *s.* e *alt. m3*) *G* edatis *BH'* 11 praeuaricationis *B* 12 non est *H'* praeuaricatio *G* indictum ieiunium abstinentiae *RGH* 13 latebra *RGH* inlecebra *cet.* 15 abstinuere *R* abstinuerant *H* abstinere (bant *s.* re *m3*) *G* nescierunt *H'* 16 se esse *H'DP'* postquam *DP'* de *om. H* interdicto *B* 17 nudos *H'* 18 agnouit culpae *DP'* cognouit *H'* interrogata respondit *RGH* serpens respondit *H'* serpens inquit *DP'* suasit *R* 19 mihi inquit *BH'* gulae *GH* suadit (e *s.* i) *R* persuadet *H* (per *exp.*) *DP'*

nare decernit. denique ipse ait: ieiunate et orate, ne intretis in temptationem. itaque gula de paradiso regnantem expulit, abstinentia ad paradisum reuocauit errantem.

Et dixit deus: ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis. inridens utique deus, non adprobans dicit, hoc est: putabas te similem fore nostri? quia uoluisti esse quod non eras, destitisti esse quod eras. itaque, dum supra te esse E adfectas, infra te esse coepisti. denique uestiuit eum tunica pellicia prius et sic ait: ecce Adam, quasi dicat: ecce amictus tuus, ecce dignum indumentum tuum, hic te uestitus decet. qui diuina affectant tali digni habentur ornatu. ecce quo te tua culpa deduxit, ecce nunc in hac tunica pellicia tamquam unus ex nobis aperuisti oculos. circumspice diligenter: nudum te aspicis, quem uestitum putabas. gula ergo F nudos facit, ieiunia operiunt et exutos. unde dominus ait: operui in ieiunio animam meam. bonum operimentum quod et animam tegit, ne a temptatore deprehendatur, ne a temptatore nudetur. bonum uelamen quod tegit culpam, tegit abstinentia, tegit gratia; beati enim quorum remissae

1 Matth. 26, 41 2 Bas. 168 B (3 C) 5 Gen. 3, 22 10 Gen. 3, 21 17 Psalm. LXVIII 11 20 Psalm. XXXI 1

5 est *om.* *R* tamquam (tam *in ras.*) *P* quisi *G* 6 itaque *B* non *s. u.* *R* hęc dicit *H'* ait *B* 7 potabas (v *s.* o) *P* putas *H'* 8 desiste *R* desisti *GH* eras. itaque dum *RGH* eras. eras itaque dum *P et P'* (*in quo m. rec. add.* dum intra te eras) eras. erras (r *alt. s. u.* itaque dum *D* eras. eras itaque dum intra te eras. cum *B et* (te eras. dum autem) *H'* 9 ęffectas (a *s.* ę *m3*) *G* affectans (n *del. m2*) *H* affectabas *H'* intra *PGH* tunicam pelliciam *PRH'* 10 sic *om.* *H'* 11 amictus *G* (t *s. u. m3*) *P'* (ctus *in ras.*) amicus *PBD* indumentuum tuum dignum *B*, dignum *om.* *DP'* 12 ornatum *G* 13 culpa *s. u.* *R* reduxit (de *s.* re) *H'* hanc tunicam pellitiam *R* pellicię *B* 15 potabas (v *s.* o *m2*) *P* 16 fecit *R* ieiunia (v̄ *s.* a *m2*) operiunt *R* et *om.* *RH* unde et *H'DP'* dominus] Dauid *ed. Rom.* 17 operuit *B* 18 et (*eras.*) *P*, *om. cet.* 20 abstinentia (ia *ex* iā) *G* abstinentiam (*om.* tegit gratia) *R* gratia *B in ras. m2 et* (ia *ex* iā) *G* remissae (*om.* sunt) *H'*

sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. tegit gratia, dum remittit et omnem abolet errorem: tegit abstinentia, dum obumbrat uitium et maesto abscondit affectu atque extenuat paenitendo. etenim ieiunium et elimosyna a peccato liberant. opertus erat Adam uirtutum uelamine priusquam praeuaricaretur. sed tamquam exutus praeuaricatione uidit esse se nudum, quia indumentum quod habebat amiserat. in diebus enim ieiuniorum uestrorum orietur inquit tibi matutinum lumen tuum et sanitas tua matura orietur et praecedet ante te iustitia et circumdabit te maiestas domini. bonum uestimentum lux. scriptum est enim: circumdatus luce sicut uestimento. bonum uestimentum, quando circumdat dominus et operit ieiunantes.

5, 10 Nudatus erat Noe, quando inebriatus est: texit eum pietas filiorum. at nudatus erat per ignorantiam, non per intemperantiam; adhuc enim uinum nesciebatur. in principio generis humani ignorabatur ebrietas. primus uineam ipse plantauit: dedit naturam, ignorauit potentiam. itaque uinum nec suo pepercit auctori. quid mirum si, cum dominus ipse creaturas suas laudauerit, et iste miratus est? itaque cum delectaret etim reperti muneris gratia, temptauit uehementior creatura

4 Tob. 4, 10   7 Gen. 3, 7   8 Esai. 58, 8   12 Psalm. CIII 2   14 Gen. 9, 21 sqq. Bas. 169 B (4 C)   17 Gen. 9, 20

1 iniquitates (es *ex* is *m2*) *P*   1 *sq.* tetigit (ti *eras.*) *P*   2 gratiam *R*   aboletur (ur *eras.*) *H*   terrorem *B*   3 obumbrat] abluit *GH*   mesta (o *m3 s.* u) *G*   4 elimosina *P* elymosina *R* elemosina *cet.*   5 liberat *RHB*   7 esse se *R* se esse *P* (se *in mg. m2*, esse *ex* essed) *cet.*   indumentum (in *s. u.*) *R*, quia indumentum *om. H*   8 inquit (i *pr. ex* t) *P*   9 matotinum (v *s.* o *m2*) *P* magnum *GH*   matura *om. R*, matuti *D* mutatina *P'*   10 *post* orietur *repetit uerba* sed tamquam . . . orietur *G*   procedet *H*   circumdabit (b *ex* u) *P*   12 uestimento *GHH'* uestimentum *cet.*   14 Noe] ne *G*   est *om. H*   eum *om. B*   15 at *scripsi* sed *RGH* et *cet.*   non per intemperantiam *om. R*   16 principio enim *H'*   humani generis *DP'*   17 uinea *G*   18 sed ignorauit *P* (sed *s. u. m. ant.*) *cet.*,   poenitentiam *B*   uinom (v *s.* o) *P*   nec] non *R*   20 laudauerat *BH'*   miseratus (se *del. m2*) *H*   adiectaret *H* delectaretur *DP'*   21 eum] cum *PGDP'*   gratis *P* gratiā *R*

insuetos senis artus, turbauit noua potio. dormitauerunt inquit qui ascenderunt equos. ascendit corporis uoluptates: D et iustus obdormiuit. sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. semel enim inebriatus est Noe; ubi uero malum ebrietatis agnouit, inuentum suum ad remedium temperauit, non effudit ad uitium. unde apostolus ait: uino modico utere propter frequentes tuas infirmitates. manebat antequam uinum inueniretur omnibus inconcussa libertas; nemo sciebat a consorte naturae suae obsequia seruitutis E exigere. non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. oprepserat quidem fraternae praelationis inuidia, manebat tamen adhuc paternae pietatis reuerentia. laesa pietas est, dum ridetur ebrietas. non illis itaque solis nocent uina quos temptant, sed et illis amplius quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. hinc risus inreuerens nascitur, hinc libido flammatur, ut multo maiore temulentia eos uina perturbent quorum oculos ac mentem inebriauerint quam F quorum membra prostrauerint.

2 Legimus etiam quod patrem Loth inebriauerint filiae in eo monte, ad quem timentes incendia Sodomitana confugerant et habitabant in spelunca. conuenit ebrietati atque concurrit aetas, sexus, solitudo, locus ferarum magis latibulis quam humanis aptior domiciliis. fuit itaque ebrietas origo incesti,

1 Psalm. LXXV 7   6 I Tim. 5, 23   11 Gen. 4, 4 sq.   19 Gen. 19, 33 sqq.

1 insuetus (o *s.* u *alt.*) senes (i *s.* e *alt.*) *R*   artos *P*   artus senis *B*   uana potatio *R*   dormitauerunt inquit qui *om.* *H* dormitaueruntq (q *del.*) *P*   2 ascendunt *B*   uoluntates *R* uoluptas *H'*   3 iustus et *Gelenius*   4 uero] enim *RGH*   5 iumentum *GH*   remedio (ṽ *s.* o *m2*) *R*, ad remedium *om.* *B*   6 unde et *GH*   11 oprepserat (b *s.* p *pr. m2*) *P* obrepserat *RGH* oppresserat *BH'DP'*   quidem iam fraternae *RGH*   13 nocent solis *R*   solis (s *alt. s. u. m. ant.*) *P*   16 inflammatur *BH'DP'*   maiore∗ (m *eras.*) *P*   17 mentes *RGH*   inebriauerunt *DP'*   18 prostrauerunt *GDP'*   20 eo *om.* *G*   incendium sodomitanum *GH*   sodomitanaę *R*   22 solidudo (t *s.* d *pr.*) *P* solitudinis *GH*, *om.* *B*

13 pessimae generatricis partus deterior. at non Abraham uinum
in suo conuiuio ministrabat: immolabat uitulum et butyrum
et lac etiam angelis hospitibus exhibebat — caeli dominum,
mundi agnoscebat auctorem —; uinum enim exhibere non
poterat. sed recte illic deerat materia peccati, ubi erat
14 remissio peccatorum. denique adnuntiauit eum Iohannes neque
manducans panem neque bibens uinum; qui enim Christum
adnuntiat ab omni uitiorum incentiuo praestare se debet
alienum. uicit igitur sanctum Noe uel etiam Loth Abrahae
nepotem ebrietas, quorum alter, cum ieiunaret, diluuio super-
15 stes fuit, alter incendio. Moysen quoque cognouimus sitienti
populo aquarum amaritudines temperasse, non uina. cui petra
aquam uomuit potuit et uini abundantia non deesse. denique
deus dixit: percuties petram, et exiet aqua et bibet
populus, non dixit: exiet uinum in populo; periculosum
enim erat uinum ministrare, quod fortiores ferre uix possent.
6, 16 denique Moyses de ieiunio legem dedit, de uino non dedit.
ipsum quoque ieiunantem non uoces magnae, non fulgora et
nubes nimbosa, non fumigans Sina perterruit. neque uero

1 Gen. 18, 2 et 8 6 Matth. 3, 4 Bas. 177 C (7 E) 11 Exod. 15, 25 12 Exod. 17, 6 Num. 20, 11 18 Exod. 19, 16 sqq. Bas. 169 C (4 C)

1 pessima *BH'DP'* genetricis *R* regeneratricis *G* generatrix *B* generatio *D* (atio *m2 in spatio 6 uel 7 litt. uacuo relicto*) gener *P'* at *GH* an *R* (at *s.* an *m2*) *cet.* non *om. BH'* abraham (h *s. u. m2*) *B* uinṽ (ṽ *s. u.*) *P* uino (ṽ *s.* o *m2*) *R* uina *GH* 2 sed immolabat *GH* uitulum et *scripsi* uitulum *GH* uitulum sed *cet.* butyrum (y *ex* u *m2*) *P* 3 hospitium *B* *post* exhibebat *intercidisse quaedam uidentur, fort.* in quibus 4 enim] ergo *RGH* 6 iohannes (e *ex* i *m2*) *P* 7 adnuntiat xpm *H'* 9 noe scm *B* 12 aqua *R* amaridudines (es *ex* is *m2*) *P* temptasse (*corr. m3*) *G* uino *R* 13 denique] de qua *R* deus denique dixit *D* denique dixit deus *P'* 14 percuties *s. u. G* aqua ex ea *RGH* bibet (et *ex* it *m2*) *P* bibat *H'DP'* 15 in *om. G*, in populo *om. R* in populo . . . uinum *om. H* 16 ministrare *PBH'D* populo ministrare *RGH; fort.* <ei> erat possint *RH* 17 uino] ieiunio *B* 18 uoces (es *ex* is *m2*) *P* fulgura (u *alt. ex* o) *P* fulgora *G et* (v *s.* o) *H* fulgura *cet.* 19 nequi (nequaquam *m3*) *G* neque uero (*del. m2*) neque uero *P*

introisset in nubem et uocem dei loquentis de medio ignis sine periculo salutis audisset nisi munitus armis ieiunii. quadraginta enim diebus ieiunauit in monte, cum legem acciperet a domino deo nostro. et in superioribus quidem montis lex dabatur Moysi ieiunanti, in inferioribus populo manducanti praeuaricatio sacrilega luxu accendebatur epulantium. quo spectaculo motus fregit tabulas Moyses indignum iudicans ut ebrio populo lex daretur. itaque tabulas legis, quas accepit E abstinentia, conteri fecit ebrietas. quid uero alia dicam? nonne sterilitatem matris Sampso uini abstinentia fecundauit et parientem fecit ex sterili? quoniam iuxta praeceptum domini uinum non bibit. nonne Annam non manducantem exaudiuit dominus et infecunditatem eius soluere ieiunia? ex quibus duo <qui> generati sunt, unus fortissimus, alius obseruantissimus, dignos se praebuerunt, qui ieiunii gremio diu foti et quodam F abstinentiae fusi utero uiderentur. idem itaque Sampso, qui matris sobrietate generatus est, allophylorum insultantium sibi ebrietate est uindicatus. Helisaeus uates, qui de magistro didicerat parsimoniam, cum filios aleret prophetarum, uitis

1 Exod. 24, 18 3 Exod. 24, 18 Bas. 169 C (4 D) 4 Exod. 32, 1 et 6 Bas. 169 D (4 D) 7 Exod. 32, 19 10 Iudd. 13, 4 et 14 Bas. 172 A (4 E, 5-A) 12 Reg. I 1, 15 et 20 16 Iudd. 16, 23 et 29 sq. 18 Reg. IIII 4, 38 sqq. Bas. 172 CD (5 C)

2 ieiunus fuisset *B* 3 cum legem] celion *B* acciperit (acceperit *m2*) *P* 4 nro dno dō *R* in *om. H'* moniis (is *ex* es) *P* 5 datur lex *H* datur *R* dabitur *B* moyse *P* in *s. u. m2 R* 6 epulantium (epularum *m3*) *G* populorum *H* quod *G* 7 moyses *s. u. G* moyses . . . tabulas *om. B* 8 ita (*om.* que) *H* 9 fecit conteri *DP'* 10 sterelitatem *P* (*corr. m1*) *G* sampson (n *s. u. m2*) *P* sanson *B* samson *cet.* 11 sterilem (*om.* ex) *RGH* terili (ri *ex* re) *P* et (*eras.*) quoniam *G* domini anna uinum *DP'* 13 soluerunt *BH'D* 14 qui *addidi* generatis (*om.* sunt) *B* sunt *deleuit Erasmus* alius amantissimus *B* 15 foti *BH* forti *R* (r *exp.*) *cet.* 16 abstinenti effusi *GH* sampson (n *s. u. m2*) *P* samson *cet.* 17 sobrietate (o *ex* u) *P* allofilorum *P* (ph *s.* f *m2*) *GB* allophilorum *cet.* 18 ebrietatem (*om.* est) *G* eli·seus (s *eras.*) *P* qui de] quidem *G* qui a *R* 19 cum] bacum *P* (ba *exp.*) *D* (ba *eras.*) ac cum *P'* uitis agrestis *om. H'*

agrestis grumulis mensas onerabat et ineptis siluestribus hospitalis humanitatis implebat officium. quorum offensi amaritudine cum manducare non possent, leuis farinae aspersione omnem illam amaritudinem temperauit propheticae munere abstinentiae ueneni uires euacuans.

7, 19 Est quaedam creaturae natura, quam amiantum uocant, 541 nullo facilis igne consumi, quae inposita focis ignescit, ilico sublata de flamma tamquam aquarum infusione munda resplendet. talia erant Hebraeorum puerorum corpora, quae de B ieiunio in amianti transformata naturam uaporem ignis non ad dispendium sui, sed ad gratiam mutuabantur. denique cum furerent fornacis incendia, ut ultra quadraginta cubitos flamma per circuitum funderetur consumens plurimos quos repperiret Chaldaeorum, qui naphtha, pice et stuppa atque sarmento alimenta ignibus ministrabant, ubi cum ieiunio ingressi sunt, discusso ardore flammarum in medio fornacis coepere statim C roris spiritu refrigerantis umescere, ita ut eorum nullus capillus capitis exureretur, quia illam quoque ieiunia comam

6 Bas. 173 A (5 C) 9 Dan. 3, 46 sqq. (47 sqq.)

1 grumulus mensis *B* siluestribus (*ex* siluestris *G m3 H m2*) holeribus (oleribus *GH*) *RGH*, *recte puto* 2 hospitalitatis humanitate *GH* officia. in quorum *R* 3 amaridudine *P* possint *P* (*corr. m2*) *BDP'* 4 omnem *om. B* amaridudinem (t *s.* d *pr. m4*) *P* prophetico *R* 5 uirus *R* 6 quidam (*corr. m2*) *G* creatura *R* amminantum *R* adamantium *G m1 et* (ad *s. u. m2*) *H* adamantem *G m3 DP'* amantium *B* 7 facile *H'* igne *PB* igni *cet.* foci *B* facis *H'* ignescit *P* (*corr.* -iscit) *G* (e *ex* i) *RH* igne et *BH'* ignibus et *DP'* 8 resplendet (et *ex* it *m2*) *P* 9 ębreorum *P* ebreorum *GHB* 10 aminanti *R* adamanti *G m1* amanti *H* (adamantii *m2*) amiranti *B* adamantis *G m3 DP'* natura *G* 11 mutabantur *RGH* 12 furerent (e *alt. ex* i *m2*) *P* furirent (*corr. m2*) *R* XL *R* cubitos quadraginta *H'* flammaș (ș *eras.*) *G* 13 reperiret *P m1 BH'P'* repperiret (p *pr. eras.*) *D* reppererat *P m4 cet.* 14 naptha *P* napta *cet.* et *om. R* sartamenta (sarmentis *m3*) *G* sarmenta *H* (sarmentis *m2*) *B*, 15 alimenta (menta *s. u. m2*) *R* sumus *D et* (sunt *corr.*) *P'* 16 discussa *PB* flammae *R* coeperunt *G m3 H'* tempore *G m1* tepore *H* 17 refrigerandis *B* umesceret (humescerent *m2*) *H* humescere *P* (h *s. u. m2*) *RH'DP'* 18 illa *RH*

pauerant. Daniel, uir desideriorum, trium ebdomadum ieiunio leones quoque docuit ieiunare. missus in lacum in adamantis rigorem abstinentiae soliditate membra duratus non patuit uulneri. sic eum constrinxerant ieiunia, ut in eius corpore ferarum morsibus locus esse non posset. clausa tenebant D leones ora, quae abstinentiae propheticae sanctitas comprimebat, ut ea ferae aperire non possent meriti quibusdam uinculis alligata. ieiunium itaque uirtutem ignis extincxit, ieiunium ora obstruxit leonum, ieiunium maris fluenta solidauit, ieiunium petram soluit in fontes aquarum, uirtute ieiunii contra suam mutata naturam et fluctus obriguit et petra inundauit.

Et quid uetustis utar exemplis, cum abundet ieiunium E etiam praesentium muneribus gratiarum? quis deteriorauit domum suam ieiunio, quis inminuit facultates? cui non 542 A suspecta luxuries, cui non uenerabilis abstinentia? cuius torum appetiuit parsimonia, cuius pudorem non laesit ebrietas? ieiunium continentiae magisterium est, pudicitiae disciplina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma

1 Dan. 6, 16 Bas. 173 BC (6 A) 8 Bas. 173 C (6 A) 14 Bas. 173 C (6 B) 18 Bas. 173 C (6 B)

55 Non inmerito ergo uae illis qui mane ebrietatis potum requirunt, quos conueniebat deo laudes referre, praeuenire lucem et occurrere oratione soli iustitiae, qui suos uisitat et

1 Hesdrae III 3, 21 sq. 16 Bas. 456 B (127 B) 18 Bas. 460 B (129 A) 20 Malach. 4, 2

1 quia] cui a *H* ebriosis *H* ebrii *D* (*ex* ebriosi) *P'* 2 nec] uel *P* per talenta] aperta *GH* 4 biberent *GH* 5 sed non post multum *GH* sunt gladiis *H* a *om.* *HH'* 6 surrexerint *P* (n *s. u.*) *GH'* resurrexerint *D* *et* (re *exp.*) *P'* exsurrexerunt et *H* gesserint (i *ex* u *m2*) *H* 7 ergo *om.* *H* mercedem (e *alt.* *ex* i) *P* praeteriti *H* 8 ergo *HH'* *et* (r *s. u.*) *D* chitaram *P* cithara *H* cythara *G* timpana *PH'* tymphana (na *s. u.*) *G* 9 huiuscemodi (ce *eras.*) *P* huiusmodi *cet.* 10 libidinis *P* libidine *H* etiam *om.* *H* 11 filialas (li *eras.*) *P* 12 ritum *GH* metum *cet.* 13 obseruationis (is *ex* es *m3*) *G* ebrietatis (is *ex* es *m3*) *G* 14 romanus indulget *GH* ut *om.* *G* 15 uincantur (n *pr. s. u. m4*) *P* uincamur (-antur *m3*) *G* 16 uino ebrietatis (*om.* facit) *DP'* et *om.* *G* 17 siceră *DP'* 18 potum ebrietatis *DP'* 19 quos] quibus *DP'* 20 orationi *G* (-ne *m3*) *H* et iustitiae soli *H* qui uos *G* (nos *m3*) *H* quis nos *DP'* uisitabit *DP'*

exurgit nobis, si nos Christo, non uino et sicerae surgamus.
piis hymni dicuntur, et tu citharam tenes? psalmi canuntur,
et tu psalterium sumis aut tympanum? merito uae, quia
salutem relinquis, mortem eligis. uix diluculum, et iam cur-
satur per tabernas, uinum quaeritur, excutiuntur tapetes, E
accubitum festinant sternere, lagynas argenteas, auratos calices
6 exponunt. uae, inquit, ista quaerentibus! calix aureus Babylon
in manu domini inebrians omnem terram. a uino eius
biberunt omnes gentes, ideo commotae sunt. et
subito cecidit Babylon et contrita est. calix ergo
aureus contritus est, quia Babylon contrita est, quae est
calix aureus. sed quamuis auro se iactet et pretio, in domini
et ipsa est potestate. denique diuina indignatione conteritur. F
qua ratione calix aureus? quoniam qui ueritate deficitur
quaerit inlecebram, ut species saltem pretiosa ad bibendum
7 aliquos possit inlicere. constitue ante oculos pompam
huius saeculi: uides speciosam inlecebram, sed inanem
gratiam. non te inducant aurea uasa et argentea; habemus 553 A
et nos thensaurum in uasis fictilibus. uas aposto-
licum fictile est, sed in eo thensaurus est Christi. uae
siceram mane sectantes! aureum est hoc uas, poculum est:

2 Bas. 460 D (129 C) 4 Bas. 456 BC (127 BC) 7 Hier. 28 (51), 7 sq. 18 II Cor. 4, 7 21 Act. 9, 15

1 exurgit *P* exurgeṭ (i *m2*, t *exp. m2*) *H* exurget *GDP'* exsurget *H'* nobis si *om. H* in xpo *H'* 2 piis *scripsi* pii *DP'* plus *P* plus dicam *H'*, *om. GH* himni *P* chitaram *P* tenens (n *alt. eras.*) *P* 3 timpanum *PD* qui *GH* 4 eligis (i *pr. ex* e) *P* uox *PDP'* diluculum *P m1* (i *ex* e) *H'* diluculo *P m2 cet.* et iam *om. P'* cursitatur *H'* 5 tappetes *G* gappetes *H* 6 lagynas *P* laguenas *GH* lagenas *DP'* lagoenas *H'* 7 babilon *PH'D* 10 *sq.* babilon *PH'* 13 et *om. H* 14 qui *G m1* quia *G m3 H'* 15 species *tacite Maurini* inspicias *PH'* inspicientes *DP'* specie *GH* saltim *G* saltem si *H'* uasa pciosa *DP'* 16 constituite (constitue *m3*) *G* oculos *PDP'* oculos tuos *cet.* 17 uides (e *ex* i) *P* uide *GH* 18 habeamus *G* 19 thensaurum (n *eras.*) *P*, *om. H*, thesaurum *cet.* apostolorum *G* 20 thensaurus (n *eras.*) *P* thesaurus *cet.* 21 secctantes (c *pr. eras.*) *P*

in eo poculo uenenum mortis, uenenum libidinis, uenenum ebrietatis est. hoc qui biberit commouetur et cadit. commouetur non solum corpore sed etiam corde turbato; commoueri enim peccati est.

16, 58 Denique Cain exiens a conspectu dei habitauit in terra B
Naid, quod interpretatione significat commotionem. ergo qui calice aureo inebriatur peccato mouetur. quid te sub maledicto constituis Cain illius parricidae, ut tremas atque mouearis?
sed et persecutores domini transeuntes mouebant capita sua; C
exagitabat enim eos spiritus nequam, qui repleta a se corpora mouere consueuit. et ille cum defuerit tremor desinit, ebrietas autem perpetuum dat tremorem sudant uinum corpora temu-
59 lentorum: si leuius contigeris, uinum exprimis. ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentiuum insaniae, ebrietas uenenum insipientiae. haec sensus hominum mutat et formas, per hanc fiunt ex hominibus equi adhinnientes, siquidem
naturali uapore corporis calidi et praeter naturam uini calore D
flammati cohibere se non queunt et in bestiales libidines excitantur, ut nullum tempus praescriptum habeant, quo deceat indulgere concubitu. uocem amittunt, colore uariantur, oculis ignescunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furorem

5 Gen. 4, 16 Bas. 453 D, 456 A (127 A) 6 Philo de Cherubim 4 (I 140, 44 *M.*; I 172, 25 *C.*) 8 Gen. 4, 14 9 Marc. 15, 29 12 Bas. 452 A (125 D) 15 Bas. 448 CD, 449 C, cf. 181 A (124 BC, 125 AB, cf. 9 A) 16 Hier. 5, 8 19 Bas. 448 C (124 B), cf. Xen. Comm. I 4, 12

1 eos (s *eras.*) *P* 2 est *om.* *G* 3 turbatur *DP'* 5 conspectu (o *ex* u) *P* terra naid *H'* terra naith *DP'* terrena: id *P* terram naim *G* terra naim *H* 6 per interpretationem *GH* commotionem (mo *ex* mu) *P* qui a *GH* 7 calicem (m *eras.*) aureo (o *ex* um) *P* 8 constituis (is *ex* es) *P* tremens *GH* moriaris *H* 9 transeontes *P* 12 autem] enim *H* uino *GH* 13 leuius eum contigeris (contetigeri *G*) *GH* exprimis (exprimit *H*) uinum *GH* 14 libidinis est *D* (est *postea add.*) *P'* 15 insipientiae ē *H* 16 siquidem] sed quid ē *H'* 17 uaporem *G* 18 bestiales (e *pr.* *ex* i *m2*) libidines (e *ex* i *m2*) *P* 19 quo *P* quod *cet.* 20 doceat *G* indulgeri *H* concubitu (tu *ex* tū) *D* uoce *P* colore (o *pr.* *ex* u *m4*) *P* 21 ignescuncto|re (*corr.* *m2*) *P* ignis cuncto ore (ignescunt toto ore *m2*) *H* in fororem (v *s.* o *pr.*) inardescunt (e *ex* i *m2*) *P* in furore inardescunt (ardescunt *G*) *GH*

inardescunt, sensu excidunt. hinc frenesis periculosa, hinc calculi grauis poena hinc exitialis cruditas, hinc uomitus frequens semesas epulas cum internorum uiscerum cruore E fundentium. mentior, nisi eadem dominus per Hieremiam locutus est dicens: bibite et inebriamini et uomite: et cadetis et non surgetis.

Hinc etiam uanae imagines, incerti uisus, instabilis gressus. umbras saepe transiliunt sicut foueas. nutat his terra, subito erigi et inclinari uidetur, quasi uertatur. timentes in faciem ruunt et solum manibus adprendunt aut concurrentibus montibus sibi uidentur includi. murmur in auribus tamquam F maris fluctuantis fragor et resonantia fluctu litora. canes si uiderint, leones arbitrantur et fugiunt. alii risu soluuntur incondito, alii inconsolabili maerore deplorant, alii inrationabilis cernunt pauores. uigilantes somniant, dormientes litigant. uita his somnium est, somnus his multus est. excitari nullis 554 A uocibus possunt: quantolibet stimulandos inpulsu putes, nisi resipierint, uigilare non possunt. unde bene Hieremias huiusmodi hominem tamquam superfluam creaturam deflendum putat. quid est enim homo ebrius nisi creatura superflua?

5 Hier. 32, 13 (25, 27) 7 Bas. 449 A (124 D) 8 Bas. 449 A (124 C) 11 Bas. 449 A (124 C) 13 Bas. 449 AB (124 D)

1 sensum *PH'* excidunt *P m1 H'DP'* excedunt *P m2 GH* frenosis *H'* 2 crudelitas *GHD* 3 semesas] inmensas *G* immensas *H* 4 tundentium *PDP'* uomentium *H'* mentior *om. GH* eodem *P* hyeremiam *P* 6 surgetis (*m2 ex* surgites) *P* resurgetis *H'* 7 instabiles *H'DP'* 8 umbra *G* nutatur (*om.* his) *H'* 9 erigi et *GHH'* erigit *P* (i *pr. ex* e) *D* erigitur (r *pr. in ras.*) *P'* uidentur *G et* (n *del. m2*) *H* quasi *P* et quasi *cet.* uertitur *GH* 10 adprendunt *P* adprehendunt *cet.* 11 includimur (*om.* murmur) *G* 12 fragor ... risu *om. H* fragor *a* flagor *G* pauor *cet.* si *H'*, cum *ante* canes *P'*, si *om. cet.* 14 inconsonabili *G* moerore *P* merore *GH'DP'* inrationabiles *P* (*ex* inrationauilis *m2*) *cet.* 16 somnium] somnus *D* multus] mors *GH* nullis (i *ex* u) *P* 17 petes *GH* 18 resipuerint *H* (u *ex* i *m2*) *DP'* uigilare (1 *alt. ex* æ) *P* euigilare *GH* 19 defluendum *G* (u *pr. eras.*) *H* 20 enim *om. GH* creaturā superfluam *G*

itaque sic ait: sicut fletum Iazer deflebo te, uitis, quia deserta est ciuitas Iazer, et infra: uinum erat in torcularibus tuis: mane non calcauerunt, meridie autem non fecerunt. Iazer ποίησις περισσός, factura superflua est — moderatio enim naturalis est, supra mensuram quidquid est superfluum habetur — ita est ebrietas, quae fletu prophetico deploratur. unde ait apostolus: nolite inebriari uino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu. est ergo ebrietas culpae, est et gratiae. et forte haec naturae quae gratiae, quia ad imaginem et similitudinem dei facti spiritu sancto repleti esse debemus.

17, 62 Quid autem obtestationes potantium loquar? quid memorem sacramenta, quae uiolare nefas arbitrantur? 'bibamus' inquiunt. 'opto salutem imperatorum, ut qui non biberit fiat reus indeuotionis; uidetur enim non amare imperatorem qui pro eius salute non biberit'. o piae deuotionis obsequium! 'bibamus pro salute exercitus, pro comitum uirtute, pro filiorum sanitate'. et haec uota ad deum peruenire iudicant sicut illi qui calices ad sepulchra martyrum deferunt atque illic in uesperam bibunt; aliter se exaudiri posse non credunt.

1 Hier. 31 (48), 32 2 Hier. 31 (48), 33 7 Ephes. 5, 18

1 fletum *GH* fletui *PH'* fleui *DP'* 2 quia] quae *H* deser....ta (er *in ras. m4*) *P* es *H* in (*s. u.*) torcolaribus (v *s.* o *alt.*) *P* 3 meridie ... fecerunt *om. H* 4 ποίησις περισσός *ed. Paris. a. 1661* MωIHTICMepiCCOT *P* mointicmepisot *H'* mohitic mepissot *G* moithic mepiccor *DP'*, *in H est spatium 14 litt.* 6 quiḍquid (c *s.* ḍ) *P* quicquid *cet.* fluçtu (e *s.* uç) *P* fleto *G* 8 inebriamini *GH* 9 est *ante* et *om. H* gratia *P* naturā *P* et forte haec naturae *eras. in D*, *qui om.* quae gratiae *spatio 18 litt. relicto*, et ... gratiae *om. P'* 10 quia *H'* qui *PGH* nos autem qui *D* (nos autem *s. u.*) *P'* facti sumus *D* (sumus *s. u.*) *P'* 12 putantium *P* potantium (a *ex* e *m2*) *G* loquor *H'* memorē (*m2 ex* merorē) *H* 13 sagramenta *P* nefas] fas *D* 14 opto salutem] pro salute *GH* imperatoris *H'* ut] et *GH*, *recte puto* fit *GH* 15 indeuotione *H* 16 salute eius *DP'* o piae *GH* copiae *PH'* copiosę *D* copiose *P'* 17 exercituum *GH* 18 pertinere *D* (*s.* ł peruenire) *P'* 19 calices (e *ex* i) *P* sepulcrha *P* sepulcra *H* martirum *P* deferant *P* 20 uespere *G* uespera *H* exaudirę (i *s.* ę) *H*

stultitia hominum, qui ebrietatem sacrificium putant, qui
existimant illis ebrietatem placere qui ieiunio passionem E
3 sustinere didicerunt. quantos de intemperanti conuiuio nouimus
ad tormenta uenisse! dum per ebrietatem de imperio suo
certant et sibi regna promittunt, honores aliis pollicentur,
infelices ad poenam ducti sunt, qui quid dicerent nesciebant.
unde plerique boni iudices ea quae per ebrietatem dicta essent
tenenda ad crimen non putauerunt. plerique etiam uino
utuntur ut eculeo et quibus tormenta non eliciunt uocem
proditionis eos temptant bibendo, ut patriae statum, salutem F
ciuium, defensionis suae prodant consilia; uirtus enim plerumque
uincit dolorem, fidem autem potus excludit. cognoui
plerosque fidiculis exulceratos nomen suum negasse: quis
4 inter cymbia texit quod latere cupiebat? quid retexam 555 A
auditum mihi non poculi, sed profluuii genus, quo in ora
hominum tamquam per fistulas aut canales uina funduntur?
homines hos an utres uerius aestimarim? tamen ipsi utres,
nisi moderata transfusio sit, saepe rumpuntur; per cornu
etiam fluentia in fauces hominum uina decurrunt, et si quis
respirauerit, conmissum flagitium, soluta acies: loco motus

14 Bas. 460 A (128 D)

1 ebrietate *G* 2 que *G* passiones *GH* 3 didicerunt (i *pr. ex* e) *P* intemperantia conuiuii *GH* 4 *ante* uenisse *repetuntur in H uerba* uenisse ... certant, *nunc erasa* 5 aliis honores *GH* aliis (s *s. u.*) *P* alii *P'* salutes (*s.* ł aliis) *D* 6 qui quid *H* quiḍquid (c *s.* ḍ) *P* quicquid *cet.* dicerent (e *alt. ex* i *m2*) *P* didicerint *H* 7 dicta essent *P* (i *ex* e) *H'DP'* dicta esse *G et* (sunt *m2 s.* esse) *H* 8 temnenda *P* potauerunt (v *s.* o) *P* 9 eligunt (ci *m2 s.* g) *H* uocē *ex* uocent *m2 G* uoce *DP'* 10 eos] sue *P'* 12 autem *om. H* 13 fidiculis *H'* fidiculos *GH* fiducialis (e *s.* i *tert.*) *P* fiduciales *DP'* 14 cymbia *scripsi* clindias *PH'* scientia has *G m1* sciendahas *G m2 H* insidias *DP'* 15 audita *G et* (ta *ex* tā) *H* profluuii (proflui *H*) genus esse uidetur quod *GH* quo* *H'* 16 suffundunt *H* fundantur *P'* 17 hos homines *GH* an *om. H* uerios (v *s.* o) *P* aestimarim *scripsi* aestimari *PP'* exstimari *D* aestimauerim *cet.* tamen] et tamen *GH* 18 inmoderata *G* immoderata *H* 20 habetur motus *H'*

habetur. aqua decurrens a Libano cautes rupeas soluit, quomodo mollibus putant nequaquam nocere uisceribus uinolen- B
65 torum impetus fluentorum? elefantos quoque ferunt promoscide haurire aquae plurimum, eosdem tamen ad sedandam sitim moderato potu esse contentos, sed si forte ab aliquo caupone fuerint mercede fraudati, indignantes replere concauum promoscidis, non ut ebibant, sed effundant, atque in momentariis inundationibus inrigare eius tabernam de quo se putauerant uindicandos. siccantur ad potum subito lacus ac repente C
funduntur, natant omnia: cui non mirum tam immania beluarum corpora superfluum nil tenere?

18, 66 Sed quid de uiris loquamur, quando etiam feminae, quas D
oportet sollicitiorem castitati sobrietatis adhibere custodiam, usque ad ebrietatem bibunt? deinde surgentes, quas etiam intra secreta domus uel audiri ab alienis non conuenit uel uideri, prodire in publicum non uelato capite, uultu procaci! apostolus mulieres tacere etiam in ecclesia iubet, domi uiros suos praecipit interrogare. illae in plateis inuerecundos etiam uiris sub conspectu adulescentulorum intemperantium choros E
ducunt, iactantes comam, trahentes tunicas, scissae amictus, nudae lacertos, plaudentes manibus, saltantes pedibus, per-

1 Cant. 4, 15 12 Bas. 445 BC (123 A—C) 17 I Cor. 14, 34

1 a] ad *G* rupeas *P et* (*corr.* et rupes) *D* sub rupe *P'* rumpit et *cet.* 2 potant (v *s.* o) *P* nequaquam *GH* nequaquam non *P et* (non *exp.*) *H'* non *D et* (*ante* putant *transpositum*) *P'* uiolentulorum (o *s.* ulo) *P* 3 elefantes *G* promoscide *P* promuscide *cet.* 4 eosdem\ eos *P'* 5 immoderato *G* potuisse *P* potauisse (*corr.* potu esse) *D* contentus *PG* 6 replere *usque ad* cum et (*p. 452 u, 10*) *om. H. excidit folium* promoschides *PG* promoscides *D et* (e *ex* a) *P'* promu-scidis *H'* 7 momentaneis *DP'* 9 uindicando *G* 10 funditur *D* (funditantur) *P'* immania] in alia *G* 13 oportet (e *ex* i *m2*) solitudinem castigati *G* costodiam *P* 15 inter *GH* alieni eis *DP'* 16 prodire] uel prodire *DP'* puplicum *P* 18 inuerecun dis *H'* etiam *om. G* 19 conspectu (o *ex* u) *P* adulescentuloru *G* aduliscentulorum *P m1* adolescentulorum *P m2 H'D* adolescentularu *P'* in se spectantium *H'* 21 lacer.tos (a *eras.*) *P*

sonantes uocibus, inritantes in se iuuenum libidines motu
histrionico, petulanti oculo, dedecoroso ludibrio. spectat corona
adulescentium et fit miserabile theatrum. inter saltantium
ruinas et spectantium lapsus caelum inpuro contaminatur
aspectu, terra turpi saltatione polluitur, quae perobscaenis
67 saltatibus uerberatur. quomodo patienter loquar, pie prae- F
teream, conuenienter defleam? uinum nobis tantarum anima-
rum damna intulit. etenim si uinum et mulieres discedere a
deo faciunt, quod uel ebrietas uel libido praeuaricationis
inlecebrae sint, si singula ac separata <faciunt, unita> quid 556 A
faciant? unde non inmerito ait sapiens ante nos quidam:
68 mulier ebriosa ira magna. quid autem mirum, si uino
decipiuntur animae feminarum, cum omnes illae tribus
patrum, cum de petra biberent aquam, manna manducarent,
gentes ualidissimas uincerent, et non erat in his ullus
infirmus? ubi uero carnes desiderare coeperunt et desideriis
in Aegyptum conuertebantur, nequaquam ex tot milibus
hominum in terram repromissionis praeter duos peruenire B
meruerunt. itaque quid boni sit sobrietas, quid mali intem-
perantia hinc colligere datur: quando immurmurabant requi-
rentes Aegypti delicias a serpentibus moriebantur, quando
per maris rubri transibant semitam, aquam bibebant. non

8 Sir. 19, 2 12 Sir. 26, 8 (11) 13 Bas. 180 B (8 D) 14 Exod. 16, 13 sqq. 16 Exod. 16, 3 18 Num. 26, 65 21 Num. 21, 6

1 libidines (e *ex* i *m2*) *P* libines *G* 2 dedecoroso (o *pr. ex* u) *P* 3 adulescentium *G* aduliscentium *P m1* adolescentium *P m2 cet.* 4 ruinas et spectantium *om. G* contaminato *G* 5 aspectum (m *eras.*) *P* perobscęnis *P* pro obscenis *D* (pro *ex* per) *P'* obscenis *GH'* 6 saltatibus *DP'* saltantibus *P* saltationibus *H'* cantibus *G* 10 faciunt unita (*uel* coniuncta) *addidi* quid faciant (facient *H'*) *libri*; <haec faciunt>, quid faciunt <unita>? α 11 non *in mg. m2 G* 12 uiros decipiunt *DP'* 13 illas *DP'* 14 biberent *m2 PG* biberint *P m1 H'D et* (-ent *corr.*) *P'* bibunt *m1 G* 15 his] illis *DP'* 17 aegiptum *PH'* 20 collegere *P* 21 aegipti *P* aegiptii *H'* delicias (e *ex* i) *P* moriebantur *G* monebantur *P* mordebantur *cet.* 22 transiebant *G*

igitur ueremur exemplum, non fugimus delicias, ne nos futurorum bonorum adeptione defrudent?

19, 69 Et quid aliorum utar sententiis? ipsi bene pasti ac luxuriosi quid sibi sperent audiamus. inducit enim eos Esaias propheta dicentes: manducemus et bibamus; cras enim moriemur, meritoque exclamat: ululate naues Cartaginis, quia perierunt et amplius non erunt. quod est dictum de uisione Tyri, quam luxuriosam urbem cognouimus. ideoque nona uisio est, non septima aut octaua, quod ea neque legem custodiat neque euangelii gratiam, cum et sabbato legitimo ignes libidinis adolere sit uetitum, et euangelii serie octauus dies resurrectionis inluceat. idem autem dies primus atque octauus, quia dominica dies in se recurrit. luxuria ergo nec fidem habet nec obseruantiam disciplinae, luxuria seminarium et origo uitiorum est. nec arbitremini me aduersus apostolum dixisse, quia ille ait auaritiam radicem esse uitiorum omnium, quoniam luxuria ipsius est mater auaritiae. etenim cum exhauserit quis luxuriando proprias facultates, quaerit postea auara conpendia.

70 audistis quid hodie lectum sit. mercatores inquit Phoenicum transmeantes mare; in aqua multa semen

5 Esai. 22, 13 6 Esai. 23, 1 11 Exod. 35, 3 (?) 12 Matth. 28, 1 16 I Tim. 6, 10 20 Esai. 23, 2 sq.

1 uereamur *α* fugiamus (a *del.*) *P* delicias (e *ex* i) *P* 2 defraudent *P* (ra *s. u. m2*) *cet.* 4 de (*del. m1*) eos eseaas (i *s.* a *pr.*) *P* 5 dicentē *G* dicens *H'DP'* 6 naues (e *ex* i *m2*) *P* 7 cartaginis *H* chartanis (h *s. u. m2*) *P* carthaginis *GD* karthaginis *P'* quia *scrips* qui *P m1 G* quae *P m2 cet.* pęrierunt *P* parierunt *G* 8 deuision (e *alt. ex* i *m2*) *P* diuisione *G* tiri (y *s.* i *pr. m2*) *P* orbem (v *s.* o) *P* cognouimus urbem *DP'* 11 ignis *GH* libidines (e *ex* i *m2*) *P* sit *m2* (se *m1*) *P* uestitum *H* 14 finem *G* habet (*m2 ex* hauit) *P* 16 a**rtrimini (ui *m1 s. ras., corr.* bi *m2*, i *pr. in* e *mutauit* *m2*) *P* 20 audisti *G et* (auditis *m2*) *H* hodie quid *GH* phoenicum *H* (o *del. m2*) fenicum *cet.* 21 transsmeantes (s *pr. del.*) *P* transmeantes (es *m2 ex* ē) *H* semen *ed. Rom.* seminį *P* semina *GHH'*; semen ... uicinae *om. D spatio 4 litt. et totius uersus relicto, item om. P' spatio trium uersuum et dimidii relicto*

mercatorum sicut messis, quae defertur. uicinae istae sunt ciuitates, Tyrus Phoenicae, Sidon, uicinae ut locis ita et uitiis, mercatores a negotiationibus periculosa transfretatione maris lucella quaerentes. sollicita uita hominum, 557 A inquieta conuersatio et quodam semper in turbine, uentis ipsis mobilior, quibus uoluitur atque huc et illuc saepe iactatur. utique accusatis crebra naufragia: quis uos nauigare conpellit? quasi non inuidia opum et terras faciatis intutas et ad latrocinium plurimos excitetis? mare non ad nauigandum deus fecit, sed propter elementi pulchritudinem. latius pelagi fudit aequora certe, ut freto includeret terras, ne longius tu uagus et exul errares. sed tempestate iactatur B mare: timere ergo, non usurpare debetis. elementum innocens nil deliquit, temeritas humana sibi est ipsa discrimini. denique qui non nauigat nescit timere naufragium. dominus dixit: dominamini piscium maris, non dixit: enauigate in fluctibus. denique et propheta Iona, qui missus est in Nineuem, ut paenitentiam praedicaret, quia uoluit nauigare, ut fugeret a facie dei, tempestate turbatus et sorte ductus et iactatus in mare et exceptus a ceto est. C

16 Gen. 1, 28   17 Ion. 1 sq.

1 meɳsis (s *s.* ɳ) *P*   2 foenicęn (n *alt. del.*) *P* foenice *H* fenice *GP'* fenicę *D* fenix et *H'*; *fort.* Phoenicae Tyrus, Sidon   3 mercatoris (mercatoriis *H*) ac negotiationibus *GH* mercatoribus ac negotiatoribus *H'*   periculosaque *H'*   transfretatione *H'DP'* transfretatio *PG* transfetant (n *alt. s. u. m2*) *H*   4 mari *P*   locella *GH*   5 in *om.* *DP'*   uentus *D*   6 atque huc et illuc *PH'DP'* huc atque illuc *GH*   7 crebra (b *ex* p) naufragia (g *ex* c) *P*   8 recompellit (*om.* quis uos nauigare) *H* (*m2* mare compellitis)   opium *G et* (i *del. m1*) *H*   9 plurimos *om.* *H*   10 pulcrhitudinem *P*   11 includeret (et *ex* it *m2*) *P*   13 debetis (e *alt. ex* i *m2*) *P*   elimentum *P*   14 nil *P* nihil *cet.*   delinquit *P*   ipsï *G*   16 sed non dixit (*in ras.*) *P'*   enauigate *PH'* nauigate *cet.*   17 fluctibus maris *P'*   Iona *scripsi* ionan *P* ionas *cet.*; *uix credibile Ambrosium* ⟨respice⟩ prophetam Ionan, qui missus in *uel simile quid scripsisse*   est *om.* *PH'*   18 nineuem *P* nineuen *H* niniuen *GH'* niniuem *DP'*   praedicaret (t *postea add.*) *P*   19 dn̄i *P'*   turbatus *H'* turbatur *cet.*   20 cęto *H'* coeto *H* (o *del. m2*) *PG*   exceptus est a cęto (ceto *P'*) (*om.* et) *DP'*

71 Propheta quoque Dauid ait, cum dei circa hominem commemoraret gratiam: omnia subiecisti sub pedibus eius, oues et boues uniuersas, insuper et pecora campi, uolucres caeli et pisces maris, qui perambulant semitas maris. piscibus dedit, non hominibus perambulare maris semitam. ad escam tibi mare datum est, non ad periculum: cibo, non ad mercatum utere. cur tibi periculum generas de uoluptate? cur separatioris elementi profunda rimaris? cur inquietas mundi altiora secreta? cur postremo saepius sulcare atque exarare fluctus inpatiens nauta contendis? cur temptas frequenter innoxia aequora, inritas procellas? o inexplebilis auaritia mercatorum! cedit tibi et mare et inquietudinem tuam pelagus non potest sustinere. denique totiens recurrentibus mercatoribus exaratum: erubesce, Sidon, dixit mare. tamquam fatigati elementi uox ista dicentis est: erubesce, Sidon, hoc est 'meos fluctus negotiator arguis, cum sis ipse fluctibus inquietior. erubesce uel pudore, quoniam periculo non moueris. uerecundiores uenti sunt quam uestrae cupiditates. illi habent otia sua, numquam uestra quaerendi studia feriantur. et cum otiosa tempestas est, numquam uestra otiosa nauigia sunt. uersatur

2 Psalm. VIII 7—9 14 Esai. 23, 4

1 profeta *P* Dauid *om.* *G* cōmemoret *H* 2 subiecit *GH* 3 uniuersa *PGH* (πάσας *aut* ἁπάσας *AS² LXX*) 4 uolocres (v *s.* o *alt.*) *P* 6 perambolare *P* semitas *DP'*, *recte puto*; semitas maris *GH* mare datum *GH* mandatum *cet.* 7 cibo (o *ex* u) *H* ad mercatum *PDP'* mercatu *G* mercato *HH'* uterere *P* 8 separatioribus (*m2* -oris) *H* separationibus *G* elementis *P* (e *alt.* *ex* i *m2*) *GH* 9 iniquitas *G et* (*corr.* *m2*) *H* 11 tempestas *GHH'* in nra *H* 12 inexplebilis (e *alt.* *in ras.* *m2*, b *ex* u) *P* inexplibilis *H* cede tu ubi et *GH* 13 pelagus inquietudinem tuam *GH* inquietudinem (t *ex* d) *P* non potest sustinere *GH' et* (sti *ex* bti *m2*) *H* non potes *P* ferre non potest *DP'* 14 denique totiens *om.* *PDP'* erubesce (e *alt.* *ex* i *m2*) *P* 16 dicentis (is *ex* es) *P* 16 *et* 17 erubisce *P* 16 fluctus meos *DP'* meus *G* fructus *P* fluctos *H'* 17 fructibus *P* et erubesce uelut *GH* 18 uerecondiores *P* 19 odia *P* otio (*corr.* *m2*) *H* 20 odiosa *PH'* 21 uersantur (n *s. u.* *m2*) *P*

unda sub remige, quando quiescit a flamine. non parturiui
inquit nec peperi nec enutriui iuuenes. quid me inquie-
tant quos nescio, quos non agnosco?' ite in Cartaginem, F
ululate qui inhabitatis insulas! supra dixit: ululate,
naues Cartaginis! Cartaginem etenim Tyrii condiderunt
et ideo Cartaginenses sequuntur luxuriam conditorum transfusa
in se decolora successione nequitiae, pessimorum uitiorum
heredes deteriores. et bene luxuriosos naues dixit. sicut illae
uento ita hi cibo iactantur et uino. insulas repleta potu in- 558 A
habitant corpora, naufragiis circumsonant, tunduntur fluctibus
ebrietatis, nec per diem nec noctu quiescunt. horum igitur
mercatorum semen in aqua, <in aqua> messis fructus est. in
aqua enim labores suos seminant, ut pericula metant, in aqua
illis seges pullulat, in aqua messis exuberat, fructus ipse in
aqua est, numquam tutus et solidus. unde recte ait: 'qui

1 Esai. 23, 4 3 Esai. 23, 6 4 Esai. 23, 1 11 Esai. 23, 3

1 undę *P* rimige *P* quanquando (quan *pr. eras.*) *P* quę quando *D* quae quandoque *P''* flumine *G* fulmine (flamine *m2*) *H* 2 neque pauperi *H* ųęşperi (pe *s.* ųęş *m2*) *P* iuuenes (es *ex* is *m2*) *P* 3 chartaginem *PH* carthaginem *cet.* 5 naues (es *ex* is *m2*) *P* cartaginis *H'* chartaginis *P* kartaginis *P'* carthaginis *GD*, *om.* *H* chartaginem (h *s. u. m2*) *P* *et* (*in quo* a *alt. ex* h) *H* karthaginem *P'* carthaginem *GH'D* 6 cartaginenses *H'* chartaginenses *P* (es *ex* is *m2*) *H* carthaginenses *P''* carthaginienses *GD* sequuntur *P'* sequntur *D* secuntur *GH* sequantur *PH'* luxoriam *P* luxorię *D* (ł ā *s.* ę, *sed eras.*) *P'* conditorem *DP'* 7 decolora *a* decolorat *PH'* decolore *GH*, *om.* *D* (*in quo est spatium 15 litt.*) *P''* nequitias *H'* 8 heredis deterioris *D* (*in quo ante* heredis *spatium 5 litt.*) *P'* pene *G* luxuriosos *G* luxuriosis *P* luxuriosas *cet.* enim illae *GH*, *fort. recte* 9 hi *PH'* hii *DP''* hic *GH* iactatur *H* insulas *PH* in insulas *DP'* insuleq; *G* insulae quąę *H* repletas *H'* replete *G* repletae *H* inhabitant (b *ex* u) *P* nauitant *H'D* nauigant *P''* 10 tenduntur *PDP'* 11 ebrietates *H'DP'* noctu] per noctem *GHH'* 12 semen in aqua *GH'* sem̄ in qua *H* sem in aqua *P m1* semina qua *P m2* semina quorum *DP'* in aqua *addidi* mercis *G* fructus *P* fluctus *H'DP''* in fluctibus *GH* 13 labores (e *ex* i *m2*) *P* pericula (a *ex* o *m2*) *G* 14 illis *om.* *H'* pullulat *P* pululant *G* messes *P* istis *GH* exuberat (b *m2 ex* p) *H* 15 recte quidam *P'* rectę *et spatium 8 litt.* *D*

seminabat in terra non introiuit in negotiationem, immo qui
seminabat in caelo. sed est et bona terra, in qua quicumque
seminauerit fructus ei caelestes orientur.'
20, 73 Ululate inquit — iterum ait — naues Cartaginis, quo-
niam perit munitio uestra. et erit in illa die, relin-
quetur Tyrus et infra: eritque post annos LXX Tyrus
uti canticum meretricis. uide quibus uerbis utatur pro-
pheta nec refugiat uerborum istiusmodi uilitatem. nos interdum
refugimus, non quo nobis quam illis lingua sit castior, sed
auctoritas inferior. maior enim uis rerum in talium expressione
sermonum est, ut qui delicta non erubescunt erubescant uel
nomina delictorum. erit inquit Tyrus ut canticum mere-
tricis. uidete ne cum aliquis illos choros uiderit duci, turpia
uerba cantari, dicat: ecce facta est Tyrus ut canticum mere-
74 tricis. oraculum propheticae adnuntiationis impletum. et
subiecit: accipe citharam, uagare, ciuitas meretrix
oblita, bene cithariza multa canta, ut fiat memoria
tui. et erit post LXX annos Tyrus ut canticum mere-
tricis et uisitationem faciet deus Tyri. unde possu-

2 Matth. 13, 23 4 Esai. 23, 14 sq. 6 Esai. 23, 15 16 Esai. 23, 16

1 terrā *PGH* introiui *P* 2 est et *H* et est et *G* est *cet.* 3 fructus (r *m2 ex* l) *G* ei] et *H* caelestis *P* (-es *m2*) *GH* orientur *P* oriatur *GH* oriantur *cet.* 4 ait *PH'* aut *G*, *om. cet.* naues (e *ex* i) *P* chartaginis *P et* (is *m2 ex* es) *H* karthaginis *P'* carthaginis *cet.* 5 periit *H'DP'* die illa *H* relinquetur (e *alt. m2 ex* i) *P* 6 tirus (*bis*) *P* eritqui *P* annos LXX *PH'* annos septuaginta *GH* septuaginta annos *DP'* 7 uti *P* ut *cet.* uidete (te *ex* tis *m2*) *G* profeta *P* 8 nec (c *s. u. m2*) *G* rerefugiat (re *pr. eras.*) *P* 9 quod *H'* nobis magis quam *DP'* sed auct. inferior *om. H* 10 expressionem *G* 11 erubescunt *P* (*m2 ex* eruuiscunt), *om. H'* erubescant *P* (b *ex* u *m2*), *s. u. m2 H* 12 delictorum horreant *H'* 12 *sqq.* tirus *P* 13 duci *H'DP'* ducti *P* (u *in* o *corrigere uoluit m2, sed* o *deleuit*) dici *GH* 15 profiticae *P* impletum *P* impletum est *cet.* 16 uagare *Costerius* et uacare *G* uacare *cet.* 17 cytharizare *G* citharizare *H* fiant (n *del. m2*) *H* 18 eris postç *P* LXX *PH'* septuaginta *cet.* ut *H'* et *P*, *om. cet.* canticū̄s *P* 19 ETJ (J *del.*) *P* dn̄s *DP'*

mus et in bono canticum Raab illius meretricis accipere, quae exploratores Iesu fideli mente suscepit. nam et dominus ait: cantauimus uobis, et non saltastis et Dauid ait: cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra, hoc est canticum meretricis, quod illa ante meretrix in Adam et Eua terra cantauit, meretrix in populo nationum. haec meretrix plurimas meretrices bonas fecit, de quibus dictum est a domino Iesu ad illum electum et seniorem F populum dei: publicani et meretrices praecedunt uos in regnum dei.

5 Ergo quoniam tam misericordem habemus dominum, qui etiam graui ignoscat errori, conuertamur a uitiis, non recedamus a lege, praeceptum domini quasi seruuli sedulis studiis exequamur. quid nobis cum inpuritatibus et inpudicitiis, quid cum operibus diaboli? audistis hodie in lectione decursa quid 559 A legio dixerit: quid mihi et tibi est, Iesu, fili dei? et tu dic, si forte uides pugnare aduersum te diaboli temptamenta: 'quid mihi et tibi est, Belial? ego seruus Christi sum, illius redemptus sanguine, illi me totum mancipaui. quid mihi et tibi est? non noui opera tua, nihil tuum quaero, nihil tuum possideo, nihil tuum desidero.' quanto magis nos separari oportet a diabolo, si se ille discernit a Christo? et si fuimus ei in aliquo obnoxii, iam non sumus. confugimus B ad medicum. uulnera superiora curauit, et si quid superest

1 Ios. 2, 1 3 Luc. 7, 32 4 Psalm. LXXXXV 2 9 Matth. 21, 31 16 Luc. 8, 28 18 II Cor. 6, 15

1 bonum *G* canticom (v *s.* o *m2*) *P* cantico *G* 2 suscepit (e *ex* i *m2*) *P* 5 meritricis *P* 6 terra *s. u. m4 P* 8 ṣelectum *H* 9 populo *P* meretrices (es *ex* is *m2*) *P* praecedunt (e *alt. ex* i *m2*) *P* precedent *G* 10 regno *H'* 12 recedamus (e *alt. ex* i *m2*) *P* 13 serui *G* sedulis (s *alt. m2 s. u.*) *H* 15 lectione *om. DP'* 16 legio *GH* lectio *cet.* est *om. H'* dei] dauid *G* 17 dicis *H* (is *exp. m2*) *G* 18 beliab (l *s.* b) *P* 19 redemptus (e *alt. ex* i *m2*) *P* illi *ex* ille *P* 20 non *om. H'DP'* tuum quaero nihil *om. H* 21 oportet nos separare *GH* 23 simus *H'DP'* confugiamus *GHH'* 24 medicum qui *GHH'*

acerbitatis, medella non deerit. etsi quid iniuriae fecimus, memor non erit qui semel donauit. etsi grauia deliquimus, magnum medicum inuenimus, magnam medicinam gratiae eius accepimus; magna medicina enim tollit peccata magna.

76 habemus etiam plura subdita, quibus peccata nostra redimamus. pecuniam habes. redime peccatum tuum. non uenalis est dominus, sed tu ipse uenalis es. peccatis tuis uenditus es: redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. uilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. elimosyna namque a peccato liberat et alibi: redemptio uiri diuitiae eius et in euangelio: facite uobis amicos de mammona iniquitatis. et uenenum frequenter antidoto temperatur, hoc est ueneno uenenum excluditur, ueneno mors repellitur, uita seruatur. fac et tu quasi bonus dispensator de instrumento auaritiae subsidium misericordiae, sinceritatis gratiam de corruptionis inlecebra.

21, 77 Audistis quid hodie lectum sit: ecce uenit dominus disperdere orbem terrarum. quasi manu sanctus propheta demonstret, quasi oculis aduenientem uideat iudicii diem, ita dicit: ecce uenit dominus disperdere orbem terrarum. immo quia in spiritu prophetis etiam quae futura sunt tamquam praesentia reuelantur, ideo quae uidebat

9 Tob. 12, 9 10 Prouerb. 13, 8 11 Luc. 16, 9 17 Esai. 13, 5

1 aceruitatis *PGH* medella *P et* (l *pr. del. m2*) *H* medela *cet.* 4 accipimus *G* magna medicina enim *scripsi* magna enim medicina *DP'* medicina enim *PGH'* medicina *H* 5 etiam] enim *H'DP'* subsidia *GH*; subdita *idem est quod* ἐνέχυρα 6 pecuniā (ā *ex* a *m2*) *H* 7 ipse *om. DP'* uenundatus *GH* 8 operibus tuis redime te *om. H* *fort.* opibus *scribendum* 9 elemosina namque *H'DP'* elimosinamque *P* elimosina (elemosina *H*) inquit *GH* 10 de a *P* alibi dicit *GH* redemptio (e *alt. ex* i *m2*) *P* redemptio anime *P'* 11 euangelio dns dicit *GH* 12 ueneno *P* (o *ex* um) *H* (ū *s.* o) *cet.* antidoto *H* antidotum *cet.* 13 ueneno uenum *P* uenenum ueneno *P'* reppellitur *GH* 14 strumento *PH* 15 sinceritatis *m2 ex* senciritatis *P* 16 correptionis *H* 17 audisti *GH* lectum sit hodie *GH* 18 manus *PDP'* sancti *DP'* profeta *P* 19 demonstraret *GH* demonstrat *DP'* 20 dicens *DP'* perdere *H* 22 ideoque uidebant *GH*

nobis quoque demonstrare cupiebat, ut nos ad conuersionem F
ab errore reuocaret. nec tamen quisquam frangi debet, cum
audit quia disperdet dominus orbem terrarum, ne forte dicat:
'esto, nos grauia peccata commisimus: quid deliquit caelum,
quid terra, quid mare, ut et illa disperdat? cur perit tam
pulcher ornatus?' angusti est animi eiusmodi opinio. ceterum
si altius spectes, inuenies hoc esse pro nobis quod putas
esse contra nos, iudicabis hoc esse pro mundo quod aduersus
mundum arbitraris. non semper stadium refertum est specta- 560 A
toribus, non semper certaminibus inquietum, non semper con-
cretum puluere, sed quando certamina, tunc populus in spec-
taculo, luctator in scammate, puluis in stadio. ubi decursa
certamina, conuentus soluitur, discedit unusquisque aut uictor
ad gratiam aut uictus ad opprobrium. euehit corona uictorem,
uictum premit uerecundia, angit iniuria. si quis ergo postea
ingrediatur stadium, uideat uacuum celebritatis, dicat agoni-
thetae cur uacet stadium, cur sileant certamina, cur sollem- B
nitas ferietur, respondebit qui agoni praeest: 'oportet requiescere
athletas, oportet requiescere spectatores.' qui enim laboris

14 Hor. C. I 1, 6

1 cupiebant *H* conuersationem *PG* 2 uocaret *P* reuocarent (n *s. u.*) *H* quisque *H'* 3 disperdit *H* 4 caelum *et* quid mare *om. G* 5 post *pr.* quid *add.* deliquit *H* et *om. H* 6 angusti *PH'* angustia *DP'* si angustia *GH* animis *P* eiusmodi *PH'* istiusmodi *GH* huiusmodi *cet.* 7 expectes *GHDP'* 8 iudicabis *ex* iudicabilis *H* aduersum *GH* 9 repertum *GH* est (t *s. u. m2*) *P* 10 inquietior *H* 11 certaminū (*om.* tunc ... certamina) *H* 12 luctator *H'* luctatur *cet.* scamate *G* scaumate *DP'* decursa sunt *H'* 14 opproprium *P m1* obprobrium *P m2 GH'DP'* coronam (m *eras.*) *PD* 15 ꝑmet *H'* uerecondia (v *s.* o) *P* anget *G* potea *P* 16 uideat *GHH'* iudicat *cet.* dicat *GH* ad *P* dicat ad *H'*, *in D est spatium 14, in P' 19 litt.* agonithetae *GDP'* agonethetae *P* agonitae *H* agonithetam *H'* 17 cur uacet *H'* cur uacat *GH* curuę et *P* cur uetet *DP'* sileant (*m2* silent) *H* sollemnias *H* solemnia *G* 18 ferientur (n *s. u. m2*) *H* quia (a *del. m2*) cognitioni presto ē oportere quiescere athletas oportere quiescere *H* 19 athletas op. requiescere *om. G* spectatores (s *pr. s. u.*) *P* quid *DP'*

est fructus nisi requies post laborem? similiter et orbis terrarum aliquando soluendus est, ut sit requies fatigatis.

79 Athletae sumus, in quodam stadio decernimus spiritali. denique bonus athleta dicebat: facti sumus spectaculum huius mundi et alibi: sic curro non ut in incertum, sic enitor, non ut aera caedens, sed castigo corpus meum et alibi: superiora obliuiscens et ea quae sunt priora adpetens ad destinatum sequor, ad brabium. athletae ergo sumus, legitime certandum est. multa luctamina sunt, et qui hodie uictus est cras se reparat. ante ad brabium contenditur, ad coronam postea. numquid athleta otio uacat, cum semel dederit certamini nomen suum? exercetur cottidie, unguitur cottidie. ipse cibus ei agonisticus datur, disciplina exigitur, castimonia custoditur. et tu dedisti nomen tuum ad agonem Christi, subscripsisti ad conpetitionem coronae: meditare, exercere, ungere oleo laetitiae, unguento exinanito. cibus tuus cibus sobrietatis sit, nihil habeat intemperantiae, nihil luxuriae, potus tuus parcior, ne quid ebrietatis obrepat, custodi corporis castimoniam, ut possis esse habilis ad coronam, ne existimatio tua offendat spectatoris affectum,

3 Bas. 440 A (120 B), cf. I Cor. 9, 24 4 I Cor. 4, 9 5 I Cor. 9, 26 et 27 7 Philipp. 3, 14 9 II Tim. 2, 5 16 I Cor. 9, 25 17 Cant. 1, 3

1 et *om.* *H'* 2 aliquando (aliqua *in ras.*) *P* 3 decernimur *G* decertemus *H'* decertamus *DP'* 4 bonos (v *s.* o *alt.*) *P* 5 ut *s.* *m4* *P* ut in certum *G* 6 enitor percutio *P* enitor *G* enitor percuti *H* percutio *H'* cernitur percussio *DP'*, *cf. Expos. in psalm. XXXVI* 56 *de paradiso 12, 55* aera *m2 ex* ęra *P* aere *G* 7 ea *om.* *GP* 8 sunt**p*riora *G* ad *pr. del. m2 H*; ad *alt. om.* *DP'* 9 *et* 11 brabium *P* brauium *cet.* 9 adthletae *P* 10 luctamina sunt *H'* lucta manu sunt *P* certamina sunt *GH* lucta in manu est *DP'* parat *G* reparet *DP'* 11 ad *pr. om.* *G* postea ... suum *om.* *H* postea ad coronam *DP'* 12 semet *DP'* 13 mens exercetur *H* ungitur *DP'* agoştnisticus *P* 14 exigitur (i *pr. ex* e) *P* costoditur *P* 16 unguere *GHH'* ungvento (v *s.* u.) *P* ungento *DP'* 17 exhinanito *P* 18 luxuriae] auaritiae *H* ne quid] nihil *H* 19 costodi *P* custodit *G* 20 ne] nec *G* spectatoris (i *ex* e) *P*

ne te fautores tui neclegentem uideant et deserant. spectant
te archangeli et potestates et dominationes et illa angelorum E
decem milia decem milium. sub tantis erubescere considera
quam dedecorosum sit, ingressus stadium uigorem animae
tuae excita, lacertos excute. progressus in scamma necesse
est excipias puluerem, subeas aestiui solis flagrantiam. grauis
aestus, sed dulcis uictoria: molesta caligo pulueris, sed spe-
ciosa tolerantia. nemo stadium puluerulentus ingreditur, sed
puluerulentum reddunt certamina: ibi colligitur puluis, ubi F
palma proponitur. nemo iterum nitidus coronatur, puluerulen-
tum decet uictoria. ueni ergo, domine Iesu, exeat corona tua,
dimitte uictores in requiem, uictos ad conpunctionem. etsi
disperdis orbem terrarum, plura sunt inuisibilia opera tua
quam quae uidimus. qui angustioris est animi illa non cer-
nit, dolet quod disperdas orbem terrarum, sed qui nouit
spectare quae inuisibilia sunt gaudet ut uenias et omnes
liberes. gaudent athletae, qui possunt dicere: u e n i a t r e g- 561 A
n u m t u u m, f i a t u o l u n t a s t u a s i c u t i n c a e l o e t i n
t e r r a. gaudebit creatura mundi, ut a uanitate mundi istius
liberetur, quae nunc congemiscit et parturit, quia uanitati
etiam illa creatura subiecta est, donec multiplicetur adoptio

2 Coloss. 1, 16 9 Hor. C. I 1, 4 17 Matth. 6, 19 20 Rom. 8, 20—23

1 ne] nec *G* neclegentem *P* neglegentem *cet.* spectant *P* expectant *H'DP'* spectantem (*om.* te) *GH* 2 potestates et dominationes (es *bis ex* is *m2*) *P* 3 decem *alt.*] et decem *G*, *om.* *DP'* substantis (s *alt.* *eras.*) *P*, *om.* *D* (*spatio 7 litt. relicto*) *P'* erubescere (e *alt.* *ex* i) *P* erubesce *DP'* 4 decorosum sis *DP'* rigorem *DP'* 5 scamma *P* scama *G* scauma *DP'* escamina (*m2* escamma) *H* scammate *H'* 7 uictoria (a *ex* ā) *P* 8 tollerantiā *G* 9 reducunt *H* ubi *GH* collegitur *P* ibi *GH* 10 nemo iterum *om.* *H*, nemo igitur *H'*, *recte puto* 11 certa (*s.* corona) *H'* 12 admittė *GH* requie *PDP'* 13 plura] plena *PP'* plena** *D* in (*eras.*) inuisibilia (b *ex* u) *P* 14 quam quae] quęque *D* queque *P'* 17 liberes (e *alt.* *ex* i *m2*) *P* liberi *H'DP* 18 uolontas *P* 19 creatura] omnis creatura *DP'* 20 liberaretur (ra *del.* *m1*) *P* quaec (c *del.*) *P* congemescit *P* (e *alt.* *ex* i *m2*) *G*

filiorum et totius corporis redemptio conpleatur. in bono ergo disperdet orbem terrarum. erit etenim caelum nouum et nox non erit amplius. denique reuelabit, inquit, faciem eius, ut reuelata facie spectemus gloriam Christi.

22, 81 Aduertimus igitur in stadio constituti quantis aut delectationi aut dolori erimus, qui nunc fautores nobis sunt, ne pro nobis incipiant erubescere. sicut enim erit gaudium in caelo super uno peccatore paenitentiam agente, ita erit maestitia super eo qui non exorata uenia cursum uitae huius confecerit. castigemus ergo corpus nostrum ieiuniis, fugiamus indecoras comisationes. caueamus ne nobis dicatur: ululate a uino, ne ueniat Moyses, Leuitas aduocet. quicumque paratus ad dominum armatam dexteram gerat separet se ab iis qui manducando et bibendo grauia contraxere peccata. et hodie Moyses uenit, cum lex recensetur: et

82 Moyses uocat, cum lex praecipit. apostolus docet ut separemus nos ab omni fratre inquiete agente. percutiamus eum gladio spiritali, qui est uerbum dei. non fratris, non propinqui accipiamus personam, sed omnem inmundum a Christi secernamus altaribus, ut emundet se et corrigat lapsus suos, quo ad sacramenta Christi redire me-

2 Esai. 13, 5 2 Apoc. 21, 1; 22, 5 3 II Cor. 3, 16 et 18 7 Luc. 15, 10 12 Ioel 1, 5 Leuit. 10, 9 16 II Thess. 3, 6 18 Ephes. 6, 17 19 Matth. 12, 49 sq.

1 filiorum *om.* *H* redemptio (e *alt.* *ex* i *m2*) *P* 2 disperdet *G* disponit *H* disperdit *cet.* erit etenim *G* erit enim *HH'* etenim *cet.* 3 reuelauit *PG et* (-bit *corr.*) *H* 4 expectemus *H'DP'* 5 aduertamus *H'* quanti *DP'* delectatione *G* 7 erubescere (e *alt.* *ex* i *m2*) *P* 8 agente (te *m2* *ex* tē) *H* 9 exorta *G et* (*corr.* *m2*) *H* 10 castigamus *P* 11 comisationes *P m1* comessationes *P m2* *GH'* *et* (co *m2* *ex* cō) *H* cōmessationes *D* commessationes *P'* 12 ne] nonne *H* Leuitas] et leuitas *GH* aduocet] ad uos *H* 13 quicumque] et quicumque *GH* gerat (g *s. u.* *m2*) *H* 14 his *libri* 16 Moyses ... lex *om.* *H* praecepit (i *s.* e) *H* dicit *H'* et docet *H* 17 agente (nt *ex* r) *P* 18 qui] quod *H* 19 fratres *P* frīs *ex* frs *H'* accipiamus (a *alt.* *s.* *u.*) *H* 21 corrigat (i *ex* e) *P* quo quod (ad *s.* quod) *P* quo usque ad *D* (o *ex* a) *P'* sagramenta *P* Christi] dei *DP'*

reatur. si quis autem non est baptizatus, securior conuertatur E
remissionem accipiens peccatorum. . . . . . uelut ignis quidam
peccata consumit, quia Christus in igne et spiritu baptizat.
denique hunc typum legis in Regnorum libris, ubi Helias
super altare ligna inposuit et dixit ut mitterent supra de
hydriis aquam. et dixit: iterate, et iterauerunt. et
dixit: iterate tertio, et iterauerunt et tertio et, cum
manaret aqua, precatus est Helias, et ignis descendit e caelo.
tu es homo super altare, qui ablueris aqua, cuius exuritur 562 A
culpa ut uita renouetur: lignum enim et stipulam consumit
ignis. noli timere ignem per quem inluminaris. ideo tibi
dicitur: accedite ad eum et inluminamini. suscipite
iugum Christi. nolite timere quia iugum est: festinate, quia
leue est. non conterit colla, sed honestat. quid dubitatis, quid
procrastinatis? non alligat ceruicem uinculis, sed mentem
gratia copulat, non necessitate constringit, ... quid negas B
adhuc esse temporis? omne tempus oportunum ad indulgentiam. si aurum tibi offeram, non mihi dicis: cras ueniam,
sed iam exigis. nemo differt, nullus excusat: redemptio

2 Deut. 4, 24 3 Matth. 3, 11 4 Reg. III 18, 34 sq. et 38 Bas. 427 D 429 A (115 D) 12 Psalm. XXXIII 6 Bas. 425 B (114 B) 13 Matth. 11, 29 sq. Bas. 425 C (114 DE) 16 Bas. 429 A (115 D)

2 et remissionem accipiat *GH* lacunam *indicaui*; baptismus *add. H'*, siquidem baptismus *α* quidem *DP'* 3 igne (i *s.* e) *H* 4 uide denique *H'* 5 emitterent *H* supra *PH'* super *cet.* 6 hydrias (*om.* de) *H* aqua *P* iterate (te *ex* ta *m2*) *H*, *qui om.* et iterauerunt . . . iterate 7 et *pr. om. H* et *alt. PH'*, *om. cet.* 8 maneret *GD* descindit (e *ex* i *m2*) *P* e] de *DP'* 9 homo] ignis *DP'* 12 accedite (e *pr. ex* i *m2*) *P* suscipe *H* 13 noli *HH'* 14 quid *alt.* (qu *s. u.*) *P* 15 alligat (i *ex* e) *P* 16 copolat (v *s.* o *alt.*) *P* *lacunam indicaui, cf. Basil. 425 C* οὐ γὰρ δεσμεῖται ἡ ζεύγλη περὶ τὸν τράχηλον· αὐτεξούσιον ἐπιζητεῖ τὸν ὑφέλκοντα; sed uoluntate boni operis diligit (dirigit *α*) *add. GHα*, sed uoluptate (*corruptum ex* uoluntate) boni operis allicit *add. Michaelinus et Uallicellianus Maurinorum*, sed uoluntatem boni operis dirigit *scr. Maurini* 17 essem (m *del. m1*) *P*, esse *om. H'* 19 exiges *H'* *ante* nemo *add.* aurum accipere *H'* redemptio (e *alt. ex* i *m2*) *P*

animae promittitur, et nemo festinat. Iohannes in paenitentiam baptizabat, et omnis Iudaea conueniebat: Christus baptizat in spiritu, Christus gratiam dispensat, et cum fastidio conuenitur. typum baptismatis demonstrauit Helias et caelum aperuit, quod fuit clausum tribus annis et sex mensibus. quanto maiora munera ueritatis sunt! aperuit utique caelum non pluuia descendens, sed ascendens gratia; nemo enim nisi per aquam et spiritum ascendit in regnum caelorum.
85 clauserat caelum hominibus perfidia, sed aperuit fides. patebat et ante hoc caelum hominibus. denique Enoch raptus ad caelum est. iterum clausum est, sed aperuit Helias, qui raptus est curru. et uos potestis ascendere, si sacramenti gratiam consequamini. quousque delectationes, quousque comissationes? instat iudicii dies: dum differs gratiam, mors adpropinquat. quis dicat: 'non mihi nunc uacat, occupatus sum, non mihi demonstres lumen, nolo tam cito me redimas, non mihi adhuc opus est regnum caeleste?' nonne hoc dicit qui excusat a baptismate? et quanta gratia renouaris, o homo! <purgaris> et non exureris, sanaris et non doles, reformaris et non dissolueris, ictum mortis non excipis et resurgis. et adhuc dissimulas, adhuc expectas ut uiuas saeculo, postea te reseruas deo? ignoras quod Cain propterea displicuerit sacrifi-

1 Matth. 3, 11 4 Reg. III 17, 1 et 18, 44 sq. 7 Ioh. 3, 5 10 Gen. 5, 24 11 Reg. IIII 2, 11 22 Gen. 4, 3 sqq.

1 pęnitentiam *G* paenitentia *cet.* 2 babtizat *D* 3 fastidio (o *ex* orum *m2*) *H* conuenit *PDP'* 5 clausum *om. D* 6 maioris *H* sunt ueritatis *H'* itaque *GH* 7 descendens (e *pr. ex* i *m2*) *P* ascendens (e *pr. ex* i *m2*) *P* gratiam *P* 8 spum (m *s. u. m2*) *P* 10 ..raptus *H* est ad caelum *DP* 12 curro *G et* (*corr. m2*) *H*; curru igneo *a*, *fort.* curru aerio ascendere (e *pr. ex* i *m2*) *P* sacramenti (c *ex* g) *P* 13 quoadusque *pr. GH* commessationes *P* (e *pr. ex* i *m2*) *GH'P'* cōmessationes *HD* 18 quanta (u *ex* r) *P* reuocaris *G* purgaris *add.* α 19 exueris *H* sanaris (i *ex* e) *P*, *om. H* et *tert.*] sed *GH* 20 excipis (ex *ex* re) *H* resurge *G* resurgens *H* 21 *uerba* adhuc expectas *usque* oraculum (*cf. p. 465 u. 3*) *scripta sunt in H in 14 uersibus erasis* reserues *H* 22 an ignoras *GH*

cium, quoniam non primitiua optulit, sed primitiuis ipse perfunctus de sequentibus munus deo temptauit offerre, Abel autem primitiarum oblatione praelatus meruit insigne pietatis?

1 optulit *PH'* obtulit *cet.* perfunctus est *GH* 2 deo *om. H* 3 primitiarum suarum *GH* *malim* meruerit *post* pietatis *add.* laudari oraculum *GH*; *in Michaelino et Uallicelliano legitur* insigni pietatis oraculo, *quod receperunt Maurini* EXPL. TRACTATUS SCI AMBROSI CONFESSORIS ET EPI DE HELIA ET IEIUNIO *P* FINIT SCI AMBROSII LIB DE IEIUNIIS. LEGE FELICITER (*erasa est antiqua subscriptio minio picta*) *H* EXPLICIT TRACTATUS SCI AMBROSII (MEDIOLANENSIS *add. P'*) DE HELYA (ET IEIUNIO *add. D*) *DP*. *in GH' non est subscriptio*

DE NABVTHAE.

P = Parisiacus 1732 saec. VIII f. 90^{r} (incipit p. 484 u. 15)
R = Remensis 229 saec. VIIII f. 34^{r}
B = liber musei Britannici Add. Ms. 18332 saec. X. f. 127^{r}
V = liber bybliothecae Uaticanae antiquae 5760 saeculi X uel XI f. 184^{r}
A = Aurelianensis 148 (125) saeculi VIIII p. 1 (incipit p. 490 u. 13)
C = Coloniensis 32 saec. X f. 178^{u}
B' = Bodleianus Auct. T 2, 23, olim Meermannianus, saec. X uel XI f. 97^{r}
𝔄 = Augiensis CCXIII, nunc Caroliruhensis saec. X f. 164^{r}
𝔄' = Augiensis CLVI, nunc Caroliruhensis saec. XI f. 130^{u}
E = Einsidlensis 164 saec. XII p. 232
N' = 𝔄𝔄'*E*
P' = Parisiacus 11624 saec. XI f. 104^{u}
T = liber s. Theoderici apud Remos, nunc bybliothecae urbicae Remensis 352 saec. XII f. 123^{u}
D = Duacensis 227 saec. XII f. 51^{r}
L = Laudunensis 178 saec. XII f. 179^{u}
a = editio Amerbachiana

1 Nabuthae historia tempore uetus est, usu cottidiana. quis 565 A
enim diuitum non cottidie concupiscit aliena? quis opulentis- B
simorum non exturbare contendit agellulo suo pauperem atque
inopem auiti ruris eliminare finibus? quis contentus est suo?
cuius non inflammet diuitis animum uicina possessio? non
igitur unus Achab natus est, sed quod peius est cottidie Achab
nascitur et numquam moritur huic saeculo. si unus occidat,
adsurgunt plurimi, plures qui rapiant quam qui amittant. non C
unus Nabuthae pauper occisus est; cottidie Nabuthae ster-
nitur, cottidie pauper occiditur. hoc metu percitum humanum
genus cedit iam suis terris, migrat cum paruulis pauper onu-
stus pignore suo, uxor sequitur inlacrimans, tamquam ad
bustum prosequatur maritum. minus tamen deplorat illa, quae
deflet suorum funera, quia etsi amisit coniugis praesidium,
sepulchrum tenet, etsi filios non tenet, tamen exules non dolet,
2 non ingemit grauiora funeribus tenerae prolis ieiunia. quo- D
usque extenditis, diuites, insanas cupiditates? numquid soli
habitabitis super terram? cur eicitis consortem naturae

7 sqq. Bas. III 293 A *M.* (II 57 B *G.*) 10 Bas. 293 B (57 B) 17 Esai. 5, 8

INCIPIT DE (ET *om.* DE *B*) VINEA NABUTHE ISRAHELITAE *RB* INCIPIT DE NABUTHE (LIBER PRIMUS *add. P'*, ISRAHELITA *T*, IEZRAHELITAE *L*) *P'LT* INCIPIT (LIBER EIUSDEM *add. D*, TRACTATUS SCI AMBROSII *𝔄E*) DE NABUTHAE *𝔄CB'ED* INCIP. VIIII. DE NABUTE IEZRAHELITA *𝔄'* (*m. alt. eiusdem saec. add.* NABUTHĘ). *in V non est inscriptio* 5 inflammat 𝔄 (at *ex* et *m2*) *𝔄E* animam (u *s.* a *alt. m2*) *B* 7 huic saeculo moritur *𝔄'E* occidit *RBV* 8 exsurgunt *R et* (ad *m2 s.* ęx) *B* 13 prosequatur *L* (a *ex* i) prosequitur *𝔄E* 14 suorum] filiorum *RB* quae (*om.* etsi) *RB* 15 tenet *pr.*] patet *N'* 17 intenditis (ex *s.* in) *D* tenditis *CB'N'* 18 habitabitis *RBVP'* inhabitatis 𝔄 inhabitabitis *L* (bi *alt. s. u.*) *cet.; cf. Exam. V 10, 27 VI 8, 52*

et uindicatis uobis possessionem naturae? in commune omnibus, diuitibus atque pauperibus, terra fundata est: cur uobis ius proprium soli, diuites, adrogatis? nescit natura diuites, quae omnes pauperes generat. neque enim cum uestimentis nascimur, cum auro argentoque generamur. nudos fundit in lucem egentes cibo amictu poculo, nudos recipit terra quos edidit, nescit fines possessionum sepulchro includere. caespes angustus aeque et pauperi abundat et diuiti et terra, quae uiuentis non cepit affectum, totum iam diuitem capit. nescit ergo natura discernere quando nascimur, nescit quando deficimus. omnes similes creat, omnes similes gremio claudit sepulchri. quis discernat species mortuorum? redoperi terram et, si potes, diuitem deprehende. eruderato paulo post tumulum et, si cognoscis, egentem argue nisi forte hoc solo, quod
3 plura cum diuite pereunt. sericae uestes et auro intexta uelamina, quibus diuitis corpus ambitur, damna uiuentium, non subsidia defunctorum sunt. unguentum accipis, diues, et faetidus es; perdis alienam gratiam nec adquiris tuam. heredes relinquis, qui litigent. heredibus relinquis depositum magis C hereditarium quam commodum uoluntarium, qui id quod relictum est minuere ac uiolare formident. si frugi heredes sunt, custodiunt; si luxuriosi, exhauriunt. itaque aut bonos heredes

5 Iob 1, 21 Bas. 276 B (50 A)

1 uobis *P'DLT*, *om. cet.* 5 nascimur <nec> cum *a* argento (*om.* que) *RB* nudos (o *ex* u *m2*) *RB* fundit *BV* fudit *cet.* 6 populo (c *s.* p *m2*) *B* 7 finē *N'* ꞔonꞔcludere (in *s.* ꞔon) *D* caespes *RB* cespes *cet.* 9 totum *om. CB'N'* 10 natura, diuites, nescit *V* deficiamus 𝔄 (a *eras.*) *CB'𝔄'P'* 12 discernit *R et* (a *m2 s.* i *alt.*) *B* sedoperi *RL et* (r *m2 s.* s) *B* sedaperi *V* redaperi *P'* 13 dephende (de *ex* do) *C* deprehendere *B'* tumulo (ū *s.* o *m2*) *V* 14 cognosces *R et* (-is *corr. m2*) *B* solū 𝔄𝔄' 15 cum diuite plura 𝔄'*E* syricae *RB* 17 sint *R* fętidus 𝔄'*D* fetidus *cet.* 18 perdes *RV et* (i *m2 s.* e *alt.*) *B* 19 relinquis *pr.* (is *ex* es *m2*) *B* cum heredibus 𝔄'*E* 20 id (i *s. u.*) *B*, *om. N'*

perpetua condemnas sollicitudine aut malos dimittis, quo tua facta condemnent.

4 Sed quid arbitraris quod, dum uiuis, abundas omnibus? o D
diues, nescis quam pauper sis, quam inops tibi ipse uidearis, qui te diuitem dicis. quanto plus habueris, plus requiris et 567 A
quidquid adquisieris, tamen tibi adhuc indiges. inflammatur lucro auaritia, non restinguitur. quasi gradus quosdam cupiditas habet; quo plures ascenderit eo ad altiora festinat, unde sit grauis ruina lapsuro. tolerabilior tamen iste, cum minus haberet, census sui contemplatione mediocria requirebat; accessione patrimonii accessit cupiditatis augmentum. non uult esse degener uotis, pauper in desideriis. ita duo intolerabilia simul iungit, ut ambitiosam spem diuitis augeat et non deponat B
mendicitatis affectum. denique docet nos scriptura diuina quam misere egeat, mendicet abiecte. rex Achab in Istrahel erat et pauper Nabuthae. ille regni opibus adfluebat, iste angusti soli possidebat caespitem. nihil pauper de possessionibus diuitis concupiuit, rex sibi egere uisus est, quia uineam habebat pauper uicinus. quis igitur tibi pauper uidetur? qui contentus est suo an qui concupiscit alienum? alter certe pauper censu uidetur, alter pauper affectu est. affectus diues egere non C

4 sqq. Bas. 292 BC (56 CD)

1 malis *RB et* (o *s.* i) *V* diuites *N'* quod *CB'* quod tua facta condemnent 𝔄 (*del. m1; in mg.* tua facies morte) tua facies morte 𝔄'*E* tua condemnent facta *P'* 4 ipsi 𝔄*E* esse *P'* 7 cupiditatis *RBC* 8 ad *s. u. m2* 𝔄, *om. B* 9 iste communis *B* 10 census (c *ex* s) *DL* census (*in mg.* ł sensus) *T* sensus *N'* (quia sensus *E*) sui *om.* 𝔄'*E* contemplationem *RB* 14 mendacitatis *CB' et* (*corr. m1*) 𝔄 15 misere (e *alt. s. u. m2*) 𝔄 miser *cet.* israhel *B'* isrł *cet.* erat *s. u. V* (t *s. u. add. m2*) 16 fluebat *R* affluebat (af *s. u. m2*) *B* iste angusti soli possidebat cespitem (caespitem *B*) *RBP'DLT* et pauperis desiderauit cespitem *C* cespitem *B' et* (cespitem *exp.*; *in mg. m1* et tamen cespitem pauperis flagitabat) 𝔄 et tamen cespitem pauperis flagitabat 𝔄'*E* 17 possessione *V* 20 antiqui (ti *eras.*) *C* aut qui *V* 21 affectus (s *eras.*) 𝔄 ęffectus (a *s.* ę) *B* affectu *VL*

nouit, census abundans nequit auari pectus explere. ideoque
diues cupidus in inuidia possessionis et paupertatis que-
rella est.
6 Sed iam scripturae uerba consideremus. et factum est
inquit post haec uerba. erat uinea Nabuthae Israhe-
litae in Israhel iuxta domum Achab regis Samariae.
et locutus est Achab ad Nabuthae dicens: da mihi
uineam tuam, et erit mihi in hortum holerum, quo-
niam propinquat domui meae, et dabo tibi pro ea D
aliam uineam. si uero placuerit tibi, dabo tibi pecu-
niam pro ista uinea, et erit mihi in hortum holerum.
et dixit Nabuthae ad Achab: non fiat hoc a deo, ut
dem tibi hereditatem patrum meorum. et turbatus
est spiritus eius et dormiuit in lecto suo et uelauit
7 faciem suam et non manducauit panem. exposuerat
supra scriptura diuina quia Helisaeus, cum esset pauper, re-
liquit boues suos et cucurrit ad Heliam et occidit eos et
erogauit populo et adhaesit prophetae. ad condemnationem
igitur praemissa sunt diuitis, qui in isto rege describitur, eo E
quod habens beneficia dei, sicut iste Achab, cui dominus et p
regnum donauit et pluuiam Heliae uatis oratione concessit,
8 diuina mandata uiolauerit. audiamus ergo quid dicat. da mihi
inquit. quae altera uox egentis est, quae uox alia stipem
publicam postulantis nisi 'da mihi'? hoc est 'da mihi, quia

4 Reg. III 20 (21), 1—4 Bas. 293 B (57 BC) 15 Reg. III 19, 20 sq. 20 Reg. III 20 (21), 29 21 Reg. III 18, 45

1 censuș *V* nequieuit *R* (e *alt. eras.*) *B* explere (i *s.* e *tert.*) *V et* (i *eras.*) *D et* (re *m2 ex* ri) 𝔄 expleri *C* replere *P*'𝔄'*E* ideo (*om.* que) *C* 2 in *om. R* inuidia (in *s. u. m2*) *B* 5 iezrahelitę *L* hiezrahelitae *B'* iehrahelitae *E* gez (*s.* israhelitae) *C* isrłitae 𝔄𝔄' 6 iezrahel *L et* (*s. ras.*) *V* iehrahel *E* isrł 𝔄*C*𝔄'*P'DT* 7 et . . . dicens *om. P'* loquutus *V* ad *om. V* mihi inquit *P'* 9 appropinquat *V* meae et rel. (*om.* et dabo . . . panem) *V* 11 uinea ista 𝔄' 12 dn̄o *C* 13 eorum *C* 16 relinquit *C* 19 postmissa *B* diuitis praemissa sunt *V* 21 uatis] uocatis *R* 23 altera *RBP'DT* alia *cet.* 24 hoc est da mihi *om. LT* quia egeo] quia ego non habeo *V* (non habeo *s. u. m2*) *C*

egeo. da mihi, quia aliud uiuendi subsidium habere non possum. da mihi, quia non est mihi panis ad uictum, F nummus ad potum, sumptus ad alimentum, ad indumentum substantia. da mihi, quia tibi dominus dedit unde largiri debeas, mihi non dedit. da mihi quia, nisi tu dederis, habere non potero. da mihi, quia scriptum est: date elemosynam.' haec quam abiecta, quam uilia! non habent enim humilitatis affectum, sed cupiditatis incendium. in ipsa autem deiectione quanta inpudentia! da mihi inquit uineam tuam. confitetur alienam, ut poscat indebitam. et dabo 568 A tibi inquit pro ea aliam uineam. diues quod suum est quasi uile fastidit, quod alienum est quasi pretiosissimum concupiscit. si uero placuerit tibi, dabo tibi pecuniam. cito reprehendit errorem suum pecuniam offerendo pro uinea; nihil enim uult alterum possidere, qui totum desiderat suis possessionibus occupare.

1 Et erit mihi inquit in hortum holerum. haec erat B igitur omnis insania, hic omnis furor, ut spatium uilibus holeribus quaereretur. non tam ergo ipsi cupitis quasi utile possidere, sed alios uultis excludere. maior uobis cura de C pauperum spoliis quam de uestris emolumentis est. iniuriam uestram putatis, si quid pauper habeat quod dignum possessione diuitis aestimetur. damnum uestrum creditis quicquid

6 Luc. 11, 41

3 indumentum] uestitum *V* 5 quia *om. RBCB'N'* 6 elęmosynam *B'* elemosinam *cet.* 7 abiecta sunt et quam *V* enim *om. RB* 11 inquit tibi 𝔄𝔄'*L* alienam *C* 12 uile *om. P'* quod] quod autem *VDLT* quod enim 𝔄 (enim *exp.*) *CB'P'* pretiosum *R et* (pretiosissimum *m2*) *B* 13 tibi *pr. om. V* cito (*s. u. m2*) pecuniam cito (cito *eras.*) *B* 15 uineam (m *eras.*) *R* (m *exp.*) *B* ea *P'* alterum] alienum 𝔄'*E* 16 terris (*in mg. m2* al possessionibus) *V* 17 erit inquit mihi *RBV*𝔄'*E* erit inquit mihi *T* erat *om. N'*, est *V* 19 quaereretur in pauperis cespite paruo. non *V* 20 sed] quam *V* alios *om. N'* magis uobis 𝔄*E* uobis magis 𝔄' 21 emolumentū est (est *eras.*) 𝔄 uestris ei detis elementis (*om.* est) 𝔄'*E* 23 aestimatur *N'* *post* aestimetur *add.* nolite hoc facere quia deus pauperem non spernit *RBP'DT et* (*in ras.*) *L*

alienum est. quid uos delectant naturae dispendia? uniuersis creatus est mundus, quem pauci diuites uobis defendere conamini. non enim terrena tantum possessio, sed caelum ipsum, aer, mare in usum paucorum diuitum uindicatur. hic aer, quem tu diffusis includis possessionibus, quantos alere populos potest. numquid angeli diuisa caeli spatia habent, ut tu
12 terram positis distinguis terminis? clamat propheta: *uae his qui domum ad domum iungunt et uillam ad uillam* et arguit eos inefficacis auaritiae. fugiunt enim cohabitare hominibus et ideo excludunt uicinos; sed fugere non possunt, quia cum hos excluserint, alios rursus inueniunt et, cum illos propulsauerint, ad aliorum necesse est eos uiciniam peruenire; soli enim super terram habitare non possunt. aues se auibus adsociant, denique ingentis plerumque agminis uolatu caelum obtexitur, pecus pecori adiungitur, pisces piscibus, nec damnum ducunt, sed commercium uiuendi, cum plurimum comitatum capessunt et quoddam munimentum solacio frequentioris societatis adfectant. solus tu, homo, consortem excludis, includis feras, struis habitacula bestiarum, destruis hominum, inducis mare intra praedia tua, ne desint beluae, producis fines terrae, ne possis habere finitimum.

7 Esai. 5, 8 Bas. 293 A (57 B)

1 uniuersus *R* 2 pauci diuites uobis defendere conamini *P'DLTCB'N* uos pauci diuites uobis defendere contenditis *V* pauci diuites obtinetis *R Uindob. 705, in quo* optinetis, *et* (*s. m2* non occupatis) *B* 3 non enim . . . uindicatur *om. V* 4 usu *CB'DLT* ager *CV𝔄'L* 6 spatia cęli *V* 7 distinguis *BLT* distinguas *D* (a *ex* i) *cet.* 8 iungunt domum ad domum *CB'N'* 9 et *om. CB N'* 11 rursum *N'DT* 13 aues *P'DLT et* (i *s.* e *m2*) *V* auis *B* (e *s.* i *m2*) *cet.* auibus se *CB N'* 14 adsociant *P'DLT* adsociat *cet.* uolatus *B'P'DT et* (s *del.*) *𝔄* 15 piscis *RB𝔄'E et* (e *m2 s.* i *alt.*) *V* 16 ducit *B'* dicunt (v *s.* i) *D* complurimum *VD* cum plurimo *P'LT* conplurium *RB* comitatu *BVP'DLT* 17 quoddam (d *pr. ex* s *m2*) *𝔄* monimentum *V* frequentiores *R* (-is *corr.*) *B* 18 o homo *RBP'T et* (o *postea add.*) *L* 19 struis *CB'N'* instruis *cet.*

Audiuimus uocem diuitis aliena quaerentis, audiamus uocem pauperis propria uindicantis: non fiat inquit hoc a deo, ut dem tibi hereditatem patrum meorum. quasi quandam contagionem sui pecuniam esse diuitis arbitratur, quasi dicat: pecunia tua tecum sit in perditionem, ego autem hereditatem patrum meorum non possum uendere. habes quod sequaris, diues, si sapias, ut non uendas agrum tuum pro nocte meretricis, non transfundas ius tuum pro 569 A sumptu comissationis deliciarumque inpensis, non adiudices domum tuam ad ludum aleae, ne ius hereditariae pietatis amittas. his auditis turbatus est auari spiritus regis. et dormiuit in lecto suo et uelauit faciem suam et non manducauit panem suum. lugent diuites, si non potuerint aliena diripere; si suis pauper non cesserit facultatibus, uim maeroris tegere non possunt. dormire desiderant, uelant faciem suam, ne quicquam in orbe terrarum alienum uideant, B ne quicquam in hoc mundo non esse suum nouerint, ne audiant uicinum iuxta se aliquid possidere, ne audiant pauperem sibi contradicentem. horum sunt animae quibus dicit propheta: mulieres diuites, exsurgite.

Et non manducauit inquit panem suum: quoniam C quaerebat alienum; etenim diuites alienum magis panem quam suum manducant, qui rapto uiuunt et rapinis sumptum exercent suum. aut certe non manducauit panem suum uolens se morte multare, quod ei aliquid negaretur. compara nunc D

5 Act. 8, 20 20 Esai. 32, 9 23 cf. Ouid. Met. I 144

1 audiamus] audiuimus *N'* pauperis uocem *B'* 2 fiat hoc inquit (inquit *extra u. m1*) 𝔄 dn̄o *C* 4 arbitretur 𝔄 5 perditione *V* 7 sapias (sa *s. u.*) 𝔄 capias *RB* 8 iustum pro sumpto *B'* 9 comissationis *R* (*corr.* comess.) *B* commessationibus *B'* cōmessationis *N'V* comessationis *cet.* deliciarum (*om.* que) *B'N'* et deliciarum *C* adiungas *P'* 10 alienę *P'* 11 turbatur (-ur *ex* -us, *om.* est) 𝔄 spiritus auari *N'* 15 uim (*s.* cum) memorem *V* cum memorem *C* 17 non esse] esse non *N'* (non *s. u.* 𝔄) 19 dicet (i *s.* e) *V* 22 etenim diuites alienum *in mg. inf. m2 B* magis alienum *CB'N'* 23 quia *L* 24 manducant 𝔄 manducat 𝔄'*E*

affectum pauperis. nihil habet et ieiunare uoluntarius nisi
deo nescit, ieiunare nisi ex necessitate non nouit. eripitis quidem pauperibus uniuersa, aufertis omnia, nihil relinquitis,
poenam tamen pauperum uos potius, diuites, sustinetis. illi
ieiunant, si non habeant, uos, cum habetis. a uobis igitur
prius poenam exigitis quam pauperibus inrogatis. uos igitur
uestro affectu luitis miserae paupertatis aerumnas, et pauperes
quidem non habent quo utantur, uos autem nec ipsi utimini
nec alios uti sinitis. eruitis aurum de metalli uenis et rursus
17 absconditis. quantorum uitas in illo infoditis auro! cui illa
seruantur, cum legeritis de auaro diuite: thensauros condit et ignorat cui congregat eos? heres otiosus expectat, heres fastidiosus increpat quod sero moriamini. odit
incrementa hereditatis suae, ad damna festinat. quid igitur
miserius, quando nec apud illum cui laboratis gratiam derelinquitis? propter illum totis maestam diebus toleratis famem
cottidiana mensae uestrae damna metuentes, propter illum
18 diurna adornatis ieiunia. noui ego diuitem in agrum proficiscentem panes breuiores urbe delatos numerare solere, ut pro

11 Psalm. XXXVIII 7

1 ieiunare] diues *D*, *om.* *T* (*in mg.* r. diues) 2 *post* nouit *add.* diues *V* (*s. u. m2*) *CB'𝔄ET*, diuites *𝔄'P'DL* 3 pauperibus omnia *𝔄E* *et* (aufertis omnia *om.*) *𝔄'* 4 diuites *om.* *LT* 5 si] cum *N'* habent *V* uos ieiunatis *𝔄* (ieiunatis *s. u. m2*) *𝔄'* habeatis *𝔄* (a *alt. s. u.*) *𝔄'E* a *om.* *N'* 6 erogatis *E* erogetis *𝔄* (e *alt. ex* a) *𝔄'* 7 luitis (i *pr.* *ex* e) *R* luetis *B* lugitis *C* 9 et *RBV* sed *cet.* rursum *VCN'* 10 absconditis *RB𝔄'E* absconditis illum (illum *ex* eum) *T* absconditis eum *V* (eum *s. u. m2*) *𝔄* (eum *eras.*) *cet.* uita *RB* uitas (s *s. u.*) *𝔄'* cur *𝔄'E* cuj (ū *ex* u) *V* č *ex* cū *𝔄* cum *CB'* illud seruatur *C* 11 thesauros *libri* 15 gratias *N'* 16 totam (am *ex* is) m·estam (a *eras.*) diem *R* 17 diuina metuentes *R et* (*s. m2* damna metuentes) *B* 18 diurna a. ieiunia *infra in mg. m2 V* diuturna *DELT* adornatis *recepi ex* *𝔄* (*in quo est* amatis *in ras. ex* adamatis *ut uidetur, in mg. m. ant.* adornatis ł adamatis), adamatis *𝔄'E* adhibitis *m2 ex* adheratis (e *s.* a *alt.*) *R* adheratis *B et* (*m3 in mg.* adhibetis) *Monacensis 10041* adhibetis *Uindob. 705* adelatis (r *s.* l) *V* adheretis *P'* toleratis *DLT* adhaeratis *C* aderebatis (e *alt. ex* a, ba *s. u.*) *B'* 19 numerare *V* (i *s.* e *alt. m2*) *et* (re *ex* ri *m2*) *𝔄* numerari *CB'𝔄'EP'T*

numero panis aestimaretur quot dies in agro futurus esset.
nolebat obsignatum aperire horreum, ne quid de condito mi-
nueretur. panis unus diei deputabatur, qui tenacem satiare 570 A
uix posset. comperi etiam ueri fide, si quando ei ouum esset
adpositum, quèri quod pullus esset occisus. hoc ideo scribo,
ut cognoscatis uindicem esse dei iustitiam, quae lacrimas
pauperum uestro ulciscatur ieiunio.

Quam religiosum esset ieiunium, si sumptum conuiuii tui B
deputares pauperibus! tolerabilior iam ille diues, cuius de
mensa ea quae cadebant pauper Lazarus colligebat saturari
cupiens, sed etiam ipsius mensa multorum pauperum consta- C
bat sanguine et ipsius pocula multorum quos ad laqueum
coegerat rorabant cruorem. quanti necantur, ut uobis quod
delectat paretur! funesta fames uestra, funesta luxuries. ille
de summis culminibus ruit, ut frumentis ampla uestris
receptacula praepararet. ille de sublimi cacumine altae arboris
decidit, dum genera explorat uuarum, quas deferat, quibus
digna conuiuio tuo uina fundantur. ille mari mersus est, dum D
ueretur, ne piscis mensae tuae desit aut ostrea. ille brumali
frigore, dum lepores inuestigare aut laqueis studet aues cap-

9 Luc. 16, 21 20 Uerg. Georg. I 139

2 recondito *P'* 3 unus (us *in ras.*) *V* diei *RBV* diebụs *CB'𝔄DE* diebus non paucis (*in ras.*) *𝔄'* diebus singulis *T* (singulis *s. u. m2*) *P'L* uix satiare *CB'N'* uix satiare *D* 4 possit *RV et* (posset *m2*) *B* comperientiam uiri fidem *C* comperi etiam uiri fidem *B'* comperit etiam uiri fides *𝔄* (*del. m1*), *om. 𝔄'E* ei *om. RBVN'* 5 quaerit *B' et m1 𝔄* quaeritur *𝔄 m2 𝔄'E* quod] quia *N'* 6 iustitiam dei *P'* 9 pauperi *RB* ille iam diues *P'DLT* 13 roborabant *𝔄EB'P'* reboabant *C* rubebant *𝔄'* cruore *V𝔄'DLT* quantis (s *s. u. m2 𝔄*) negatur *N'* 14 delectet *RV et* (delectat *m2*) *B* funesta f. uestra *in mg. m1 R* famis *V* luxuries (u *alt. ex* o) *R*, *s. u. D*, *om. LT* *post* luxuries *add.* de tignario uinitore piscatore *P'LT*, *eadem in mg. m. ant. 𝔄* (*in quo* ignario) 15 de] dñ *P'* 16 praeparet *RBV𝔄'* praepararet (ra *s. u. m1*) *C* ille . . . decidit *om. P'* altae *om. CB'N'* 17 decedit (i *s.* e *alt. m2*) *V* uuarum explorat *CB'N'* quas] quos *𝔄* quo *𝔄'E* quas deferat *om. RBV* 18 mare *P'* est *om. CB'N'* 20 capere *B* (*m2* captare) *RV*

tare, diriguit. ille ante oculos tuos, si quid forte displicuit, uerberatur ad mortem atque ipsas epulas fuso cruore respergit. denique diues erat, qui sibi ad mensam caput prophetae pauperis iussit adferri et aliud unde saltatrici praemium sol-
21 ueret non inuenerat nisi ut pauperem iuberet occidi. uidi ego pauperem duci, dum cogeretur soluere quod non habebat, trahi ad carcerem, quia uinum deeset ad mensam potentis, deducere in auctionem filios suos, ut ad tempus poenam differre posset. inuentum forte aliquem, qui in illa necessitate subueniret. redit ad hospitium cum suis pauper direpta spectans omnia, nihil sibi ad cibum relictum, ingemiscens filiorum famem, dolens quod eos non potius ei qui posset pascere uendidisset. redit ad consilium, uendendi sumit arbitrium. conpugnabant tamen inopiae iniuria et paternae pietatis gratiae, fames urgebat ad pretium, natura ad officium. commori filiis paratus quam a filiis separari saepe gradum protulit, saepe reuocauit. uicit tamen necessitas, non uoluntas et ipsa concessit pietas necessitati.

22 Consideremus nunc patriae mentis procellas exaestuantis quem de liberis prius traderet. 'quem' inquit 'uendam priorem? scio enim quod non satis est unius pretium ad pastum reliquorum. 571 hoc solum fecunditas diues ad aerumnam! quem offeram? quem frumenti auctionator libenter aspiciet? primo-

3 Matth. 14, 6 sqq. 13 sqq. Bas. 268 CD, 269 A (46 DE, 47 A)

1 suos 𝔄*T* 2 respergit cruore *N'* 4 afferri iussit (iussit *add. m2*) *V* aliquid *B'* 8 auctionem 𝔄 actionem *L* 9 deferre *B*𝔄' possit *CB'N'V* forte (t *s. u. m2*) *V* quidem *N'* 10 reddat *B* rediit *L et* (*corr.* redit) *T* diruta 𝔄' 11 cibum] uictum *LT* ingemescens *RBV et* (i *m2 s.* e *alt.*) 𝔄 12 possit *RB* 13 sumi *R et* (sumit *m2*) *B* 14 iniuriae *om.* et *R et* (iniuria et *m2*) *B* 15 famis *VB'* urguebat *CB'N'V* 17 tamen in eo 𝔄 (eo *s. u.*) 𝔄'*E* 18 concessit] n̄.cessit *C* cessit *DLT* 19 exaestuantis *RB*𝔄' *et* (e *s.* i *m2*) *V* exaestuantes *cet.* 20 primum *V* tradam *R* tradam et (et *s. u. m2*) *B* 22 solo (ṽ *s.* o *alt.*) *V* diues fecunditas *CB'N'* 23 quem frumenti ... offeram *om. P'* aspiciet (*m2 ex* aspiceret) 𝔄 aspicies *B'* *post* aspiciet *add. V* uberior ē nummus e paruo quam thesaurus e maxumo

genitum offeram. sed primus me patrem uocauit. hic est maior ex filiis, quem congrue honoro seniorem. sed iuniorem dabo. at istum teneriore amore conplector. illum erubesco, huius misereor: illius gradum suspiro, huius aetatem: ille iam sentit aerumnam, iste ignorat: flectit me illius dolor, huius inscientia. ad alios me conferam. ille mihi plus blanditur, B iste plus uerecundatur: ille parenti similior, hic utilior: in illo imaginem meam uendo, in isto spem meam prodo. me miserum, non inuenio quid faciam, non habeo quid eligam. circumuallant me facies calamitatum, aerumnarum chorus. ferina haec rabies est eligere quem tradas. ferae ipsae cum periculum inminere proli ac sibi sentiunt, solent eligere quos liberent, non quos offerant. quomodo igitur discernam affectum C naturae, quomodo obliuiscar, quomodo exuam patris mentem? quomodo filii auctionem constituam, quo sermone paciscar pretium, quibus tradam manibus in seruitutem filium, quibus oculis adspiciam seruientem, quibus osculis discedenti uale dicam, quibus factum excusem sermonibus? fili, ego te pro meo cibo uendidi. funestior ergo iam pauperis mensa quam diuitis. ille addicit alienos, ego meum uendo: ille necessitatem inponit, ego adfero uoluntatem ut sit excusabilior D causa, adiciam: fili, pro fratribus tuis seruies, ut illis quaerantur alimenta. et Ioseph a fratribus suis in seruitutem uenditus postea et ipsos et patrem pauit. respondebit ille: 'sed non eum uendidit pater, sed fleuit amissum, sed postea etiam

10 Ter. Adelph. III 2, 4

1 prius *DT* 3 ac *ex* ad *R* ad 𝔄 *et* (t *s.* d) *P'* aut (u *exp. m2*) *L* teneriorem (m *eras.*) *P'* teneriori *LT* 4 miserior *R* 6 inscientia *RBV* insipientia *P'* *et* (insipien *in ras. et* tia *s. u.*) *D* inscitia *cet.* alios *RBV* alium *DLT* alia *cet.* 7 plus *om.* *LT* parentis 𝔄 (s *eras.*) *B'* parentib; *V* 9 quid *pr.*] quod *RB* 10 circumuallat *RBV* 12 pericula *RB'V𝔄'E* *et* (a *m2 in ras.*) 𝔄 13 igitur] ergo *RB* 17 aspiciam . . . osculis *s. in mg. m2 V* osculis] oculis *RN'P'* discedenti (de *s. u.*) *V* discendenti (n *pr. eras.*) *C* descendenti *B'* 23 suis *om.* 𝔄'*E* uenditus *RBV* uenundatus est *cet.* 24 respondebit (eb *s. u. m2*) *V* 25 eum *om.* *RB*

ipse in potestatem diuitis uenit et uix potuit liberari. postea genus eius diuitiis Aegypti multa aetate seruiuit. uende me
24 postremo, pater, ea condicione, ne diuites emant.' haesi, fateor, uerum quid faciam? nullum uendam. sed dum unum considero, omnes fame uidebo pereuntes. si unum tradam, quibus oculis uidebo ceteros de mea inpietate suspectos, ne alios quoque uendam? quo pudore regrediar domum, quomodo intrabo, quo habitabo affectu, qui mihi abnegaui filium, quem non morbus absumpsit, non mors abstulit? qua conscientia considerabo mensam meam, quam sicut nouella oliuarum in circuitu tot filii uestiebant?'

25 Haec pauper te praesente deplorat, et tibi auaritia aurem obstruit nec mens tua facti miserabilis horrore mollitur. totus populus ingemescit, et solus, diues, non flecteris nec audis scripturam dicentem: perde pecuniam propter fratrem et amicum, et non abscondas eam sub lapide in mortem. et quia non audis, ideo exclamat Ecclesiastes dicens: est languor malus, quem uidi sub sole, diuitias custodiri in malum possidentis eas. sed fortasse rediens domum, cum uxore conferas, illa te hortetur ut redimas uenundatum. immo magis hortabitur, ut mundum muliebrem conferas, unde potes uel paruo pauperem liberare. illa tibi inponet sumptuum necessitatem, ut gemma bibat, in ostro

10 Psalm. CXXVII 3 15 Sir. 29, 10 (13) 18 Eccl. 5, 12 Bas. 300 A (59 D) 23 Uerg. Georg. II 506

1 *sqq.* ipse ... uenit ... potuit *RB* (*in quibus* potestate) *et m1 V* ipsi ... uenerunt ... potuerunt *V m2 cet.* 3 fatear *RV* 4 faciam ignoro *V* dum] cum *CB'N'* 5 uidebo fame *𝔄'E* 10 nouellae *Gelenius* 11 tot *s. u. V* uestiebant (n *s. u.*) *V* 14 ingemescit *RBVP'* ingemescet *C* ingemiscit *cet.* et solus] solus *RB* solus tu *V* nec (*ex* nam *m2*) *B* nam *R* 15 pecuniam tuam *V* 16 et amicum *om. T* in lapide sub mortem *N'* lapidem *RC* morte *P'* 17 audes *R et* (audis *m2*) *B* 18 langor *RB* pessimus (*om.* quem uidi) *V* custodiri] conseruatas *V* 20 cum] et cum *B'L* 22 potes *RB* potest *D* (t *alt. eras.*) *cet.* paruo] pauper *N'* pauperem] tempore *D* (*in mg.* pauperē) *LT* laborare *LT* 23 imponit *𝔄'E* sumptum *P'* in gemma *P'* gemina *CT*

dormiat, in argentea sponda recumbat, auro oneret manus,

5 ceruicem monilibus. delectantur et conpedibus mulieres, dummodo auro ligentur. non putant onera esse, si pretiosa sint, non existimant uincula esse, si in his thensaurus coruscet. delectant et uulnera, ut aurum auribus inseratur et margaritae pendeant. habent et gemmae pondera sua, habent et uestes sua frigora. sudatur in gemmis, algetur in sericis: tamen pretia iuuant et quae natura auersatur commendat auaritia. B zmaragdos et hyacinthos beryllum achaten topazion amethystum iaspin sardium summo quaerunt furore. uel si dimidium patrimonii petatur, non parcunt dispendio, dum indulgent cupiditati. non abnuo gratum quendam lapidum istorum esse fulgorem, sed tamen lapidum. et ipsi admonent contra naturam expoliti, ut saxorum deponerent asperitatem, rigorem magis mentis esse expoliendum.

2 Bas. 289 B (55 D) 6 Bas. 288 C (55 B) 9 Bas. 297 AB (58 E, 59 A)

1 onerere *RB* honeret *V* honoret *C* 2 ceruices *B'* munilibus 𝔄 (mon. *m2*) *V* (o *s.* u *pr.*) *C* delectentur *B'* (e *tert. ex* a) *P'* 3 linguentur *C* 4 existimant (xi *s. u.*) *C* estimant *B'* putant 𝔄'*E* existimatur *R* existimantur *B* thesaurus *RBV* thesauri 𝔄'*E* thesauris 𝔄 (s *eras.*) *cet.* coruscet *RBV* coruscent *cet.* 6 uėstimenta 𝔄'*E* 7 frigora sua *N'* ″frigora ″sua *T* 8 auersatur *CB'V* aduersantur *R* aduersatur 𝔄 (d *eras.*) *T* (*m2 in ras.*) *cet.* 9 zmaragdos *B* ismaragdus *R* smaragdus *V* smaragdos *cet.* hyacinthos *B* hyacinthus *R* hyacintos *B'* hyacinctos *C* (h *s. u.*) 𝔄 iacintus *V* iacintos (*corr.* iachinctos) *P'* iacinctos *T* (c *alt. eras.*) *DL*𝔄' iacynctos *E* beryllum *C* beryllus *V* berillium *T* berillum *cet.* achatem *L* achates *V* acathen *P'* topation *C* thopation *P'* amėthystum *BR* amethistus *V* amethistum 𝔄 (ū *ex* us) *T* amethystin *C* ametistin *B'* ametistum *P'D*𝔄'*E* 10 iaspis sardius *V* quaeruntur *V* dimediis patrimoniis *V* 11 petantur *RB* 12 abnuunt *V* gratiam *N'* quandam 𝔄 (a *pr. ex* e *m2*) 𝔄'*E* istorum lapidum *V* 13 et *RB* hec *E* nec *cet.* 14 saxosam *V* deponderent 𝔄 (*corr. m2*) *B'P'L* 15 mentis magis *V* esse poliendum *RB* esse spoliendum (*m2* esse exspoliendum) *V* esse expoliendum (expoliendum esse *DLT* esse expoliandum 𝔄'*E*) quam lapidum *cet.*

6, 27 Quis artifex unum diem uitae hominis potuit adiungere? quem diuitiae ab inferis redemerunt? cuius aegritudinem pecunia mitigauit? non in abundantia inquit uita eius. et alibi: nihil prosunt thensauri iniustis, iustitia autem liberat a morte. merito clamat Dauid: diuitiae si fluant, nolite cor adponere. quid enim mihi prosunt, si me a morte liberare non possunt? quid mihi prosunt, si mecum post mortem esse non possunt? hic adquiruntur, hic relinquuntur. somnium igitur loquimur, non patrimonium. unde bene ait idem propheta de diuitibus: dormierunt somnum suum et nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis, hoc est: nihil inuenerunt operibus suis diuites, qui nihil pauperi contulerunt. nullius iuuerunt inopiam, nihil ad utilitatem
28 suam proficiens repperire potuerunt. ipsum nomen considera. Ditem dicunt gentiles inferi praesulem, arbitrum mortis. ditem appellant et diuitem, quod nisi mortem diues inferre non nouerit, cui regnum de mortuis, cui sedes inferna sint. quid est enim diues nisi inexplebilis quidam gurges diuitiarum, inex-

3 Luc. 12, 15 4 Prouerb. 10, 2 5 Psalm. LXI 11 Bas. 269 D 47 D) 10 Psalm. LXXV 6

2 diuitiae eius *CB'N'* redimerunt *BV et* (*corr. m2*) *L* redimerent (*corr. m2*) 𝔄 pecunia (a *ex* e) *C* (a *ex* ę) *D* 3 habundantia *RB* habundantia diuitiarum *V* (diuitiarum *in mg. m2*) *L* (*in quo* inquit *ante* diuitiarum) *cet.* ullius uite (a *s.* e) eius est *V* 4 iniusti *N'P'* 5 dauid] propheta *CB'N'* fluant *RB* affluant *cet.* 6 liberare me a morte *P'* 7 quid mihi ... non possunt *om. T, in mg. sup. m2 D* 8 inesse *RB* reliquuntur *B* relicuntur *V* 9 loquitur (m *s.* t *m2*) *V* non *om. R* ut (*s. m2* unde) *V* bene ait] uenerit (*om.* ait) *R et* (*s.* bene ait *m2*) *B* ait] agit *C* 10 somnium *R* suum *om. R, s. u. m2 B* 11 suis *om. C* 12 hoc] id *V* *post* est *add.* dicere *CB'N'* in operibus *B'VDLT* 13 iuuauerunt *B* (ua *s. u. m2*) *P'* inueniunt *N'* 14 proficientes 𝔄 (-ens *m2*) *CB'𝔄'* nomen] tamen *P'* consideraui *V* considerate *B'* 15 inferni *CB'N'V* 17 infernę *DLT* sint (i *ex* u) *D* quid (d *ex* s) *P'* 18 explebilis *P'* inexplebilis ... diuitiarum *om. CB'N'* diuitiarum (ti *s. u.*) *R* diuinarum (ci *s.* n *m2*) *B*

plebilis auri fames aut sitis? quo plus hauserit, plus inardescit. qui diligit inquit argentum non satiabitur argento et infra: et quidem hoc pessimus languor; sicut enim fuit, ita et abiit, et abundantia eius laborat in uentum. et quidem omnes dies eius in tenebris et luctu et iracundia multa et languore et ira, ut tolerabilior sit condicio seruulorum; illi enim hominibus seruiunt, iste peccato; qui enim facit peccatum seruus est peccati. semper in laqueis, semper in uinculis, numquam liber a conpedibus, quia semper in criminibus. quam misera ser- 573 A
uitus seruire peccatis!

9 Naturae ipsius nescit munia nec somni ipsius uices nouit aut cibi fungitur suauitate, cuius nullum est inmune seruitium; dulcis enim somnus serui, et si modicum et si multum edat, et satiato diuitiis non est qui sinat eum dormire. excitat eum cupiditas, exagitat cura peruigil aliena rapiendi, torquet inuidia, mora uexat, sterilitas prouentuum infecunda perturbat, sollicitat abundantia. unde illi di-

2 Eccl. 5, 9 3 Eccl. 5, 15 sq. 8 Rom. 6, 17 14 Eccl. 5, 11

1 aut] ac *CB'N'LT* quo] quae quo *DT* auxerit *RB* auserit *C* hauserit (h *add. m2*) 𝔄*V* *post* inardescit *add.* sic et propheta admonet (*om.* inquit) *CB'N'* 2 inquit *om. V* 3 idem *post* infra *add. CB'N'V* hic 𝔄 (i *ex* o *m2*) 𝔄'*E* langor *R* (or *in ras.*) *B* 4 et *alt. post* eius *transponit V* in habundantia *P'* 6 languore *CVDL* langor *B'* languor *cet.* ut *eras. V, om. CB'N'* 7 sit] est *V* (*m2 in ras.*) *CB'*𝔄*E, om.* 𝔄' seruorum *P'* 8 iste] isti *P'DLT* *post* peccato *add.* sic inquit apostolus *CB'N'* est et *C* peccato *T* 9 uinculis est *CB'N' et* (est *s. u. m2*) *V* 12 munia *V* (sompnia *m2, add.* diues) *DLT* munilia *RP' et* (munimina *m2*) *B* somnia *C* omnia *B'N'* somnii *C*𝔄'*ELT* nouit uices 𝔄' 13 est *om. C* in munere *P'* 14 sonus *C* etsi multum etsi modicum *L* et si *alt.*] aut *V* et *B'* uel 𝔄 (uel *ex* et *m2*) 𝔄'*E* 15 comederit *V* et] at *V* (*m2 in ras.*) *C* ex (*m2 ex* et) 𝔄 satietas *V* satiatus *B'* non sinit (*om.* est qui) *V* eum (enim *B'*) sinat *CB'N'* 16 *post* dormire *add.* non posse *CB' et* (*qui haec exp.*) 𝔄, *om.* 𝔄'*E, ceteri add.* denique euangelico utamur exemplo, ut (ut *om. V*) probemus diuitem dormire non posse. *desunt haec in editionibus ante Maurinos, qui ea in commentario commemorauerunt* exagitat] excitat *CB'N'* 18 diuiti (ti *m2*) *RB*

uiti, cuius possessio uberes fructus adtulit, qui cogitauit intra se dicens: quid faciam, quod non habeo quo congregem fructus meos? et dixit: hoc faciam, destruam horrea et maiora faciam, et illo congregabo omnia quae nata sunt mihi et dicam animae meae: anima, habes multa bona in annos multos posita: requiesce, manduca, bibe, epulare; respondit deus: stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te; quae autem parasti cuius erunt? ne ipse quidem deus eum dormire permittit. interpellat cogitantem, excitat dormientem. sed nec ipse se quietum esse patitur, qui de abundantia sollicitatur et in ubertate fructuum uocem egentis emittit. quid faciam? inquit. nonne haec pauperis uox est, non habentis subsidia uiuendi? egens omnium, huc atque illuc respicit, scrutatur hospitium, nihil inuenit ad usum alimenti. considerat nihil miserius quam fame confici et cibi indigentia mori, quaerit mortis conpendia et tolerabiliora obeundi supplicia rimatur, arripit gladium, suspendit laqueum, ignis adolet, explorat uenenum. et inter haec dubius quid eligat dicit: quid faciam? deinde uitae huius suauitate reuocatus cupit reuocare sententiam, si possit uiuendi substantiam repperire. aspicit nuda omnia, uacua omnia. ait: quid faciam? unde mihi alimenta,

1 Luc. 12, 17—19 Bas. 261 C, 273 A (44 A, 48 D) 7 Luc. 12, 20 Bas. 265 A, 273 A (45 C, 48 E) 13 Bas. 264 BC 265 A (44 DE, 45 AB)

1 fruges *V* 2 intra se *om.* *𝔄'E* quo] ubi *V* 3 dicit *V* 4 horrea mea *CB'N'P'D* faciam maiora *P'* faciam et reliq (*om.* et illo … epulare) *V* et illo *RBDLT* et in illa *P'* illo *cet.* 6 annis multis *R et* (annos multos *m2*) *B* reposita *R et* (*s. m2* postea) *B*, *cf. p. 487, u. 18* 7 et epulare *RB* respondit ei *V* 8 animam tuam a (a *eras.*) repetunt (repetent *m2*) a te *𝔄* repetunt animam tuam a te *E* repetent a te animam tuam *V* 11 *post* abundantia *add.* diuitiarum suarum *CB'N'* 12 ubertatem *RBB'𝔄E* egentes *B* gementis *N'* 15 considerant *R et* (considerans *m2*) *B* *inde a uerbo* miserius *incipit P* 17 obeundi *R* (ob *ex* ab) abeundi *cet.* rimantur *P* 18 gladium] laqueum *V* ignis *PRBVP'* ignes *𝔄* (-es *m2 ex* is) *cet.* 19 quid eligat dubius *CB'N'* 20 cępit *D* (u *s.* ę) *LT* 22 et ait *𝔄'E*

unde uestitus? uolo uiuere, si habeam quomodo possim uitam hanc sustinere, sed quibus cibis, quibus subsidiis? quid faciam inquit, quod non habeo. clamat se diues E
non habere: paupertatis hic sermo est; de inopia queritur abundans fructibus. non habeo inquit quo congregem fructus? putares illum dicere: non habeo fructus, unde uiuendum est mihi. beatus qui de abundantia periclitatur? immo miserior iste fecunditatibus suis quam pauper, cui periculum de egestate est. habet ille unde excuset aerumnam, habet certe iniuriam, non habet culpam: iste non habet quem praeter se arguat. et dixit: hoc faciam, destruam horrea. putes F
adhuc illum dicere: aperiam horrea, ingrediantur qui tolerare famem non queunt, ueniant inopes, intrent pauperes, repleant sinus suos. destruam parietes, qui excludunt esurientem. ut quid ego abscondam, cui deus facit abundare quod largiar? ut quid repagulis portarum claudam frumenta, quibus deus totum repleuit camporum ambitum, quae sine custode na- 574 A
scuntur et abundant?

3 Uicta est spes auari, rumpuntur uetusta horrea messibus B
nouis. 'minus habui et frustra seruaui; plus natum est. cui congrego? dum incrementa pretiorum aucupor, amisi usum

11 Bas. 265 A (45 B)

1 uiuere] uniuersi *R* 2 hanc uitam *P'* 3 habeam *RBP'DLT* *post* habeo *in V est ras. 7 fere litt.* 4 paupertatis *R* (i *in ras.*) *B* (i *ex* e *m2*) 5 quo (o *m2 ex* i) *RB* 6 fructus (*pr.*) meos (meos *in mg. m2*) *D* uidendum *P* 7 abundantia sua *R* (*om.* de) *BP'DT* 8 fecunditatibus (*s. m2* facultatibus) *B* 9 excusat *C* (-et *corr.*) *B'* 11 arguat (a *alt. ex* e) *C* destruam horrea mea *CB'* horrea mea destruam *N'* 12 illum adhuc dicere *L* adhuc dicere illum *CB'N'* horrea mea *CB'N'* 14 sinos *P* destruam *RB et* (de *m2 ex* di) *V* destruant *cet.* esurientes *CB'N'* 16 claudam** *R* claudit *B'* *post* frumenta *add.* audiant haec *CB'N'* 17 totum *P* (um *ex* us) costode *P* 18 et uictui habundant 𝔄'*E* 19 uictu (u *alt. ex* a) 𝔄, *om.* 𝔄'*E* auaro *N'* pauperis auari *B'*; *deinde add.* si respicit pauperem *V* (*s.* u. *m2*) *CB'N'* 20 minus <inquit> habui *ed. Rom.* est et *P'* cui (*m2* qui) *V* 21 congregabo *P'* (ł o *s.* abo) 𝔄'

beneficiorum. quantas anni superioris frumento potui animas pauperum reseruare? haec me magis delectarent pretia, quae non nummo aestimantur, sed gratia. imitabor sanctum Ioseph humanitatis praedicatione, clamabo uoce magna: uenite, pauperes, edite panes meos, expandite gremium, suscipite frumentum. fecunditas diuitis, totius orbis abundantia omnium debet esse fertilitas.' tu uero non hoc dicis, sed ais: destruam horrea. recte destruis ea, a quibus nullus pauper onustus reuertit. horrea iniquitatis receptacula, non pietatis subsidia. recte destruit, quia sapienter aedificare non nouit. destruit sua diues, qui nescit aeterna, destruit horrea, qui non nouit sua
34 frumenta diuidere, sed claudere. et maiora inquit faciam. infelix, uel id dispensato pauperibus, quod pro sumptu aedificationis inpendis. dum liberalitatis gratiam refugis, damna
35 aedificationis exsoluis. et addidit: illo congregabo omnia quae nata sunt mihi et dicam animae meae: anima mea, habes multa bona. conficitur auarus semper ubertate prouentuum, dum uilitatem alimoniae calculatur. fecunditas enim uniuersorum est, sterilitas soli auaro est quaestuosa. delectatur magis enormitate pretiorum quam abundantia copiarum et mauult habere quod solus quam quod cum omni-

3 Bas. 265 A (45 B) Gen. 41, 56

1 quantis *P* potuit *P'* potui *post* reseruare *transponit C*, *om.* *B'N'* 2 reseruare possem 𝔄 (possem *in mg. m. ant. et s. u. m2*) 𝔄'*E* magis seruare *B'* 3 aestimatur *R* ioseb (se *s. u.*) *V* 5 suscipitur *P* fructum *V* 6 diuitiae 𝔄 (e *s. u.*) 𝔄'*E* 8 horrea mea *CB'N' et* (mea *s. u.*) *D* destrues *CB'N'* a *om. R*𝔄'*E*, *s. u. m2 B* honu*stus *R* honustus 𝔄 (h *eras.*) *L* honeratus *V* 9 reuertit *P* reuertitur *cet.* iniquitatis sunt *V* (sunt *s. u. m2*) *CB'N'* receptaculum *V* 10 distruit *pr. P* destruet *V* (et *ex* it *m2*) *CB'N'* quia *PP'DLT et* (a *s. u.*) *B* qui *cet.* distruit (*alt. et u. 11*) *P* destruet *CB'N'* 15 resoluis *N'* addidit (i *pr. ex* e) *P* addit *RB* 17 mea *P*, *om. cet.* confitetur *CB'N'* ubertatē *CB'N'* 18 uilitate *B'N'* calcatur *B'N'* 19 sterelitas *PR* solo (i *s.* o *alt.*) *RB* 20 inormitate *RB* in enormitate *N'* habundantia pretiarum (o *m3*) quam *P* 21 malunt *P* magis uult *RB* quod *pr. exp. m2 V*, *om. CB'N'* quod *alt. s. u. m2 V* cum *om. P'*

bus uendat. uide timentem, ne superfluat cumulus frumentorum, ne supra horrea redundans transfundatur in pauperes et boni alicuius occasio indigentibus adquiratur. soli sibi partus terrarum uindicat, non quo ipse uti uelit, sed aliis denegare.

36 Habes inquit multa bona. nescit auarus bona nisi ea F
quae quaestuosa sunt nominare. sed adquiesco ei, ut bona dicantur quae sunt pecuniaria. cur ergo de bonis facitis mala, cum de malis bona facere debeatis? scriptum est enim: facite uobis amicos de mammona iniquitatis. ei ergo qui uti sciat bona sunt, qui uti nesciat recte mala. dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. quid hoc melius? bona sunt, si pauperi largiaris, in 575 A
quo tibi debitorem deum quadam pietatis faeneratione constituas. bona sunt, si aperias horrea iustitiae tuae, ut sis panis pauperum, uita egentium, oculus caecorum, orbatorum infan-
37 tium pater. habes unde facias, quid uereris? tua te uoce conuenio. habes multa bona in annos multos posita, potes et tibi et aliis abundare, habes fecunditatem publicam: quid destruis
horrea? ostendo tibi, ubi melius tua frumenta custodias, ubi B

9 Luc. 16, 9   11 Psalm. CXI 9 Bas. 284 B (53 A)   15 Sir. 31 (34), 25   16 Iob 29, 15 Psalm. LXVII 6

1 uidete mentem *R et* (*corr. m2*) *V*   2 super *RBV𝔄'E*   transfundantur *C*   3 solis in partus *P*   4 uindicat (uendicat *𝔄 m2 𝔄'EB'L*) diues *V* (diues *s. u. m2*) *CB'N'L*   quod *N'*   uti ipse *CB'N'*   6 habis *P*   7 quae *om. PC*   ei *om. L*   10 mamona *RB𝔄T*   iniquo mammona (*om.* iniquitatis) *V*   ei] et *P*   11 scit *DLT*   multa bona *N'*   qui *P* ei qui (uero *post* ei *add. V*) *cet., recte puto*   nescit *DLT*   dispersit inquiḍ dedit *C*   13 melius *s. u. m2 V*   bono *𝔄* (o *alt. ex* a *m2*) *𝔄'E*   sunt *del. m. ant. 𝔄, om. 𝔄'E*   pauperibus *V𝔄'E*   14 tibi debitorem *CBN'*, tibi *om. P, quod ante* debitorem *facillime intercidere potuit,* debitorem tibi *cet.*   *post* tibi *add.* facias *V m2, 𝔄 exp., CB'*   deum et *C*   fęneratione *D* feneratione *cet.*   15 panem *P*   16 egentum *C*   oculos *P*   19 puplicam *P*   destruis *PVB'P'L* destrues *cet.*   20 horrea tua *CB'N'*   ubi *om. 𝔄, in quo add. post* frumenta *s. u. m1*   costodias *P*

bene saepias, ut fures tibi ea auferre non possint. include ea in corde pauperum, ubi ea nullus curculio consumat, nulla corrumpat uetustas. habes apothecas inopum sinus, habes apothecas uiduarum domos, habes apothecas ora infantium, ut dicatur tibi: ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem. istae sunt apothecae, quae maneant in aeternum, ista horrea, quae fecunditas futura non destruat. nam quid iterum facias, si tibi plus natum fuerit anno sequenti? iterum ergo et illa destrues quae nunc facere paras et maiora C facies. dat enim tibi fecunditatem deus, ut aut uincat aut condemnet auaritiam tuam, quo excusationem habere non possis: tu uero quod per te multis nasci uoluit tibi soli reseruas, immo et tibi adimis; magis enim seruares tibi, si dispertireris aliis; bonorum enim fructus munerum in eos ipsos qui contulerint reuertuntur et gratia liberalitatis in auctorem redit. denique scriptum est: seminate uobis ad iustitiam. esto spiritalis agricola, sere quod tibi prosit. bona satio in D corde uiduarum. si terra tibi fructus reddit uberiores quam

1 Matth. 6, 20 5 Psalm. VIII 3 8 Bas. 273 B (49 A) 16 Hosee 10, 12 Bas. 265 C (45 D) 18 Iob 29, 13

1 ut] ubi *N'* ea tibi 𝔄'*E* ọf̣ferre (au *s.* ọf̣) *R* afferre (u *s.* f *pr. m2*) *B* possent *P* 2 corda *V* pauperis *LT* ubi tinea 𝔄*E* ubi nulla tinea 𝔄' eā *P* curculio *P* gulio *T* gurgulio *cet.* 3 consumat uetustas *RB* inopum sinus habes apothecas *om. P*, inopum sinus *om. D*, habes apothecas *om. V*, *in quo* inopum sinus *s. u. m2*; habes apothecas inopum s. h. a. uiduarum domos *in ras. minoris spatii R*, inopum sinus ... ut dicatur tibi *om. m1 B*, *qui haec add. m2 in mg. inf.* 4 ora infantium orfanorum *CB'N'* 5 lactentium 𝔄*P·DLT* 6 sint (sunt *E*) tibi *CB'N'* maneant 𝔄 (a *alt. s. u.*) manent *B'DL* permanent *V* 7 ista sint tua (sunt tua *s. u. m2 V*) *CB'N·V* 10 facies (e *ex* a) *R* faciaes *C* deus fecunditatem *V* 11 condemnit *P* non possis] non poteris (*in mg. m2* non possis. Rq. quia hic multa desunt) *V*, *in quo deinde foliis compluribus deperditis desunt uerba* tu uero ... *usque ad p. 499 u. 19* cum aurum, *quo loco m2 in mg. uerba* miror ... putetis *adiecit* 13 et tibi ipsi *CB'N'* dispertires *CB'N'* 15 reuertantur *P* conuertuntur *N'* ei *P* auctorem boni operis redit *CB'N'* 17 estote *P* (e *pr. s. u. m3*) *RB* spiritales (es *ex* is) *R* agricolae *RB* 18 corda *C* reddet 𝔄*E* reddat *B'* reddet fructus 𝔄'

acceperit, quanto magis misericordiae remuneratio reddet multiplicatiora quae dederis!

3 Deinde, homo, nescis quia terrae partum praeuenit dies E
mortis, misericordia autem incursum mortis excludit? adsistunt
iam qui reposcant animam tuam, et tu adhuc differs operum
fructus tuorum, tu adhuc tempora tibi uiuendi longa metaris?
stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te. bene
ait 'nocte'. nocte anima auari reposcitur: a tenebris incipit et F
in tenebris perseuerat. auaro nox semper est, dies iusto, cui
dicitur: amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in
paradiso. stultus autem sicut luna mutatur, iusti
autem fulgebunt sicut sol in regno patris sui. recte
arguitur stultitiae qui in manducando et bibendo locarit spem
suam. et ideo tempus ei mortis urgetur secundum quod dictum est ab ipsis qui gulae seruiunt: manducemus et bibamus; cras enim moriemur. recte dicitur stultus qui
animae suae corporalia subministrat, quia recondit quae cui
9 seruet ignorat. et ideo ei dicitur: quae autem parasti 576 A

7 Luc. 12, 20 10 Luc. 23, 43 11 Sir. 27, 11 Matth. 13, 43 15 Esai. 22, 13 18 Luc. 12, 20

1 acciperit *P* reddet (d *pr. s. u. m2*) *P* reddit *DT* 2 ea quae *RB* quae] quam *B'P'E* 3 o homo *BCB'P'DLT* 6 fructum *P* tu *om. C* adhuc tu *B'N'* tibi tempora *CN'* longa metaris *P* longa metiris *RBP'* longa meditaris *CB'N'* longiora promittis *D* promittis *LT* 7 animam tuam *om. P* anima tua (*om.* repetunt a te. bene ait nocte. nocte anima) auare reposcitur (reposcitur *m2 in ras. et in mg. m. ant.* 𝔄, a te poscitur *m1*) *CB'N'* bene *et alterum* nocte *om. P. recepi scripturam librorum RBP'DLT, quamquam de fide eius merito dubitare licet; nam si ea quae in P scripta sunt respexeris, potius haec coniectura commendatur*: hac nocte repetunt a te ⟨animam tuam. bene nocte⟩ ait. nocte 8 anima (ma *ex* mā) *P* 9 in *s u. m4 P* semper nox *CB'N'* 11 paradisso *P* autem *post* stultus *om.* 𝔄'*DLT*; *malim* stultus enim 13 locaret *RBP'LT* locarat *D* 14 ei tempus *CB'N'* urguetur *CN'* arguetur *B'* 15 gyilae (guilae *m2*) *B* deseruiunt *LT* 16 moriaemur *B'* moriamur *R* recte dicitur *om. CB'N'* quia *RBCB'P'*𝔄'*E et* (a *eras.*) 𝔄 17 quia] quae *CB'*𝔄'*E et* (*deinde* quae *exp. m. ant.*) 𝔄 18 seruat *P'DLT*

cuius erunt? quid cottidie metiris et numeras et obsignas? quid aurum trutinas, argentum ponderas? quanto melius est liberalem esse dispensatorem quam sollicitum custodem! quantum tibi prodesset ad gratiam multorum pupillorum patrem nominari quam innumeras stateras in sacculo obsignatas habere! pecunia etenim hic relinquitur, gratia nobiscum ad iudicem meriti defertur.

40 Sed fortasse dicas quod uulgo soletis dicere: 'non debemus 1
donare ei cui deus ita maledixit, ut eum egere uellet.' sed non pauperes maledicti, cum scriptum sit: beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum caelorum. non de paupere, sed de diuite scriptura dicit: captans pretia frumenti maledictus erit. deinde non requiras quid unusquisque mereatur. misericordia non de meritis iudicare consueuit, sed necessitatibus subuenire, iuuare pauperem, non examinare iustitiam; scriptum est enim: beatus qui intel- C
legit super egenum et pauperem. quis est qui intellegit? qui conpatitur ei, qui aduertit consortem esse naturae, qui cognoscit quod et diuitem et pauperem fecit dominus, qui scit quod sanctificet fructus suos, si de his delibet aliquam pauperibus portionem. ergo cum habeas unde benefacias, ne differas dicens: cras dabo, ne largiendi amittas copiam.

10 Matth. 5, 3 12 Prouerb. 11. 26 16 Psalm. XXXX 2 20 Sir. 32 (35), 11 21 Bas. 273 C (49 B) 22 Prouerb. 3, 28

2 aurū (rū *m2 in ras.*) *D* autem *LT* trutinans (n *alt. del.*) *P* quando *C* quantū *N'* 3 costodem *P* 4 gratia *P* 5 numerari 𝔄'*E* innumeras (ras *m2 ex* ratas) 𝔄, *fort.* innumeros . . . obsignatos sacculo (*m2 ex* seculo) 𝔄 sclo *C* 6 relinquitur (n *s. u.*) *P* *post* gratia *add.* autem operum bonorum *CB'N'* ad iudicem nobiscum *LT* 7 merito *BDLT* difertur *P* 9 ei donare *CB'N'* 10 non sunt *RBP'DLT* scriptum sit *P* dictum sit a deo *CB'N'* dictum sit *cet.* pauperes spu *CB'N'* 13 *inde a uerbis* deinde non *incipit A* 15 subueniret (t *del. m3*) *P* 18 quem aduertit *C* 19 et *pr. om. B'* fecit (*m2 ex* facit) *B* 20 qui] quis *P* fructos *P* deliberet *PDLT et* (de *s. u.*) *P'* 21 benefacias]· largiaris uide *CN'*, *om. B'* 22 ne] non *LT* cupiam *P*

periculosa est de alterius salute dilatio, potest fieri ut dum
tu differs, ille moriatur. magis ante mortem praecurre, ne D
forte auaritia te et cras impediat et promissa fraudentur.
41 Sed quid dicam, ne differas liberalitatem? utinam non ad-
properes rapinam, utinam quod concupieris, non extorqueas, E
utinam alienum non petas, negatum praetermittas, excusatum
patienter feras, non audias illam Iezabel, quae est auaritia,
quodam profluuio uanitatis dicentem: ego tibi dabo pos-
sessionem, quam desideras. tu tristis es, quia uis men-
suram considerare iustitiae, ut alienum non eripias: ego habeo
mea iura, habeo meas leges. calumniabor, ut spoliem, et ut
42 possessio pauperis eripiatur, uita pulsabitur. quid enim aliud F
in illa historia nisi diuitum auaritia describitur, quae est
uanum profluuium, quod omnia fluuii modo rapiat et nulli
usui profutura transducat? haec est Iezabel non una, sed
multiplex, non unius temporis, sed temporum plurimorum.
haec omnibus dicit, sicut illa dixit uiro suo Achab: surge,
manduca panem et redi ad te. ego tibi dabo ui-
neam Nabuthae Israhelitae. et scripsit librum no-
mine Achab et signauit anulo illius et misit
librum ad seniores et ad liberos eos, qui mora-
bantur cum Nabuthae. et erat scriptum in libro: 577 A
ieiunate ieiunium et constituite Nabuthae in prin-
cipem populi et constituite duos uiros filios ini-
quitatis ex diuerso eius, ut falsum testimonium

7 Reg. III 20 (21), 7   17 Reg. III 20 (21), 7—10

1 utt (t *alt. del.*) *P*   2 illum ille *CB'𝔄𝔄'* *et* (illum *exp.*) *Monac. 10041*   ante* *P'* autem *LT*   3 et forte *T*, forte *om. CB'N'*   4 dico *LT*   5 cupieris *N'*   8 quodam *P'DL* quoddam *R* (d *pr. eras.*) *cet.*   profluuium *ACB'N'*   dabo tibi *RBA* (δώσω σοι *LXX*), tibi *om. P'*   10 iustitia *B'N'*   11 habeo meas *PRBAP'D* ego meas *T* meas *cet.*   calomniabor *P*   12 pauperis *om. N'*   14 rapit (it *ex* iat *m2*) 𝔄   15 transducit *N'*   ieziabel *P* iezabel illa *CB'N'*   18 et manduca *CB'N'*   19 israelitae *P* iezrahelitae *E* israhelitae *cet.*   21 illum librum (illum *s. u.*) 𝔄 illum 𝔄'*E*   ad *alt. om. P'DLT*   eius *PAP'*; *fort.* ⟨in ciuitate⟩ eius *scribendum*   et ad liberos eos *om. C*

perhibeant aduersus eum dicentes: benedixit deum et regem et producite illum et lapidate.

10, 44 Quam euidenter expressa est diuitum consuetudo? contristantur, si aliena non rapiant, renuntiant cibo, ieiunant, non ut peccatum minuant, sed ut crimen admittant. uideas illos tunc conuenientes ad ecclesiam officiosos humiles adsiduos, ut effectum sceleris impetrare mereantur. sed dicit illis deus: non hoc ieiunium elegi, non si flectas ut circulum collum tuum, cinerem etiam et cilicium substernas, nec sic uocabitis ieiunium acceptum. non tale ieiunium elegi, dicit dominus. sed solue omnem conligationem iniustitiae, dissolue obligationes uiolentarum commutationum, dimitte confractos in remissionem et omnem conscriptionem iniquam disrumpe. frange panem tuum esurienti et egenos non habentes tectum induc in domum tuam. si uideris nudum, uesti et domesticos seminis tui non despicies. tunc orietur tibi matutinum lumen tuum, et sanitas tua matura orietur et praecedet ante te iustitia et maiestas dei circumdabit te. tunc clamabis, et deus exaudiet te; adhuc te
45 loquente dicet: ecce adsum. audis, diues, quid dominus deus dicat? et tu ad ecclesiam uenis, non ut aliquid largiaris pauperi, sed ut auferas. ieiunas, non ut conuiuii tui sumptus proficiat egenis, sed ut spolium de egentibus adipi-

8 Esai. 58, 5—9

1 maledixit *RA* 3 consuidudo *P* 4 ieiu. ut non *B'* 5 peccata *P'* uideant illos tunc ueniaentes *P'* 7 illi *N'* 8 non *alt.* *P* nec *cet.* si] sic *P'LT* 11 talem *P* 13 uiolentiarum *A et* (i *alt. eras.*) *PR* 14 et omnem *om.* *N'* 15 esurienti panem tuum *DLT* 16 et *om.* *CB'N'* 17 uesti *PP'DLT et m2 B* cooperi *B m1 cet.* 18 dispicies *P* matotinum (v *m3 s.* o) *P* 21 exaudiit *P* 23 deus *om.* *DLT* dicit *RA et* (*m2* dicat) *B* aliquit *P* aliud (ud *eras.*) quid *R* aliud quit *B* pauperibus largiaris *CB'N'* 25 proficias eginis *P* spolia *RA et* (*m2* spolium) *B* de egentibus (*ex* degentibus) 𝔄

scaris. quid tibi uis cum libro et carta et signaculo et con-
scriptione et uinculo iuris? non audisti: solue omnem con-
ligationem iniustitiae, dissolue obligationes uio- E
lentarum commutationum, dimitte confractos in
remissionem et omnem conscriptionem iniquam
disrumpe. tu mihi tabulas offers, ego tibi recito dei legem:
tu atramento scribis, ego tibi spiritu dei inscripta repeto ora-
cula prophetarum: tu testimonia falsa conponis, ego testimo-
nium conscientiae tuae posco, quam iudicem tui effugere et
declinare non poteris, cuius testimonium non poteris recusare
in die, qua reuelabit deus occulta hominum. tu dicis: de- F
struam horrea: dominus dicit: sine magis quidquid intra
horreum est pauperibus deputari, sine cellas istas egenis pro-
desse. tu dicis: maiora faciam et illo congregabo
omnia quae nata sunt mihi: dominus dicit: frange
esurienti panem tuum. tu dicis: tollam pauperi domum
suam: dominus autem dicit ut egenos non habentes tec-
tum inducas in domum tuam. quomodo uis, diues, ut
deus te exaudiat, cum tu deum non putes audiendum? si non 578 A
adquiescatur arbitrio diuitis, scaena conponitur, dei aestimatur
iniuria, si diuitis petitio refutetur.

Deum inquit benedixit et regem, aequalis uidelicet B
persona, ut sit aequalis contumelia. benedixit inquit deum

7 II Cor. 3, 3 11 Rom. 2, 16 Luc. 12, 18 sqq. 15 Bas. 264 A (44 C) 22 Reg. III 20 (21), 10

1 carta *RBACB'D* cartha *cet.* 3 obligationem *CB'N'* uiolentiarum *R* (i *alt. eras.*) *A* 6 mihi cum *CB'𝔄* 7 tibi *om. N'*, *in mg. m2 Monac. 10041* 8 tu *ex* te *P* 9 quam *PCB' et* (m *eras.*) *𝔄* qua *𝔄'E* quem *cet.* tu *P'DLT* tuum *𝔄* (u n *ex* i) *𝔄'E* effugire *P* 10 cuius ... poteris *om. CB'N'* ac recusare *C* 11 reuelauit *PRB* dn̄s *N'* 12 horrea mea *𝔄'* et dn̄s *𝔄'E* 13 eginis prudẹsse *P* pauperibus prodesse *𝔄'E* 16 pauperi pauperibus *P* pauperi *𝔄'E* pauperibus *𝔄* (bus *eras.*) *cet.* 17 ut *PCB'N' et m2 A* et *A m1 cet.* tectum *ex* tecum *RA* 18 induc *DL* diues (es *ex* is) *m3 P m1 R*, *om. CB'N'* 19 cū *ex* cur *R* 20 scaena *RA* scena *cet.* 21 ef|futetur (*m1 corr.* ẹf|refutetur, re *s. u.*) *P* 22 maledixit *RA et* (bene *s. u. m2*) *B* uidelicet (e *pr. ex* i) *P*

et regem. ne diuitem maledicti nomen offendat et sermonis ipso laedatur sono, benedictio pro maledicto uocatur. quaeruntur duo testes iniquitatis. duobus testibus et Susanna est adpetita, duo testis et synagoga inuenit, qui aduersus Christum falsa iactarent, duobus testibus pauper occiditur. C producerunt igitur Nabuthae foras et lapidauerunt eum. utinam uel in suis ei liceret mori! pauperi ipsam diues

47 inuidet sepulturam. et factum est inquit, cum audisset Achab quia mortuus est Nabuthae, conscidit uestimenta sua et cooperuit se cilicio. et factum est post haec et surrexit et descendit Achab ad uineam Nabuthae Israhelitae possidere eam. irascuntur diuites et calumniantur, ut noceant, si non optineant quod desiderauerint. cum autem calumniati nocuerint, dolere se D simulant, tristes tamen et tamquam maesti non corde sed uultu in possessionis direptae locum prodeunt et inpressionis suae iniquitate potiuntur.

48 Hoc diuina mouetur iustitia et auarum digna seueritate condemnat dicens: occidisti et possedisti hereditatem. propter hoc in loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthae, in eo lingent canes sanguinem tuum et meretrices lauabuntur in sanguine tuo. quam iusta, quam seuera sententia, ut quam intulit E

2 Reg. III 20 (21), 13 3 Sus. (Dan. 13) 34 4 Matth. 26, 60 5 Reg. III 20 (21), 13 8 Reg. III 20 (21), 16 19 Reg. III 20 (21), 19

2 laedatur (ae *ex* u) *P* laetatur *P'T* maledictio (i *alt. eras.*) *P* maledictione (ne *s. u. m2*) 𝔄 maledicto (o *ex* io) *E* 3 testes (es *ex* is, *sed* es *eras.*) *P* duobus enim *CB'N'* 4 sinagoga *PBCT* aduersum *BN'L* 5 produxerunt . . . lapidauerunt *euanida in A* 6 ergo *RB* 7 ei *om. L* licerit *P* pauperi *exp.* 𝔄 12 israelitę *P* iezrahelitae *E* 13 calomniantur (v *s.* o *m3*) *P* 14 calomniati *P* se *s. u. P* 15 tristis *P* 18 digna] maligna *R* (na *ex* nam) *A et* (digna *s. u. m2*) *B* 19 condempnat *PAB'*𝔄*E* 20 hoc] ea *RA et* (hoc *m2 s.* ea) *B* hoc in quo loco *N'* lincxerunt *R* (c *eras.*) *BC* lin****** (gent *s. ras. m2*) *A* 21 Nabuthae . . . sanguinem *om. AC*

alteri mortis acerbitatem eam ipse mortis suae horrore dissoluere prohiberetur. inhumatum pauperem deus aspicit et ideo insepultum diuitem iacere decernit, ut et mortuus luat suae iniquitatis aerumnam qui nec mortuo putauit esse parcendum. itaque uulneris sui cruore perfusum cadauer in specie funeris uitae suae prodidit crudelitatem. haec cum pertulit pauper, diues arguebatur, cum diues excepit, pauper uindicabatur. quid sibi autem uult quod meretrices lauerunt F in sanguine eius nisi forte ut meretricia quaedam in illa feritate fuisse regis perfidia proderetur uel cruenta luxuries, qui sic fuit luxuriosus, ut holus desideraret, sic cruentus, ut propter holus hominem occideret? digna auarum, digna auaritiae poena consumit. denique et Iezabel ipsam comederunt canes et uolucres caeli, ut ostenderetur quod spiritalis nequitiae fiat praeda diuitis sepultura. fuge ergo, diues, huiusmodi exi- 579 A tum. sed fugies eiusmodi exitum, si fugeris eiusmodi flagitium. noli esse Achab, ut possessionem finitimam concupiscas. non tibi cohabitet Iezabel illa feralis auaritia, quae tibi cruenta persuadeat, quae cupiditates tuas non reuocet, sed inpellat, quae te faciat tristiorem etiam, cum desiderata posséderis, quae te faciat nudum, cum diues fueris.

8 Reg. III 22, 38 13 Reg. IIII 9, 36

1 orrore *P* dissolueret (t *del. m3*) *P* 2 prohiberetur *P* iuberetur *RBAP'DLT* proderetur *cet.* 3 mortuos (v *s.* o *alt.*) *P* 4 potauit (v *s.* o *m3*) *P* 5 in specie *scripsi* in species *R* species (*om.* in) *A* specie (*om.* in) *CB'N'* in speciem *cet.* 7 diues *alt.* (es *ex* is *m3*) *P* excipit *P* (*corr. m3*) *RBALT* poenam (poena *C*) pauper *CB'N'* 8 uindicatur *RBA* iudicabatur *N'* meretrices (es *ex* is *m3*) *P* lauarunt se (se *s. u.* 𝔄) *N'* 9 sanguinem *RB* meretricia (ci *s. u. m3*) *P* 12 occiderit *P* auaritiae *CB'N'P'* auaritiam *B* (auarum *m2*) *cet.*; *fort.* auaritia 14 spiritalis *P* (s *alt. s. u.*) *D* (s *alt. eras.*) nequitia *PP'* 15 fiat (a *s. u.*) *D* fit *T* sit *L* diuitiis seruitura *RA et* (*corr. m2*) *B* diues (es *ex* is *m3*) *P* 16 sed ... exitum *om. CB'N'* huiusmodi *CB'N'* eiusmodi (*s. m2* huiusmodi) *B*. 18 cohauitet *P* quohabitet *R* (*corr.* coh.) *B* quod habitet *B'* hiezabel *RB* zezabel *C*𝔄 19 tuas *om. RBA* sed inpellat *om. CB'N'* repellat (im *s.* re) *P'* 20 faciet *A* considerata *A* 21 te *om. C*

12, 50 Pauperiorem enim se iudicat omnis abundans, quia sibi deesse arbitratur quidquid ab aliis possidetur. toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditates; eius autem qui fidelis est totus mundus diuitiarum est. toto mundo fugit qui considerans conscientiam suam metuit deprehendi. et ideo Achab ad Helian secundum historiam ait, secundum aenigmata autem diues ad pauperem: inuenisti me inimicus meus. quam misera conscientia, quae se proditam doluit!
51 et dixit Helias ad eum: inueni, quoniam fecisti malum in conspectu domini. rex ille erat et rex Samariae Achab, Helias pauper et indigens panis, cui defuisset uictus substantia, nisi corui alimoniam ministrassent. adeo deiecta erat conscientia peccatoris, ut nec regalis potentiae fastu adtolleretur. itaque quasi uilis et degener inuenisti me inquit inimicus meus et deprehendisti in me quae latere credebam. nulla mentis meae occulta te fallunt; inuenisti me, patent tibi uulnera mea, captiuitas praesto est. peccator inuenitur, cum iniquitas eius proditur, iustus autem dicit: igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas. Adam cum lateret, inuentus est, Moysi autem nequaquam inuenta est sepultura. inuentus est Achab, non inuentus Helias, et sapientia dei dixit: quaerent me mali et non in-

7 Reg. III 20 (21), 20 9 Reg. III 20 (21), 20 12 Reg. III 17, 6 18 Psalm. XVI 3 20 Gen. 3, 8 sq. Deut. 34, 6 21 Reg. IIII 2, 11 22 Prouerb. 1, 28

1 enim *om.* *N'* 2 possedetur *P* 3 cupiditatis *P* 5 deprehindi *P* 6 helian *P* helyam *DE* heliam *cet.* 7 autem] enim *L* inimice *B'* 8 quam] quę *P* prodita modulauit 𝔄 (du *m2 ex* do) 𝔄' proditum *RBAP'* uoluit *P* 9 *in uerbo* Helias *desinit* *L* quod iam *RBA* fecisti *om.* *C* 10 erat ille *om.* *CB'N'* sãmariae *P* 11 paniș (e *s.* i) *T* pane *N'* *et* (is *s.* ę) *P'* panes *A* defuisset (et *ex* it *m3*) *P* defecisset *N'* *et* (*in mg.* defuisset) *D* substantiae *RBAP'* 12 alimonia *PB* defecta *N'* (de*fecta 𝔄) erant *B* 13 peccatori *N'* potentiae 𝔄 (ae *ex* a) potentia *B'* 14 qualis 𝔄 (quasi *m2*) 𝔄' uilis et *om.* *RBA* inquit *s. u.* *T*, *om.* *E* 15 et *PP'DT*, *s. u. m2 B*, *om. cet.* deprehindisti *P* 17 inuenitur peccator *CB'N'* 20 moisi *P* moyse *RB* moysi (i *ex* is) *m2* 𝔄 *m1* *E* 21 non est *CB'N'P'* 22 quaerunt *N'*

uenient. unde et in euangelio Iesus quaerebatur et non inueniebatur. culpa igitur auctorem suum prodit. unde et Thesbites ait: inueni quoniam fecisti malum in conspectu domini, quia culpae reos tradit dominus, innocentes autem non tradit in potestatem inimicorum suorum. denique [F] Saul quaerebat sanctum Dauid et inuenire non poterat, Dauid uero sanctus regem Saul, quem non quaerebat, inuenit, quoniam tradidit eum dominus in potestatem ipsius. captiua igitur opulentia est, paupertas libera.

Seruitis, diuites, ac miseram quidem seruitutem, qui seruitis errori, seruitis cupiditati, seruitis auaritiae, quae expleri non potest. gurges quidam insatiabilis rapidior est, cum inlata demergit, et putei modo cum exundat caeno inquinatur, terram adrodit nihil sibi profuturam. uel hoc exemplo uos [580 A] admoneri conuenit. puteus enim, si nihil haurias, inerti otio et degeneri situ facile corrumpitur, exercitus autem nitescit ad speciem, dulcescit ad potum. ita et aceruus diuitiarum cumulo harenosus speciosus est usu, otio autem inutilis habetur. deriuato igitur aliquid de hoc puteo. ignem arden-

1 Ioh. 8, 21 6 Reg. I 23, 15; 24, 4; 26, 4 7 Reg. I 24, 5 15 Bas. 272 B (48 A) 19 Sir. 3, 30

1 ihs *P* dns ihs *RBAP'DT* dns nr ihs *CBN'* 2 prodet *RA et* (prodit *m2*) *B* 4 culpa *P* tradet (e *ex* i) *R* 5 tradet *PRBA*𝔄𝔄' 7 uero] ergo (g *ex* i) *P* 8 est igitur opulentia *N'* igitur est opul. *CB'* 9 pauperies *N'* 10 diuites (e *ex* i) *P* ac (hanc *P'*) miseram quidem seruitutem *PCN'P' et* (*m2* misera quidem seruitus) *B'* hanc miseram seruitutem *RB et* (*m. ant. s. u.* huic misere seruituti) *A* hac quidem misera seruitute *DT* quia *T* 12 quidem *N'* est rapidior *P'* rabidior *T* cum inlata] cumulata *RA et* (cum inlata *m2*) *B* 13 dimergit *PB'* exurdat cenu *P* 14 adrodit *P* (it *ex* et *m3*) *PDT* adradit *RA et* (o *s.* a *alt. m2*) *B* rodit *CB'N'* (o *ex* a *cod. mus. Brit. Reg.* 5 *F 13*) 15 aurias *PRBA et* (*corr. m2*) 𝔄 16 exercens *RBAP'* exercitatus 𝔄' excitatus *E* nitescit (e *m3 ex* i) *P* 17 ad speciem dulcescit *om. CB'N'* dulciscit *P* dilitiarum (e *s.* i *pr. m2*) 𝔄 cumulo diuitiarum *B'* 19 deriuato *B'N'P'* diriuato *P* (i *pr. ex* e) *cet.* de] ex *D* poteo *B*

tem restinguet aqua et elemosyna resistet peccatis, aqua autem statiua cito uermis facit. non stet thesaurus tuus nec stet ignis tuus. stabit in te, nisi eum operibus tuae miserationis auerteris. in quantis sis, diues, incendiis considera. tua uox est dicentis: pater Abraham, dic Lazaro, ut extremum digiti sui intinguat in aqua et refri-
53 geret linguam meam. tibi igitur proficit quidquid inopi contuleris, tibi crescit quidquid minueris. te illo quem pauperi dederis cibo pascis, quoniam qui miseretur pauperis ipse pascitur et fructus iam in his est. misericordia seminatur in terra, in caelo germinat, plantatur in paupere, aput deum pullulat. ne dixeris inquit deus: cras dabo. qui non te patitur dicere: cras dabo, quomodo patitur dicere: non dabo? non de tuo largiris pauperi, sed de suo reddis; quod enim commune est in omnium usum datum solus usurpas. omnium est terra, non diuitum, sed pauciores qui non utuntur suo quam qui utuntur. debitum ergo reddis, non largiris indebitum. ideoque tibi dicit scriptura: declina pauperi ani-

5 Luc. 16, 24   12 Prouerb. 3, 28 Bas. 276 A (49 C)   18 Sir. 4, 8

1 restinguet *PT* restinguit *P'* extinguet *RBA* extinguit *D* restingue *cet.*   aqua et] quia 𝔄 (i *s. u. m2*) *CB'*𝔄*'E*   elemosyna *D* elimosina *P* elemosina *cet.*   resistet *RBT et* (i *s.* ę *alt.*) *A* resistit (e *s.* i *alt.*) *D cet.*   2 uermis *P* uermes *cet.*   thensaurus *P* thesaurus *cet.*   3 nec] ne *CB'N'P'DT' et* (*m2*) *B*   ignis tuus stet *CB'N'*   ignes` *P*   eum] cum *P*   operibus eum *RBA*   4 aduerteris *RBAT*   quantis uero *CB'N'DT*   diues (e *ex* i *m3*) *P*   considerat *R*   5 est *om. N'*   *post* est *add.* ista *CB'N'*   dicens *R*   habraham *P*   6 aquam *RBB'P'T, fort. recte*   8 decrescit *D* (de *exp.*) *T*   minueris. te illo quem pauperi dederis cibo pascis, quoniam qui miseretur pauperis ipse pascitur *PRBAP'DT* in pauperes (pauperis *C*) prorogaueris (ꝓrogaueris 𝔄𝔄*'* erogaueris *D in mg.*) scriptum est qui miseratur pauperi fenerat dō. ipse cibo in paupere pascitur *CB'N' et m2 in mg. his adiectis* al lib *D*   10 pascetur (e *ex* i) *P et* (e *ex* i *m2*) *B* pascitur (e *s.* i) *P'*   fructus hominis est *RA et* (iam in his *s. u. m2*) *B*   *post* est *add.* et (*eras.*) *R*   misericordiae *CB'N'D*   11 pauperes *CB'N'*   12 pollulat *P*   14 largiaris *A*   reddes *RA et* (i *s.* e *alt.*) *B*   15 tu solus *CB'N'*   16 suo quam qui utuntur *om. N'*   17 reddes *R et* (i *s.* e *alt.*) *B*   largiaris *A*

mam tuam et redde debitum tuum et responde pacifica in mansuetudine.

4 Quid enim superbias, diues? quid dicas pauperi: noli me D
tangere? nonne sic utero conceptus et natus ex utero es,
quemadmodum est pauper natus? quid te iactas de nobilitatis E
prosapia? soletis et canum uéstrorum origines sicut diuitum
recensere, soletis et equorum uestrorum nobilitatem sicut consulum praedicare. ille ex illo patre generatus est et ex illa
matre editus, ille auo illo gaudet, ille se proauis adtollit. sed
nihil istud currentem iuuat; non datur nobilitati palma, sed
cursui. deformior est uictus, in quo et nobilitas periclitatur.
caue igitur, diues, ne in te erubescant tuorum merita maio- F
rum, ne forte et illis dicatur: 'cur talem instituistis, cur talem
elegistis heredem?' non in auratis laquearibus nec in porphyreticis orbibus heredis est meritum. laus ista non hominum,
sed metallorum est, in quibus homines puniuntur. per egentes
aurum quaeritur et egentibus denegatur. laborant ut quaerant,

5 laborant ut inueniant quod habere non norunt. miror tamen,
cur eo uos, diuites, iactandos putetis, cum aurum materia
magis offensionis quam commendationis gratia sit; lignum

3 Bas. 276 B (50 A) 7 Bas. 285 A (53 C) 20 Sir. 34 (31), 7

1 pacifice *A* 2 mansuidudine *P* 3 superbias (a *s. u.*) *P'* superbis (bis *ex* bum *m2* 𝔄) *N'* dicis (a *s.* i *alt.*) *P'* dicis (is *ex* at *m2*) *N'* 4 sic utero *CEDT* sic in utero *RBAP'* sicut utero 𝔄' sic tu 𝔄 *m2* (*cuius scriptura primaria dinosci iam non potest*) sicut ego *PB'* es ex utero *N'*, es *om. T* 5 quemadmodum est pauper natus *om. DT* est pauper natus *P* pauper est natus *Monac. 10041* est natus (*om.* pauper) *B'* et pauper est natus *cet.* de] diu *BT et* (de *corr.*) *D* 6 originis (es *ex* is) *P* origines . . . uestrorum *om. P'* 8 est *om. N'* ex *alt. om. CB'N'* 9 illo] ille *N'* ille] illis *CN'* attolli *N'* adtollis *B'* 11 nobilitas generis *ACB'N'* pereclitatur *P* 12 erubiscant *P* 13 cur talem elegistis *om. RAN'*, *s. u. m2 B* 14 porphyreticis *CB'* porfyreticis *RA* porphireticis *BN'* porfireticis *cet.* 16 ponuntur *T et* (puniuntur *corr.*) *D* 19 eos (s *eras.*) *P'* equos (*om.* uos) *T* iocundos *R* (o *pr. ex* u) *A* iucundos *B* iactando *C* aurum (u *pr. s. u.*) *R* arum *B* harum *A* auro *N'*

enim offensionis est et aurum, et uae his qui sectantur illud. denique benedicitur diues, qui inuentus est sine macula et qui post aurum non abiit nec sperauit in pecuniae thensauris. sed quasi is cognitus esse non possit, eum sibi desiderat demonstrari. quis est? inquit et laudabimus eum; fecit enim quod mirari magis quasi nouum quam quasi usitatum recognoscere debeamus. itaque qui in diuitiis potuerit conprobari, is uere perfectus et dignus est gloria. qui potuit inquit transgredi et non est transgressus, et facere male et non fecit. aurum ergo uobis, in quo tanta erroris inlecebra est, non tam sua
56 gratia quam hominum poena commendat. an uos ampla extollunt atria, quae magis debent conpungere, quia cum populos capiant, uocem excludunt pauperis? quamquam nihil prosit audiri eam, quae etiam audita nil proficit. deinde non ipsa uos pudoris aula admonet, qui aedificando uestras uultis superare diuitias nec tamen uincitis. parietes uestitis, nudatis homines. clamat ante domum tuam nudus, et neglegis: clamat homo nudus, et tu sollicitus es quibus marmoribus pauimenta tua uestias. pecuniam pauper quaerit et non habet: panem postulat homo, et equus tuus aurum sub dentibus mandit.

2 Sir. 34 (31), 8 5 Sir. 34 (31), 9 9 Sir. 34 (31), 10 21 Uerg. Aen. VII 279

1 enim *om.* *B'* et *pr. om.* *CB'N'DT* illis *RA et* (his *s. m2*) *B* 4 pecunia *RBVB'* pecunia et *C et Monac. 10041* his *PRBAP'* 5 est hic *𝔄'E*, hic *post* inquit *s. u.* *𝔄* 6 laudauimus *P* quasi] quā *A* 7 debeạmus *A* 8 his *R* (h *eras.*) *B* uere (e *alt. ex* o) *R* uere (s. e *alt. ras.*) *D* 10 male *PC𝔄* mala *VB'𝔄'E* (κακά *LXX*) malum *RBP'DT* (*in A euanidum*) 11 illecebra erroris *𝔄'* 12 nos (v *s.* n) *V* anpla *P* 13 debent . . . uocem *in mg. m2 V* populus *P* populos (os *ex* us) *𝔄* populū *P'* 14 pauperes *P et* (i *s.* ẹ *tert.*) *AV* 15 possit *P* prossit *V* prosint *RBA* audire (e *m2 ex* i) *𝔄* audis *V* ea *PRBAP'* nil *PP'* nihil *cet.* 16 quia *RBA𝔄'E et* (a *s. u.*) *D* 17 tamen *om.* *RA*, *s. u. m2 B* parietes (es *ex* is *m3*) *P* uestitis auro *V* (auro *s. u. m2*) *CB'N'* homines nudatis *N'* homines ueste nudatis *V* (ueste *s. u. m2*) *CB'* 18 homines (e *ex* i *m3*) *P* exclamat *PP'DT et* (ex *s. u. m2*) *B* clamat homo nudus *om.* *CB'N'* 19 es quomodo *V* 20 tua *om.* *CB'N'* 21 mandet *RBV*

sed delectant te ornamenta pretiosa, cum alii frumenta non habeant: quantum, o diues, iudicium tibi sumis! populus esurit, et tu horrea tua claudis: populus deplorat, et tu gemmam tuam uersas. infelix, cuius in potestate est tantorum animas D a morte defendere et non est uoluntas! totius uitam populi poterat anuli tui gemma seruare.

7 Audi plane qualis diuitem deceat praedicatio. liberaui inquit pauperem de manu potentis et orphanum, cui non erat adiutor, adiuui. benedictio perituri super me uenit, os autem uiduae me benedixit. iustitiam induebar, oculus eram caecorum, pes autem claudorum; ego eram pater infirmorum. et E infra: ante fores meas non habitauit hospes, ostium autem meum omni uenienti patuit. si autem et peccaui inprudens, non celaui culpam meam neque reueritus sum multitudinem plebis, ut non adnuntiarem praesentibus eis. si passus sum infirmum exire ostium meum uacuo sinu. cautionem quoque quam habuit debitoris scissam sine recuperatione debiti reddidisse memorauit. nam

5 Bas. 292 A (56 C) 7 Iob 29, 12—16 13 Iob 31, 32—37

1 delectant (t *alt. s. u. m2*) *RAV* 2 sumis tibi iudicium *N'* 3 populus . . . uersas *infra in mg. D* 4 tantorum hominum *V* 5 et (*s. u. m2*) non est (est *in ras.*) *V* uolontas *P* 6 poterant (n *del.*) *V* anuli *RBAP'DTE et* (*s.* ł animi) *𝔄' et* (*ex* animi) *V* animi *C* (*s.* ał anuli) *PB'𝔄* 8 orphanum *𝔄'E* orfanum *𝔄* (um *ex* orum *m2*) *cet.* 9 adiuuet *P et m2 B, om. DT* pueri *V* 10 et os (*om.* autem) *V* benedixit me *V* 11 iustitiam (m *del.*) *PB* iustitia *VCB'DT* oculos *P* 12 et ego *P'* orfanorum *N'* 13 meę (as *s.* ę) *P* meas (as *m2 in ras*) *𝔄* meos *E* 15 et *om. 𝔄'E* inprudens (r *s. u.*) *P* nonne elaui *P* 18 uacuo sinu *CB'N'V* (κενῷ κόλπῳ *LXX*) uacuo sinu suo *A* uacuos si *R et* (s *pr. exp.*) *B* uacuum si *PP'DT* 19 si quam *AVCB'N'* habuit *AV* habui *cet.* debitores *P* debitori *P'* 20 debiti *om. CB'N'* reddidisse memorauit *RBA* sę reddidisse (di *alt. s. u.*) memorauit *V* (*m2 exp.* se *et* memorauit *et corr.* reddidi) reddedisse memoraui *P* reddidisse memoraui *P'DT* reddidi sine mora *CN' et Monac. 10041* reddidi et sine mora *B'*

quid etiam illa replicem, quod in omni infirmo fleuisse se dicit et ingemuisse, cum uideret uirum in necessitate, se autem in bonis, sed tunc sibi magis fuisse dies malorum, cum se habere cerneret et alios indigere? si hoc ille dicit, qui numquam uiduae fecit oculum tabescere, qui numquam solus panem suum manducauit et non orphano tradidit, quem a iuuentute sua nutriuit aluit instituit parentis affectu, qui numquam nudum despexit, qui morientem operuit, qui uelleribus ouium suarum infirmorum calefecit umeros, non oppressit pupillum numquam diuitiis delectatus est, numquam gratulatus est lapsu inimicorum suorum, si qui fecit haec de summis coepit egere diuitiis, si nihil ex patrimonio tanto nisi solum fructum misericordiae reportauit, quid de te futurum est, qui tuo nescis uti patrimonio, qui in summis diuitiis dies sustines mendicitatis, quia nulli largiris, nulli subuenis?

14, 58 Custos ergo tuarum es, non dominus facultatum, qui aurum terrae infodis, minister utique eius, non arbiter. sed ubi thensaurus tuus, ibi et cor tuum. ergo in illo auro cor tuum terrae infodisti. uende potius aurum et eme salutem,

1 Iob 30, 25—27 5 Iob 31, 16 sq. 17 Matth. 6, 21 Bas. 25 C (54 B)

1 replicem *P* repetam *cet.* 2 dicit *PT et m2 B* dixit *B m1 cet.* ingemuisse se *CN'* uideret (et *ex* it *m2*) *B* 3 magis sibi *RBA*, magis *om. V* (*post* dies *add. s. u. m2*), *s. u. D*, sibi *om. P'* 4 cernerit *P* et *om. CN'* indigeret *P* si] sed *RAP'T et* (si *corr.*) *D* 5 oculum fecit *RCB'N'* oculos fecit *V* oculum facit *BA* tabiscere *BA* 6 solus panem suum *PP'TD* panem suum solus *cet.* manducauit (uit *ex* ret *m2*), *om.* et *V* orphano *𝔄'ED* orfano *cet.* 7 instatuit *P* affectu et rel. (*om.* qui numquam ... operuit qui) nudi operti et uelleribus o. s. humerorum calefactorum (*om.* humeros ... gratulatus est) et quod his maius est quod non lapsu inimicorum suorum gauisus est si quis *V* 8 uellere *B'* 10 est *om. R, s. u. A* 11 lapsu *RBAC* qui *CN'* quid *P* (d *del.*) quis *cet.* 12 agere *V* egredi *CB'N'T et* (*s. l* egere) *D* si *om. RA* nil *P'DT* ex *om. C* tantum *RBA* 13 solum *om. V* relinquit *V* de te *CB'N'* (de *s. u. 𝔄'*) *VDT* te *RAP' et* (*exp.*) *B*, *om. P* 15 quia] qui *cod. mus. Brit. Reg. 5 F 13* 16 es tuarum *CB'N'* 17 eius es *B'P'* arbiter es *A* 18 auro (o *ex* um *m3*) *P* 19 infodisti (o *ex* u *m3*) *P* 19 *sq.* uinde (*ter*) *P*

uende lapidem et eme regnum dei, uende agrum et redime C
tibi uitam aeternam. uera allego, quia uerba adstruo ueritatis.
si uis perfectus esse, inquit omnia quaecumque
habes uende et da pauperibus, et habebis thensau-
rum in caelo. et noli contristari, cum haec audis, ne dicatur
et tibi: quam difficile qui pecunias habent in re-
gnum dei intrabunt. magis cum haec legis, considera quia
ista tibi potest mors eripere, potestas superioris tollere, deinde
quia peteris parua pro magnis, caduca pro aeternis, thensauros D
pecuniae pro thensauris gratiae. isti corrumpuntur, illi per-
59 manent. considera quia hos non solus possides. possidet tecum
tinea, possidet aerugo, quae consumit pecuniam. has tibi con-
sortes auaritia dedit. uide autem quos tibi det gratia debi-
tores: splendidum in panibus benedicent labia iu-
storum et testimonium bonitatis illius fiet. facit
tibi debitorem patrem deum, qui pro munere, quo pauper ad-
iutus est, faenus exsoluit quasi boni debitor creditoris. facit E

3 Matth. 19, 21 sq. Bas. 280 B (51 D) 6 Marc. 10, 23 (Matth. 19, 23) Bas. 288 A (54 D) 11 Matth. 6, 20 Bas. 273 C (49 B) 14 Sir. 34, 23 (31, 28)

1 et *pr. om.* *PP'D* et eme tibi *CB'N'* 2 allegoria *R* uerbo *CB'𝔄E* astruo uerba *V* 3 inquit esse *P'* inquit uade et uende omnia quaecumque habes *V* 4 pauperibus et rel. (*om.* et habebis ... caelo et) *V* 5 dicas *P'* 6 et *om.* *VE* *post* tibi *add.* sicut et adulescenti illi diuiti dictum est *CB'N'DT et in mg. m2 V* qui p̄ intr̄. in r̄ magis dum *V* pecunias] possessiones *N'* 8 mors potest *V* tollere *s. u. P, ex* tolerare *m2 𝔄* deinde] denique *RA* 9 quia pateris *R* (*corr.* qui appetis) quia pe&eris *C* quia appeteris *B'* quia poteris (o *ex* e *m2 𝔄*) *N'* thensauros *et* 10 thensauris *P* thesauros *et* thesauris *cet.* gratiae uendere (uendere *in mg. m3 𝔄*) *N'* 11 solus non (non *s. u. 𝔄*) *N'* solum *B* possedis *P* possedit *P'* tecum] ergo *CB'* ergo (*s.* enim) *𝔄* enim *𝔄'E* 12 possedit (*corr. m3*) *P* aerugo] ergo *P* hos *V* (a *s.* o) *P'* conssortes (s *pr. del.*) *P* 14 splendidi dum *PP'DT* 15 fac *P* 16 *** debitorem *C* patrem debitorem *E* quo *extra u. m. ant. 𝔄* 17 fenus *PRAD* foenus *cet.* exsoluet *𝔄𝔐'B' et* (it *ex* et) *E* exsoluit (e *m2 s.* i) *V* exoluet (i *s.* e) *D* debitor *ex* creditor *P* facit *V*

tibi debitorem filium, qui ait: esuriui et dedistis mihi manducare, sitiui et dedistis mihi bibere, hospes eram et collegistis me, nudus et operuistis me. quod enim unicuique minimorum conlatum est sibi dicit esse
60 conlatum. nescis, o homo, struere diuitias. si uis diues esse, esto pauper saeculo, ut sis deo diues. diues fidei diues est deo, diues misericordiae diues est deo, diues simplicitatis diues est deo, diues sapientiae, diues scientiae diuites deo. sunt qui in paupertate abundent et qui in diuitiis egeant. abundant pauperes, quorum profunda paupertas abundauit in diuitiis simplicitatis suae, diuites autem eguerunt et esurierunt. neque enim otiose scriptum est: diuitum pauperes praepositi erunt et proprii serui dominis faenerabunt, quia diuites et domini superuacua et mala seminant, ex quibus fructum non colligant, sed spinas metant. et ideo pauperibus diuites erunt subditi et serui dominis spiritalia faenerabunt, quemadmodum diues rogabat, ut sibi stillam aquae pauper Lazarus faeneraret. potes et tu, diues, istam implere

1 Matth. 25, 35 sq. 4 Matth. 25, 40 12 Prouerb. 22, 7 15 Hier. 12, 13 16 I Cor. 9, 11 17 Luc. 16, 24

1 filium dei *CB'N' et* (dei *s. u. m2*) *V* dedistis *D* (s *alt. s. u.*) dedisti *T* 2 manducare et reł (*om.* sitiui ... me) *V* dedisti *T* biuere *P* potum *C* 3 operuisti *B* cooperuisti *C et Monac. 10041* 4 etenim *V* est] fuerit *CB'N'* 5 collatum *s. u.* 𝔄 datum *CB'* nescis ... esse *om. N'* o *extra u. C* instruere *V* 6 a seculo *V* diues deo *N'* deo *s. u. m2 V* 7 qui diues est in misericordia hic est diues in deo *CB'N'DT* diues est deo *om. A* diues est ... sapientiae *om. V* diues in simplicitate diues est deo *CB'N'DT*, *om. P'* 8 sapientiae et scientiae *CB'N'DT* diuites] diues est *RAVCB'N' et* (*m2* diuites) *B* 9 abundant *AB' et* (ant *m2 ex* ent) *B* 10 pauperes ... abundauit *om. V* abundabunt 𝔄'*E* 12 diuitibus *P'* 13 fęnerabunt 𝔄'*D* foenerabunt *T* fenerabunt *cet.* 14 domini (o *ex* u?) *P* mala] multa *RBAP'DT* 15 non *om. N'* conligunt *RB* colligunt (a *s.* u) *A* et *exp. A*, *om. CB'N'* ita pauperis diuitibus preerunt *B'* 16 (*item in sqq.*) fęnerare *D* foenerare *A* fenerare *cet.* faenerabunt] seminabunt *RBA* 17 rogabat] fenerabat *N'* 18 istam *om. D*

sententiam. largire pauperi, et domino faenerasti; qui enim largitur pauperi deum faenerat.

Pulchre autem sanctus Dauid in psalmo septuagesimo quinto hymnum deo concinens ad Assyrium scriptum, hoc est aduersus nequitiae spiritalis Assyrium, inanem ac uanum principem istius mundi, ita coepit: notus in Iudaea deus, hoc B est non in diuitibus, non in nobilibus et in potentibus, sed in anima confitente notus est deus. et in Istrahel magnum inquit nomen eius, non in principibus et consulibus, sed in eo qui deum uidet; ipse est enim Istrahel, in quo profunda fides ad cognitionem dei potuit peruenire. et factus est inquit in pace locus eius, ubi quietus affectus nullis diuersarum cupiditatum exagitatur fluctibus, nullis auaritiae turbatur procellis, nullis diuitiarum quaerendarum ignescit C incendiis. ipse est qui speculatur aeterna et habitat in Sion, confringens omnia spiritalium instrumenta bellorum, conterens arcus, quibus diabolus ignita dirigens iacula graues pectoribus

1 Prouerb. 19, 17 4 Ephes. 6, 12 6 Psalm. LXXV 2 8 Psalm. LXXV 2 11 Psalm. LXXV 3 15 Psalm. LXXV 5 et 3 16 Psalm. LXXV 4

1 largire] etlargire *R et* (et *exp.*) *B* et largiri *A* largire (*s. m2* si largieris) *V* si largieris 𝔄 *m1 C*𝔄' si largiris *B* si largiaris 𝔄 *m2 E* fenerasti *V m1* feneraueris *V m2 CB'N'* fenerari (ri *in ras.*) *R* foenerare *A* 2 dm̄ *P* dn̄o 𝔄'*E* deo *cet.* 3 septuagisimo *P* 4 imnum *P* himnum 𝔄 ymnum *P'T*𝔄'*E* id est *V* 5 nequitias *CB'N'* spiritales *CB'*𝔄*E* adsirium *P* assirium *T* assyriorum *V* enim inanem *CB'N'* ac] et *TE* uacuum *T* (*ex corr.*) *N'* 6 mundi sonat *C et* (sonat *s. u. m2*) *V* *post* deus *add.* in israhel magnum nomen eius *CB'N'* 7 est *om. A* id est in confessione non *V* et in *PP'DT* sed in *CB'N'* et *RBAV* potestatibus *RA* sed in *PP'DTRBA et m2* 𝔄 et in 𝔄 *m1 cet.* sed notus est deus in anima confitente non in potente *V* 8 animā confitentem *P* confitendo *B'* notus est *om. CB'N'* deus *om. RA*, *s. u. m2 B*, deo *CB'N'* et in ... eius *om. CB'N'* in Istrahel *om. P* israhel *uel* isrł *libri* magnūs *P* 9 inquit *om. V* 10 ipse *in ras. m2 V* enim *s. u. m2 V* isrħł *P* israhel *uel* isrł *cet.* (*om. V*) (*item p. 508, u. 10*) 12 inquit *om. CB'N'* *post* eius *add.* et habitatio eius in sion *CB'N'* 14 querendarum diuitiarum 𝔄'*E* igniscit *D Monac. 10041* ignescit (e *ex* i) *T* 15 et *om. P* 17 iaculas *B*

hominum solet inurere passiones. sed illa iacula iusto nocere non possunt, cui deus lux est, tantumque abest a caligantium horrore tenebrarum, ut aduersarius in eo locum habere non possit, qui etiam principibus se consueuit infundere, sicut infudit Iudae etiam proditori concidens tamquam in silua lignorum fidei ianuas, ut in cor eius haberet ingressum et aeterni nominis tabernaculum possideret apostolatus conlati munere dedicatum. ergo ille quasi inprobus usurpator concidit ianuas, ut uiolentus introeat, dominus autem quasi pius inlustrat seruolos et eorum fulgentibus meritis et claritate uirtutum tenebras mundi huius inluminat. hanc pacifici atque mansueti habent aput deum gratiam sobria mentis suae tranquillitate fundati, insipientes autem corde turbantur et ipsi sunt sibi propriae exagitationis auctores, quia desideriorum suorum uoluuntur aestu et quodam salo fluctuant.

15, 63 Qui sint isti significauit expresse dicendo: omnes uiri diuitiarum. omnes dixit, nullum excepit. et bene uiros diuitiarum appellauit, non diuitias uirorum, ut ostenderet eos non possessores diuitiarum esse, sed suis diuitiis possideri; possessio enim possessoris debet esse, non possessor possessionis. quicumque igitur patrimonio suo tamquam possessione non

2 Psalm. LXXXXVI 11 4 Psalm. LXXIII 5 sq. 6 Luc. 22, 3 7 Matth. 10, 4 16 Psalm. LXXV 6

1 illa *om.* *P'T* 2 et tantum (*om.* que) *V* 3 eo (o *ex* a) 𝔄 eum *V* 5 infundit *RET* infudit (d *in ras.*) *D* etiam *om.* *CB'N'* in (*exp.* *D*) ligna siluarum *DT* 6 et ut *D* 7 possideret *post* dedicatum *transponit* *V* apostolatus . . . dedicat *del. m1* 𝔄, *om.* 𝔄'*E* 8 muneri 𝔄 muneris *T* dedicatum *V*, *om.* *RBA*, dedicat *cet.* (*exp. in D*) ille] princeps huius mundi *CB'N'* 10 seruulos *P* (u *alt. ex* o) *cet.* claritatem *PRB* 12 sobriā *RBA* 13 insipientes (s *alt. add. m3*) *P* 14 sunt sibi] s (*s. u.*) sibi (*om.* sunt) *P'* sibi sunt *CB'N'* 15 uoluuntur *R* (*corr. m1*) *B* aestu uolūuntur *CB'N'* solo *V* stilo *A* 16 qui autem sint isti prophete significauit *CB'N'* qui autem (autem *s. u.* *m2*) *V* isti significauit *in ras.* *P* expresse significauit *V* expresse *om.* *CB'N'* 18 apellauit *P* 19 suis] a suis *RBAP'DT* possederi *P* 20 possessoris (i *ex* e) *P*

utitur, qui largiri pauperi et dispensare non nouit, is suarum 584 A seruulus, non dominus facultatum est, quia alienas custodit ut famulus, non tamquam dominus ut suis utitur. in huiusmodi ergo affectu dicimus quod uir diuitiarum sit, non diuitiae uiri. intellectus enim bonus utentibus eo, qui autem non intellegit, is utique intellectus sibi gratiam non potest uindicare et ideo somno temulentiae consopitus obdormiuit. huiusmodi igitur uiri somnum suum dormiunt, hoc est suum somnum, non Christi dormiunt. et qui somnum Christi B non dormiunt non habent Christi quietem, non surgunt Christi resurrectione, qui ait: ego dormiui et quieui et surrexi, quoniam dominus suscipiet me. in hoc quoque saeculo dormitant digni habiti increpatione caelesti qui ascenderunt equos, quos refrenare non poterant. legimus alibi dicente ecclesia siue anima: posuit me currus Aminadab. si ergo anima currus est, uide ne equus caro sit, agitator

5 Psalm. CX 10 8 Psalm. LXXV 6 11 Psalm. III 6 13 Psalm. LXXV 7 15 Cant. 6, 11

1 quia (a *eras.*) *P* dispensare (i *ex* e *m3*) *P* his *P* 2 seruulus est (*om. deinde* est) *CB'N'* quia (*om.* alienas) *RA et m1 B* qui alienas *P et m2 B* qui aliena *C𝔄* quia aliena *𝔄'E* quia bona *B'* quia sic et alios *V* costodit *P* 3 famulos *PV* ụṭ *A*, ut *del. m2* 𝔄, *om.* *𝔄'E*. de *B'* utatur *Cb' et* (i *s.* a *m2*) 𝔄 in huiusmodi . . . diuitiarum *in ras. m1 P*, *s.* in huiusmodi ergo affectu *est ras.* 4 adfectū *RA* discimus *B'* dicimur quod uir diu. sit *s. u. P* 6 his *A et* (h *exp.*) *RB* 7 temulentio *B'* compositus *V* obdormit *D* (it *ex* iuit) *CB'N'P'* 8 somnium *PBC𝔄E et* (i *eras.*) *RA* dormierunt *B'* hoc est suum somnum *om. CB'N'* 9 somnium *P* somnium (i *eras.*) suum *A* *post* dormiunt *add.* somnium *C𝔄'E* somnum *B'𝔄* et . . . dormiunt *om. V* somnium *PBC𝔄E et* (i *eras.*) *RA* christi somnum *B'* 10 Christi] in (*s. u*) christi *A* in *N'* 11 resurrectionem *CN'* quietem *RBA* quia ipse ait *CB'N'* ego dormio et cor meum uigilat (*om.* et quieui . . . me) *V* resurrexi *RBA* 12 suscipiit *P* suscepit 𝔄 (*m2 ex* suscipiet) *CB'𝔄'E* quoque *CB'N' et* (*in mg.* quique) *D* qu•que *A* quique *cet.* 13 dormiant *C𝔄'E* dormiunt (u *ex* a) 𝔄 quia *RBAN'V et* (a *del.*) *D* 13 *et* 508, 3 ascinderunt *P* 14 dicentem *ACB'N'V* 15 ecclesiam *R* (m *eras.*) *ACB'N'V* animam *R* (m *eras.*) *ACB'N'V* 16 anima *om. P* caro equus *T*

autem uigor mentis, qui regit carnem et motus eius uelut quosdam equos prudentiae habenis cohercet. dormitauerunt ergo qui ascenderunt corporis uoluptates nullo eas moderamine gubernantes. unde et ascensores eos quam equites uel agitatores maluit nuncupare. agitator etenim cum disciplina et arte pro suo equos arbitrio agitat, ut uel currentes incitet uel reflectat indomitos uel reuocet fatigatos uel mansuetos pro sua uoluntate conuertat. unde cum reciperetur Helias et curru quasi ad caelum ferretur, clamauit ad eum Helisaeus: D pater, pater, agitator Istrahel et eques ipsius, hoc est: qui populum domini bono ductu regebas constantiae merito hos accepisti currus, hos equos ad diuina currentes, quia moderatorem te humanarum mentium dominus conprobauit, et ideo tamquam bonus auriga certaminis uictor aeterno praemio coronaris. in Ambacum propheta quoque lectum est ad ipsum dominum dictum: ascendes supra equos tuos, et equitatus tuus salus; agitauit enim

10 Reg. IIII 2, 12 16 Habac. 3, 8

2 qu*asdam (o *m2 s.* a *pr.*) equos (*s. u. m2*) *V* cohercit *P et* (*corr. m2*) *V* 3 ergo *s. u. m2 V* *post* ascenderunt *add.* equos *V* (*s. u. m2*) *CB'N'* uoluptatis *P* uoluntates *RBA* eas (a *ex* o) *D* eos *B'* ea *V* 4 gobernantes *P* et *om. V* maluit uel agitatores *V* 5 enim *CB'N'* 6 ante *CB'* arte (r *ex* n) 𝔄 pro (cum *N'*) arbitrio suo equos *CB'N'* agitat *om. RA, s. u. m2 B* uentilat (*s. m3* agitat) *Monac. 10041* ut uel *RBA* uel ut *PP'DT* uel (*om.* ut) *CB'N'V* incitet (a *s.* e *m2*) *V* incitat *CB'N'* 7 reflectet (i *m2 s.* e *tert.*) *V* reflectit *CB'N'* reuocet (a *s.* e *m2*) *V* reuocat *CB'N'* 8 uolontate *P* conuertit *B'*𝔄*'E et* (i *m2 ex* a) 𝔄 *Monac. 10041* 9 ad] in *V* 10 et *om. P* eques (es *ex* is *m3*) *P* ęius 𝔄*'E* 11 dictu *R et* (v *m2 s.* i) *BA* gubernabas (ba *s. u.*) *V* 12 currentes *B'* (*corr.* currens) currens *P'* curris id est *P* currens id est *D* (*s.* currentes *eras.*) *T* 13 animarum humanarum (*om.* mentium) *N'* 14 et *om. D*𝔄*'E* boni *CB'N'V* 15 abacuc 𝔄 (*m2 ex* ambacum) *V* (c *alt. s. u. m2*) *CB'*𝔄*'EDT* abachuc *A* abbacuc *P'* profeta quoque *P* quoque propheta (*uel* profeta) *cet.* 16 ascindes *P* ascendens *RBAP'T* ascende *N'* qui ascendes (*om.* ad i. d. dictum) *V* supra *PP'* super *cet.* 17 equitatio tua *V* tuos *P* (*corr. m3*) *A* solus *A* sanitas *P'* agitaui. té enim *R* agita aut enim *A*

apostolos suos, quos per diuersa direxit, ut toto orbe euan- E gelium praedicarent. a s c e n d e s ait quasi rectori equorum, non quasi ascensori. ascendit enim etiam eques, sed ut regat, non ut tantummodo sedeat, eo quod desidiosus et piger so- 65 mnolentae proferre non possit mentis incessum. de equite autem lectum est: e t e q u e s c a d e t r e t r o r s u m e x p e c t a n s s a l u t e m d o m i n i. etenim quia nemo sine lapsu est, etiamsi quis eques ceciderit et terrenis aliquibus uitiis fuerit inflexus, F si tamen non abiciat spem resurgendi, fretus miseratione diuina peruenit ad salutem. de ascensore uero manifestum est indicium, quod reprehensibilis habeatur, quando Moyses ipse ait in cantico Exodi: e q u u m e t a s c e n s o r e m p r o i e c i t i n m a r e. et in Zacharia locutus est dominus dicens: p e r c u t i a m o m n e m e q u u m i n a m e n t i a e t a s c e n s o r e m e i u s i n i n s i p i e n t i a. non dixit solum equum, sed et ascensorem, quomodo et in Exodo habes: e q u u m e t a s c e n s o r e m. ubi enim ascensor, qui non potest equum 585 A proprium gubernare, equus quoque fertur in praeceps et

6 Gen. 49, 17 12 Exod. 15, 21 14 Zach. 12, 4

1 diuersa (a *in ras.*) 𝔄 diuersa mundi 𝔄'*E* direxit] duxit *B'* orbem *B* orbi *N'* 2 ascendes ... incessum *om. V* ascendes *RA* ascendens *B et* (ns *eras.*) *C* ascinde *P* ascende *cet.* rectori *C et* (r *pr. m2 ex* p) 𝔄*D* rector *A* peccatori *R* peccori 𝔄' (c *pr. s. u.*) *E* pectori *cet.* non quasi equorum 𝔄'*E* ecorum *R* 3 ascensore *RB* ascensor *A* non tantummodo ut sedeat sed ut regat *CB'N'* 4 somnolentus 𝔄'*E* 5 praeferre *RBA* incessūş *B* equitante 𝔄 *m2* (equite *m1* 𝔄) *CB'* 6 cadet] ascendit *CB'N'* 7 etenim *s. u. m2 B, om. RA* 8 eques *om. CB'N'* implexus 𝔄'*E* 9 abitiet *V* fletus 𝔄 (*corr. m2*) *B' et exp. m3 Monac. 10041* 10 ascensione 𝔄 uero *s. u. m2 V* 11 indicium *V* **rep̄hensibilis *P'* inp̄hensibilis *B'* reprehensibilis ... Exodi *om. V* ipse moyses *T* 12 equum ds̄ *V* 13 dominus *om. B'* 15 non dixit ... et ascensorem *om. V* dixit *s. u. P* 16 et *pr. om. ACB'N'* et *alt. om. ACB'N'* equm ... non potest *s. u. m2 P* 17 *post* ascensorem *add.* proiecit in mare *RBAP'T et in mg. D* enim *P et qui post* ascensor *add.* insapiens (a *s. u.*) est *V* est enim *CB'N'* enim est *cet.* equm *et* 18 equs *P* 18 equus] eques *CB'* equus ... praeceps *om. N'* et] si *CB'N'*

indomito furore in praerupta et periculosa raptatur. quid
igitur uobis in equis confiditis, diuites? mendax equus
ad salutem. quid in curribus plauditis? hi in curribus
et hi in equis, nos autem in nomine domini magnificabimur. ipsi obligati sunt et ceciderunt, nos
autem surreximus et erecti sumus. nolite amare
adhinnientes, nolite, diuites, fremitu libidinis excitari. terribilis
est dominus et cui nemo possit potens et diues resistere; B
iudicium caeleste iaculatur.

16, 66 Bonum est ut iam quiescatis et a flagitiis feriantes reue- C
reamini domini potestatem. ideo dictum est parricidae Cain:
peccasti, quiesce, ut modum peccato suo poneret. cogitationes uestrae confiteantur domino. non dicatis: non peccauimus. dixit Paulus: etsi nihil mihi conscius sum,
addidit tamen: sed non in hoc iustificatus sum. et
uos etiamsi nihil estis conscii, confitemini tamen domino, ne
quid sit quod uos praetereat. etenim qui confitetur domino et reliquias cogitationis adhibuerit ad confessionem D

2 Psalm. XXXII 17 3 Psalm. XVIIII 8 sq. 7 Psalm. LXXV 8 et 13 9 Psalm. LXXV 9 12 Gen. 4, 7 14 I Cor. 4, 4 15 I Cor. 4, 4 17 sq. Psalm. LXXV 11

1 forore *P* rapiatur *PB'* rapitur *DT*² 2 diuitis *PT* mendas *C* falsus *RA et* falsus *post* equus *B* mendax e. ad salutem *in mg. m2* *V* (*qui om.* quid ... plauditis) est equus *N'* equus est *CB'VD* 3 uobis plauditis *CB'N'* plaudetis *RB et* (i *s.* e) *A* hii *P* 4 hii *PT* dni di nri *B'* 5 inobligati *C et* (in *eras.*) 𝔄 6 resurreximus *RBV* sumus *om.* *V* 7 hinnientes *B'V* adhinnientes (ad *extra u.*) *D* diuitis *P* diuites *P'DT*, *om. cet.* 8 potest *N'* diuis *P* 10 ut iam] utinam *B'T* quiescatis (e *ex* i *m3*) *P* a flagitiis] affligitis *T* feriantis *P* (n *del.*) feriatis *RBT et* (s *eras.*) *P'* ferientis *V* (*corr. m2*) *A* 12 quiisce *P* ponerit *P* imponeret *V* cogitationis *P* 13 *in uerbo* uestrae (*f.* 193v) *desinit V, exciderunt folia duo* confitentur *A*𝔄*'E* 14 dixit tamen (quamuis *E*) scs paulus *CB'N'* etsi] et *P'DT* nil *P'* mihi nihil *A* mihi *s. u. C* 17 etenim qui] qui enim *RBA* etenim *CB'N'* confitebitur (bi *s. u.*) *D* (ἐξομολογήσεται *LXX*) dominum *PDT* 18 et] etsi *CB'N'* reliquas cogitationes *N'*

diem festum mentis celebrabit arcano et epulabitur non in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et ueritatis. itaque in conclusione conuersus ad uos propheta ait: orate et reddite domino deo uestro, id est: nolite dissimulare, diuites — dies instat —, orate pro peccatis uestris, reddite pro beneficiis quae habetis munera. ab ipso accepistis quod offeratis, ipsius est quod ei soluitis. dona, inquit, mea et data mea, hoc est E quae offertis mihi dona data sunt mea; ego ea dedi uobis atque donaui. denique propheta ait: bonorum meorum non indiges, ideo tua tibi offero, quoniam nihil habeo quod non dedisti. fides est quae dona conciliat, humilitas est quae oblata commendat. fide Abel plurimam hostiam optulit deo; super Cain fratris munera placuit munus Abel, quia fide uicit. nam unde pauperis hostia magis quam diuitis placet? quia pauper fide ditior est, sobrietate locupletior. et cum sit pauper, ex illis est de quibus F dicitur: tibi offerent reges munera. non enim purpuratis offerentibus, sed motus proprios regentibus Iesus dominus delectatur, qui corporali lasciuiae mentis dominentur imperio. orate ergo, diuites! non habetis in operibus quod placeat. orate pro peccatis uestris atque flagitiis et reddite 586 A

1 I Cor. 5, 8 4 Psalm. LXXV 12 8 cf. Paralip. I 29, 14 10 Psalm. XV 2 13 Hebr. 11, 4, Gen. 4, 4 sq. 18 Psalm. LXVII 30

1 celebrauit *P𝔄𝔄' et* (-bit *corr.*) *A* celebrabitis *P'T* aepulauitur *P* epulabitis *P'T* 3 azymis *R* azimis *cet.* senceritatis *P* 4 ait *PDT* dicit *cet.* 5 diuitis *P* 6 uestris *CB'N'*, *om. cet. cf. u. 22* 8 data] mandata *P'* 9 offertis (tís *ex* atis) *D* dona] donata (ta *eras.*, *om.* data) *B* sunt (*s. u.*) mea sunt *T* 10 q̄m bonorum *CB'N'* 11 iindiges *R* eges *CB'N'* ideo *om. N'* quoniam nihil] quoniam *𝔄 m1* qui non *𝔄 m2 𝔄'E* 14 deo *PP'T* ideo *RBA* deo ideo *cet.* fratris (i *ex* e) *P* 15 hostia *om. CB'N'* 16 placit *P* 17 de *om. 𝔄'E* 19 motos *P* proprior *B* d̄ns ih̄s *RBA* 20 delectatus *B' et* (-ur *m2*) *𝔄* corporalis *BP''T* corporis (*m2* corporalis) *A* corporali. *D* lasciuae *C* mentis (s *in ras.*) *P* dominetur *RB* dominentur (a *m2 s.* e) *𝔄* 21 quia (*s. u.*) non *P'D* in *s. u. P*

domino deo uestro munera. reddite in paupere, in egeno soluite, in illo inope faenerate, quem placare propter flagitia uestra aliter non potestis. quem ultorem timetis facite debitorem. non accipiam inquit de domo tua uitulos neque de gregibus tuis hircos, quoniam meae sunt omnes ferae siluarum. quidquid optuleritis, inquit, meum est, quia totus orbis est meus. non exigo quae mea sunt; est quod de uestro possitis offerre studium deuotionis et fidei. non sacrificiorum ambitione delector; tantummodo, o homo, immola deo sacrificium laudis et redde altissimo uota tua.

68 Aut certe, si placet, sic accipiamus. quoniam dixit obdormisse somnum suum diuites, increpationes domini praemisit in eos, terrorem subtexuit, potentiam praedicauit, cui nec diuites resistant. conuersus ad uniuersos ait: diuites dormitent, diuites increpentur, uos orate et reddite domino deo uestro omnes, qui in circuitu eius offerunt munera, id est agite gratias, pauperes, quia non est personarum acceptor deus. illi diuitias struant, condant pecunias, auri aggerent argentique thensauros; uos orate, qui aliud

4 Psalm. XXXXVIIII 9 sq. 10 Psalm. XXXXVIIII 14 12 Psalm. LXXV 6 16 Psalm. LXXV 12

1 nro *RBDT* pauperem *RB* pauperes *CB'N'* egenos *CB'N'* 2 illos *CB'𝔄*, *om.* *𝔄'E* inopes *CB'𝔄'E* inopē 𝔄 inopi *A* fenerate *D* foenerate *AT* fenerato *B'* fenerate *cet.* quem] q al que *C* quae *B'N'* *post* placare *add.* possint *CB'N'* 3 aliter enim *𝔄'E* *post* facite *add.* uobis eum *CB'N'* 4 accipiamini quid de *RB* uitulos *ex* uitolus *P* 6 inquit *om.* *CB'N'* 7 totus (u *ex* o) *P* meus est *CB'N'* quod meum est. sed est *E in mg.* sed est *CB'𝔄𝔄'* 8 uestro mihi *CB'N'* possetis offerre (r *pr. s. u.*) *P* studio *N'* 9 sacrificii *T* ambitionec (c *del.* *R*) delectator (ta *eras.* *R*) *RB* tantumodo *P* o *om.* *DT* 12 sic] si *R* accipiam *CB'N'* 13 somnium *RBC𝔄* et (i *eras*) *A* diues 𝔄 increpationis *P* 14 in eos] meis *P* terrorem (t *eras.*) *𝔄'* errorem *CB'𝔄E* 15 et conuersus *𝔄'E* 16 *ante* uos *add.* oro *CB'N'* 17 offerent *B* (οἴσουσι *LXX*) 18 gratia *P* 19 struant *P* instruant *RBAP'DT* seruent *cet.* 20 aggerant *P* aggregent *RBAP'D* argenti (*om.* que) *𝔄'E* thensauros *P* thesauros *cet.*

non habetis; uos orate, qui hoc solum habetis, quod est auro pretiosius et argento. uos reddite munera, qui a domino non receditis, qui estis in circuitu, quoniam qui eratis longe facti estis prope. qui autem prope sibi uidentur esse per diuitias
ac potentiam longe facti sunt propter auaritiam. nemo enim D
foris est nisi quem culpa excluserit, ut eiecit Adam de paradiso et exclusit Euam, nemo longe nisi quem flagitia propria
69 relegauerint. ergo uos prope positi orate et reddite munera terribili et ei qui aufert spiritum principum, terribili aput reges terrae, eo quod nullo redimatur diuitis praemio, nullo inflectatur potentium supercilio, qui
culpae pretia discriminat, qui quo plus alicui contulerit eo E
plus exigit ab eo, Saul priuato contulit regnum, sed quia mandatum non custodiuit, et regnum amisit et spiritum, multos reges gentium propter perfidiam fecit e populo patrum esse captiuos et, ut iam de proposita loquamur historia, qui Achab regem ingratum caelestibus beneficiis ita iussit occidi, ut a canibus eius uulnera lamberentur. etenim quia pauperis uineam concupiuerat, nequaquam tantis opibus expletus
imperii infra omnem inopiam redactus a domino. non qui F
uulnera eius lauaret inuentus est, non qui corpus operiret.

1 Act. 3, 6 3 Ephes. 2, 13 9 Psalm. LXXV 13 12 Luc. 12, 48 13 Reg. I 9, 21 16 Reg. III 20 (21), 19

1 uos orate *om. RBA*, uos . . . habetis *om. P'T* qui] quia *Monac. 10041 et* (a *eras.*) 𝔄 qui ad *B'* auro *om. B'* auro argentoque (argentoque *s. u.*) p̄ciosius *E* 2 quia a *PP'T* qui (*s.* ł quia) a *D* non *om. CB'𝔄𝔄'* 3 reciditis *P* est *DT* 5 auari *B* 6 culpam (m *del.*) *P* culpā *B* ut] sicut *CB'N'* paradisso *P* 7 euam exclusit *CB'* euam neglexit *N'* 8 propositi (*om.* prope) *C* ororate (or *alt. eras.*) *P* 9 terribili dō *CB'N'D* et . . . terribili *om. T* auferit *P* auferet *RB* principum spiritum *N'* 10 regis *P* 11 precio (cio *eras.*) *T* 12 contigerit *B* 13 saul quippe (ppe *s. u.*) *P'* 14 costodiuit *P* 15 e *om. CB'N'D* 16 et] sed *RBA* preposita *P* quia *DT*, qui *om. E* 17 achac *P* ingradum *RB* caelestibus ingratum *𝔄'E* 18 canes (*om.* a) *N'* lamberent (ent *ex* entur 𝔄) *N'* 19 concupierat *CB'N'* 20 redactus est *𝔄'E* a dn̄o est (est *s. u.*) *A* 21 uvlnera (v *s. u. m3*) *P* lauarit *P*

defecit circa eum humanitas hominum, canum successit
asperitas. dignos plane sui ministros funeris auarus inuenit.
17, 70 Hoc loco illud oritur quaestionis, quomodo legimus domi- 567
num dixisse ad Heliam: uidisti quemadmodum com-
motus est Achab a facie mea? non inducam in B
diebus eius mala, sed in diebus filii illius indu-
cam mala aut quomodo dicimus quia ualet aput dominum
paenitentia? ecce rex motus est ante faciem domini et ibat
plorans et conscidit uestimenta sua et operuit se
cilicio et erat indutus sacco ex illo die, quo inter-
fecit Nabuthae Israhelitem, ita ut deum misericordia
commoueret et mutaret sententiam. ergo aut paenitentia non
ualuit nec inflexit dominum misericordem aut oraculum fal-
sum est. nam Achab uictus est et occisus. sed considera C
quia Iezabel habebat uxorem, cuius inflammabatur arbitrio,
quae conuertit cor eius et nimiis sacrilegiis execrabilem
fecit. et hunc ergo paenitentiae eius reuocauit affectum, do-
minus autem non potest mutabilis aestimari, si confessionis
inmemori non putauit esse seruandum quod promiserat con-
71 fitenti. accipe aliud uerius. et indigno seruauit dominus tenorem

4 Reg. III 20 (21), 29 8 Reg. III 20 (21), 27 14 Reg. III 22, 34 sqq. 15 Reg. III 20 (21), 25

1 homanitas *P* 2 asperitas (perita *s. u. m2*, s *add. m3*) *P* sane *RBA* *post* funeris *ras. 6 fere litt. in P;* funeris *erasum esse uidetur* 3 oritur illud *𝔄'E* dixisse dnm *RBACB'N'* 4 commutus *P* 5 inducam *s. u. m2 P* 6 filii eius *RA𝔄'E et* (illius *corr.*) *D* eius filii *B* 7 dicemus *RBA* 8 penitentiam (m *del.*) *P* domini] dī *𝔄'E* 10 cilicium (*om.* sē) *RB* 11 israelitē *P* israhelitam *𝔄* iezrahelitem *E* dnm *RBAP'DT* misericordiā *P* ad (*s. u. m2*) misericordiā (ā *ex* a *m2*) *𝔄* 12 commouerit *P* paenitentiam *RB* 14 et uictus *RBADT et* (*in quo* nam & achab) *P'* sed quia considerauit (uit *s. u. m3*) quia *P* 15 habuit *𝔄T* infamabatur *C* informabatur *B'* 16 nimis *RBCB' et* (*corr. m1*) *A*, (*corr. m2*) *𝔄* 17 huc *R* hanc (hec *m2*) *𝔄* ad paenitentiae *B'* 18 aestimari (ri *s. u. in ras. m2*) *𝔄* si *CB'𝔄* sed *cet.* 19 inmemor *A* in memoriā *P* potauit *P et* (v *s.* o) *P'* putauit (ui *ex* bi *m2*) *𝔄* putabat *𝔄'E*

sententiae suae, sed beneficia circa se diuina ipse non tenuit. intulerat bellum rex Syriae. uictus est et seruatus ad ueniam, captiuus quoque libertate donatus et remissus ad regnum est. 588 A quod fuit diuinae sententiae non solum euasit Achab, sed etiam triumphauit, quod ipsius ignauiae hostem sibi, a quo uinceretur, armauit. et certe fuerat monitus a propheta dicente: *cognosce et uide quid facias*, monitus inquam erat eo quod Syriae regis pueris deberetur gratiae caelestis auxilium, quoniam dixisset: *deus montium deus Istrahel* et non deus Baal. *propter hoc* inquit *obtinuerunt pro nobis. et ideo* inquit *si non plene obtinuerimus eos,* B *in locum Syriae regis satrapas constitue*, ut uirtutem illis et potentiam regis auferret. denique primo congressu uicit, ut fugaret hostem, secundo uicit, quando captum imperio suo reddidit. qua causa uincendi eius euidens resultauit oraculum dicente uno ex filiis prophetarum ad proximum suum: *occide me. et noluit homo occidere eum. et dixit: eo quod non oboedisti uerbo domini, ecce tu recedis a me, et interficiet te leo. et recessit ab eo, et inuenit eum leo et interfecit eum. et post* hoc alius propheta adstitit ante regem Israhel et dixit ad C eum: *haec dicit dominus: quoniam dimisisti tu uirum exterminationis de manu tua, ecce anima*

2 Reg. III 21 (20), 1 et 29 sqq. 7 Reg. III 21 (20), 22 9 Reg. III 21 (20), 23 sq. 13 Reg. III 21 (20), 29 sqq. 17 Reg. III 21 (20), 35 sq. 22 Reg. III 21 (20), 42

1 ipsa *B'* 2 *sqq.* siriae *P* 2 seruatos (v *s.* o *m2*) *A* 3 captus *B'* libertati 𝔄'*E* est *om.* *AE* 4 fuit] fit *P* 5 a *om.* 𝔄'*E* 6 motus *B'* profeta *P* 9 dixissent 𝔄'*E* dixit *CB'* ishł *P* isràhel *uel* isrł *cet.* 10 et *om.* *P'* baal *BAP'B'*𝔄'*E* bahal *T* (h *s. u.*) *cet.* 11 *in uerbo* obtinu[erimus *desinit* 𝔄 *mutilatus; cetera suppleuit manus saec. XVII* obtinuerimus (ri *ex* re *m3*) *P* 12 regis (*del. m2*) siriae regis *P* constitue *PP'DT* constituet *RB* constituite 𝔄'*E* constituit *cet.* 14 fugerit *P* fugeret 𝔄' 15 qui *B'* quia *D* euidenti *P* euidenter 𝔄'*E* etuidens *C* 16 oraculo *P* 19 tu (*s.* ut) *R* ut *BC* recedis *C* recidis *P* recedas *B'* recedes *cet.* secessit *RBACB'* 22 tu *om.* *P'DT*

tua pro anima illius et populus tuus pro populo
73 illius. liquet igitur his oraculis quod dominus etiam circa indignos promissa sua seruet, sed impios aut stultitia sua opprimi aut alia praeuaricatione damnari, etiamsi primae praeuaricationis laqueos euaserint. sed oportet nos taliter agere, ut digni bono opere omnipotentis dei promissa accipere mereamur.

2 etiam *s. u. m2 P* 3 iustitia *CB'* 4 aliqua *P'DT* 5 praeuaricationis laqueos *P𝔄'* laqueos praeuaricationis *cet.* sed ... mereamur *om. ACB'𝔄'E* talia *P'T' et* (*ras. s.* a *alt.*) *D* mereamur. amen *DT* EXPL. DE NABUTHĘ PAVPERE TRACTATUS S̅C̅I̅ AMBROSI *P* EXPLICIT LIBER DE NABUTHĘ ISRAHELITAE *R* (E *ult. eras.*) *B* EXPLICIT DE NABUTHAE *A* EXPLICIT DE NABUTHAE ISRAHELITA (IEZRAELITAE *B'*) *CB'* EXPLICIT LIB̄. VIIII. S̅C̅I̅ AMBROSII E̅P̅I̅ DE NABUTHE HIEZRAHELITĘ *𝔄'* TRACTATUS DE NABUTHAE *P'* EXPLICIT LIBER S̅C̅I̅ AMBROSII EPISCOPI DE NABUTHA *D* FINIT DE NABUTHĘ ISRAHELITA *T. in E non est subscriptio*

DE TOBIA.

P = Parisiacus 1732 (olim Thuaneus) saec. VIII f. 121^r
V = Uaticanus bybliothecae Palatinae 290 saec. X exeuntis uel XI ineuntis f. 34^u
B = Bruxellensis 1893/96 saec. XII f. 41^u
D = Duacensis 227 saec. XII f. 126^r
P' = Parisiacus (olim liber s. Uictorii) 14464 saec. XII f. 33^r
T = Trecensis 284 saec. XII f. 140^u
C = Parisiacus 1723 (olim Colbertinus) saec. XIIII f. 288^u
α = editio Amerbachiana

1, 1 Lecto prophetico libro, qui inscribitur Tobis, quamuis plene 591 AB
nobis uirtutes sancti prophetae scriptura insinuauerit, tamen
conpendiario mihi sermone de eius meritis recensendis et
operibus aput uos utendum arbitror, ut ea quae scriptura
historico more digessit latius nos strictius conprehendamus
2 uirtutum eius genera uelut quodam breuiario colligentes. fuit
uir iustus misericors hospitalis: et hoc uirtutum choro prae- C
ditus subiit aerumnam captiuitatis, quam ferebat humiliter
atque patienter, communem magis iniuriam quam priuatam
dolens nec sibi uirtutum suffragia nihil profuisse deplorans,
sed magis eam sibi contumeliam minorem peccatorum suorum
3 pretio inlatam arbitratus. edictum meruit, ne quis ex filiis D
captiuitatis mortuum sepulturae daret; at ille interdicto non
reuocabatur magis quam incitabatur, ne deserere officium
pietatis mortis metu uideretur; erat enim misericordiae pre-
tium poena mortis. talis flagitii deprehensus reus uix tandem
per amicum potuit direpto patrimonio egenus exul restitui suis.

7 Tob. 1, 2 et 16 sq.   11 Tob. 3, 3—6   12 Tob. 1, 17 sqq.

IN xpi NOMINE INCPT TRACTATUS EIUSDEM SCI AMBROSI DE TOBIA *P* INCIPIT LIBER SCI AMBROSII EPI DE TOBIA *V* INCIPIT (EIUSDEM *add. B*, TRACTATUS EIUSDEM *P'C*) DE TOBIA (THOBIA *C*) *BDP'C* INCIPIT TRACTATUS SCTI AMBROSII EPI DE TOBI *T*
1 tobie *C*   quem plene (v̄ *m2 s.* e *tert.*) *V*   2 uirtutis *P* uirtute (e *in ras. m2*) *V*   sco (*eras., in mg. m2* sci) prophetiae *V*   3 meritis eius *V*   6 quędam *P*   7 et ob uirtutes quibus praeditus fuerat subiit *DP'*   choro] quorum *P*   praedictus (c *eras.*) *P*   8 ••subiit (s *in ras. m2*) *V*   11 sibi *om. DP'*   12 meruit] erat *V*   quis] quē *DP'*   13 darit. ad *P* daretur. at *V*   interdicta (o *s.* a *m2*) *V*   15 pietis *P*   enim *om. DP'*   16 deprębensus (he *ex* hi) *P*   17 et exul *DP'C*

4 iterum in his uersabatur officiis, si quid alimenti foret, 592 peregrinum cum quo cibum sumeret quaerens. itaque cum fessus a sepulturae reuertisset munere, adpositis sibi edendi subsidiis misso filio quaerebat consortem conuiuii. dum conuiua adcersitur, nuntiatis insepulti corporis reliquiis conuiuium deserebat nec putabat pium, ut ipse cibum sumeret, 5 cum in publico corpus iaceret exanimum. hoc illi cotidianum opus, et magnum quidem; nam si uiuentes operire nudos B lex praecipit, quanto magis debemus operire defunctos! si uiantes ad longinquiora deducere solemus, quanto magis in illam aeternam domum profectos, unde iam non reuertantur? ego inquit Iob super omnem infirmum fleui. quis infirmior defuncto, de quo dicit scriptura alibi: supra mortuum plora? Ecclesiastes autem ait: cor sapientium in domo luctus, cor autem stultorum in domo epularum. nihil hoc officio praestantius, ei conferre qui tibi C iam non possit reddere, uindicare a uolatilibus, uindicare a bestiis consortem naturae. ferae hanc humanitatem defunctis corporibus detulisse produntur: homines denegabunt?

2, 6 Tam sancto fessus officio propheta dum requiescit in cubi- D culo suo, cadenti de passerum nido albugine caecitatem incidit. nec conquestus ingemuit nec dixit: 'haec merces laborum 593 meorum?' fraudari se magis doluit obsequiorum quam oculo-

1 Tob. 2, 1—8 8 Matth. 25, 36 12 Iob 30, 25 13 Sir. 22, 11 (10) 14 Eccl. 7, 4 (5) 20 Tob. 2, 9 et 10

1 hiss (s *pr. in ras. ex* i, *ut uidetur, sed del.*) *P* 2 quaerebat *DP'* et quaerens *C* 3 a sepulturae fessus *DP'* sepultura *VBT* reuerteretur *DP'* reuersus esset *C* munere] meridie *BT* sibi *om. B* 4 conuiuis (conuiuii *m2*) *V* 5 conuiuium *om. DP'* 7 puplico *P* exanime *DP'TC* 8 *post* opus *add.* et magnum opus *P* 9 quanto . . . solemus *infra in mg. m2 V* operiḅụṣ (re *s.* ḅụṣ *m2*) *V* defunctorum *D* defunctorum corpora *P'* 10 longiora *DP'* 11 perfectos *B* reuertentur *DP'* 12 ego] ecce *B* 13 defuncto (n *s. u.*) *V* scriptura dicit *BT* super *VC* 18 ferrẹ *V* 20 sanctos (s *alt. del.*) *P* cubile (i *s.* e *m2*) *V* 21 cadente de stercore *C* 22 conquẹstus *P* conquaestus (a *exp.*) *V*

rum munere nec caecitatem poenam, sed inpedimentum putabat. et cum uictum mercede leuaret coniugis, ne quid furtiuum domum suam intraret cauebat. uxor haedum pro mercede acceperat; at ille plus honestati quam pietati consulens cui suam debebat alimoniam ⟨fidem non deferebat. pecuniam⟩ conmendauerat proximo suo, quam toto uitae suae spatio in B tanta indigentia non poposcit. uix ubi se fessum uidit et depositum senectute, insinuauit filio non tam cupiens conmendatum reposcere quam sollicitus ne fraudaret heredem. quod igitur conmendauit pecuniam et non faenerauit, iusti seruauit officium; malum est enim faenus, quo quaeruntur usurae. sed non illud faenus malum, de quo scriptum est: faenera proximo tuo in tempore necessitatis illius. nam et Dauid ait: iustus miseretur et commodat. aliud illud faenus est iure exsecrabile, dare in usuram pecu- C niam, quod lex prohibet. sed Tobis hoc refugiebat, qui monebat filium, ne praeceptum domini praeteriret, ut ex substantia sua elemosynam faceret, non pecuniam faeneraret, non auerteret faciem suam ab ùllo paupere. haec qui monet condemnat usuras faenoris, ex quo multi quaestum fecerunt et multis conmodare pecuniam negotiatio fuit. et quidem eam prohibuere sancti. quo grauius malum faenus est, eo

2 Tob. 2, 11—14 7 Uerg. Aen. XII 395 13 Sir. 29, 2 14 Psalm. CXI 5 16 Deut. 23, 19 Basilii hom. alt. in psalmum XIIII (I 265 B *M.*, I 107 C *G*) 18 Tob. 4, 7—10

2 cum *om.* *B* leuaręţ (ns *s.* ret *m2*) *B* 3 uxor[b] haec[c] dum[a] *V* mercide *Ṗ* 4 acciperat *P* ñ (*s. u. m2*) plus *V* 5 sua deerat *D* sua deerant *P'* fidem non deferebat. pecuniam *V*, *om. cet.* 6 *ante* proximo *add.* quandam pecuniam *C* quam] quamquam *DP'* 8 cupi *B* 10 faenerauit *VB* fenerauit *cet.* 11 quo *om.* *V* (ubi *s. u. m2*) 14 et *om.* *DP'* et miseretur *T* 15 est *om.* *P'* ųsura *B* 16 tobias *DP'C* 18 sua *DP'*, *om. cet.*, *fort.* s⟨ua s⟩ubstantia elemosynam *V* elemosinam *cet.* 20 condempnaret *PBDP'* faeno res *P* fenoris (oris *in ras.*) *B* 21 cōmendare *D et* (ł o *s.* en) *P'* pecunias *VDP'* 22 prohibuerunt *DP'* faenus *V* foenus *PT* fenus *cet.*, *semper fluctuant libri*

laudabilior qui illud refugit. da pecuniam, si habes: prosit alii quae tibi est otiosa. da quasi non recepturus, ut de lucro cedat, si reddita fuerit. qui non reddit pecuniam reddit gratiam. si fraudaris pecunia, adquiris iustitiam; iustus est enim qui miseretur et commodat. si amittitur pecunia, comparatur misericordia; scriptum est enim: q u i f a c i t m i s e r i c o r d i a m f a e n e r a t p r o x i m o.

3, 9 Multi dispendii metu non faenerant, dum fraudem uerentur, et hoc est quod petentibus consueuerunt referre. horum unicuique dicitur: p e r d e p e c u n i a m p r o p t e r f r a t r e m e t a m i c u m e t n o n a b s c o n d a s i l l a m s u b l a p i d e i n p e r d i t i o n e m. p o n e t h e n s a u r u m t u u m i n p r a e c e p t i s a l t i s s i m i, e t p r o d e r i t t i b i m a g i s q u a m a u r u m. sed obsurduerunt aures hominum ad tam salutaria praecepta et maxime diuites aere illo pecuniae suae aures clausas habent. dum pecuniam numerant, responsa non audiunt. simul ut aliqui necessitate constrictus aut pro suorum redemptione sollicitus, quos captiuos barbarus uendat, rogare coeperit, statim diues uultum auertit, naturam non recognoscit, humilitatem supplicis non miseratur, necessitatem non subleuat, fragilitatem communem non considerat, stat inflexibilis, resupinus, non precibus inclinatur, non lacrimis mouetur, non heiulatibus frangitur, iurans quod non habeat, immo et ipse faeneratorem requirat, ut necessitatibus subueniat suis. quid addis duritiae et auaritiae tuae sacramentum? non absolueris

4 Psalm. CXI 5 6 Sir. 29, 1 10 Sir. 29, 10 sq. (13 sq.) 19 Bas. 265 C (107 DE)

1 refugiat (i *s. u. m2*) *V* 2 aliis *V* ociosa est *DP'* 3 non reddet *PC* reddet *DP'C* 4 fraudaueris *B* pecuniā *P* adquires *B* 9 consuerunt *V* 11 illa *P* lapidē *B* 12 thensaurum *P* thesaurum *cet.* 14 obsorduerunt *P et* (v *m2 s.* ọ *alt.*) *B* 15 illo (*s. u., eras.*) suae pecuniae *D* suae pecuniae (*om.* illo) *P'* 16 nomerant (v *s.* o) *P* 17 aliqui *m1 PV* aliquis *m2 PV cet.* redimptione *P* redemptione (p *s. u. m2*) *V* 18 sollicitos *P* barbaris *D* uendidit *DP'* 20 supplicis (is *ex* es) *P* subplicis *V* misereatur *P* misereạtur *T* (*punctum sub* e *eras.*) miseretur *P'C* 23 heiulatibus (h *exp.*) *V* eiulatibus *DP'C*

periurio, sed ligaris. at ubi usurarum mentio facta fuerit aut pignoris, tunc deiecto supercilio faenerator adrisit et quem B ante sibi cognitum denegabat eundem tamquam paternam amicitiam recordatus osculo suscipit, hereditariae pignus caritatis appellat, flere prohibet. quaeremus, inquit, domi si quid nobis pecuniae est, frangam propter te argentum paternum, quod fabrefacti est. plurimum damni erit. quae usurae conpensabunt pretia emblematorum? sed pro amico dispendium non reformidabo. cum reddideris, reficiam. itaque antequam det, recipere festinat et qui in summa subuenire se dicit C usuras exigit. 'calendis' inquit 'usuras dabis, faenus interim, si non habueris unde restituas, non requiro'. ita ut semel det, frequenter exagitat et semper sibi debere efficit. hac arte tractat uirum. itaque prius eum chirographis ligat et adstringit uocis suae nexibus. numeratur pecunia, addicitur libertas, absoluitur miser minore debito, maiore alligatur. talia sunt uestra, diuites, beneficia: minus datis et plus exigitis. talis humanitas, ut spolietis etiam, cum subuenitis. fecundus uobis D etiam pauper ad quaestum est. usurarius est egenus: cogentibus uobis habet quod reddat, quod inpendat non habet. misericordes plane uiri quem alii absoluitis uobis addicitis. usuras soluit qui uictu indiget. an quicquam grauius? ille medicamentum quaerit, uos offertis uenenum: panem implorat,

1 Bas. 265 CD, 268 A (107 E, 108 A) 22 Basil. 268 B (108 B) 23 cf. Matth. 7, 9 sq. Luc. 11, 9—13

1 ad *P et* (t *s.* d *m2*) *V* 2 pigneris *B* adridet *C* 4 osculo *VBT* oculo *P* (*qui deinde add.* amisit, *eras.*) *cet.* suscepit *PDP'* 6 te *s. u. B* 7 quod *om. V* fabrefacti *PD et* (e *ex* i) *F'* fṛabrefactum *V* fabrefactum *TC* fabricatum *B* quam *DP'* 8 enblematurum *V* emblematurum (tu *ex* m) *D* 9 reddederis refaciam *P* itemque *DP'* 13 exigat *V* exigit *C* 14 eum *om. B* chirografis *PV* cyrografis *D* cyrographis *cet.* 15 nomeratur (o *s.* v) *P* adducitur (i *s.* u) *B* 16 ligatur *VDP"T* 17 uestre *P* 18 homanitas *P* uobis *post* pauper *transponit B* 19 est ad quaestum *BDP'*, *est om. V* 20 reddet *PD* 22 quicquam (c *s. u. m2*) *V* 23 ofertis (o *in ras.*) *P* ueninum *P*

gladium porrigitis: libertatem obsecrat, seruitutem inrogatis:
absolutionem precatur, informis laquei nodum stringitis.
4, 12 Hanc praecipue iniustitiam deplorat sanctus Dauid dicens: E
uidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate.
et non defecit inquit de plateis eius usura et dolus.
itaque cum proditionem Iudae subiecerit, hoc praemisit, siue
quod ultra sacrilegii inuidiam coniuratis dominicae necis F
faenoris crimen adcederet siue quod tantum sacrilegium satis
abundeque usura faenoris ultum iret. mali faeneratores, qui
dederunt pecuniam, ut interficerent salutis auctorem, mali et
isti qui dant, ut interficiant innocentem. et iste quoque qui
pecuniam acceperit ut proditor Iudas laqueo se et ipse sus-
pendit. ipsum quoque Iudam hoc maledicto putauit esse 595
damnandum, ut scrutaretur faenerator eius substantiam, quia
quod proscriptio tyrannorum aut latronum manus operari
solet, hoc sola faeneratoris nequitia consueuit inferre. doctiores
autem ipsum faeneratori putant diabolum conparatum, qui
res animae et pretiosae mentis patrimonium faenore quodam
usurariae iniquitatis euertit. sic sumptu capit, sic auro inlicit,
13 sic reatu inuoluit, sic caput pro thensauro reposcit. quid uobis B
iniquius, qui nec sic capitis estis solutione contenti? quid
uobis iniquius, qui pecuniam datis et uitam obligatis et pa-

4 Psalm. LIIII 10 et 12 Bas. 265 B (107 C) 6 Psalm. CVIII 2 sqq. 12 Matth. 27, 4 14 Psalm. CVIII 11

1 gladium (*m2 ex* gaudium) *B* porregitis (is *ex* es) *P* obsegrat *P* irrigatis (o *s.* i *m2*) *V* 2 nudum (o *s.* u *pr. m2*) *V* 3 propheta dauid *BT* 4 iniquitate *P* ciuitatem (m *eras.*) *P* ciuitatē *B* 5 inquit *om.* *DP'* 6 subiceret *VBT* 8 accederet *VBTC* acciderit *DP'* 9 ultu *PV* faeneratores (er *s. u. m2*) *V* 10 auctorem salutis *DP'* 11 iste *DP'C* istic *V* isti *PVT* 12 suspenderet *B* 13 quoque *om.* *P'* 15 tyrrannorum *P* 16 faeneratoris (is *ex* es) *P* faeneratoris ... ipsum *om.* *T* doctores *VP'* 17 ipsi *DP'* faeneratori putant diabolum (b c a *m2*) *V* potant (v *s.* o *m2*) *P* 18 res] uires *VBT* fęnęre (o *s.* e *m2*) *B* faenerat *PDP'T* 19 usurario (o *in ras. ex* ę *m3*) *T* euertit *om.* *DP'* sumtum *V* 20 thensauro *P* thesauro *cet.* 21 sic *om.* *V* 22 iniquius uobis *B* iniquius (i *alt. ex* e) *P*

trimonium? accipitis aurum argentumque pro pignore et
adhuc illum debitorem dicitis qui uobis plus credidit quam
accepit a uobis? uos creditores adseritis, qui amplius debea-
tis, uos inquam dicitis creditores, qui non homini, sed pignori
credidistis. bene faenus appellatur, quod datis: ita uile ac
4 faeneum est. sortem dicitis quod debetur. etenim uelut urna C
ferali misera sors uoluitur perituri debitoris luenda supplicio.
stant pallentes rei ad sortis euentum. non sic trepidant de
quorum damnatione sors ducitur, non sic deiecti ac suspensi
pauitant de quorum captiuitate expectatur sortis euentus. illic
enim unius captiuitas, hic plurimorum addicitur. et fortasse
ideo sors, quia in euentu sunt patrimonia, quae sub hac
sorte uoluuntur. magnum et memorabile beneficium dei. hoc D
specialiter ore prophetico praedicatur, quod in patres contulit,
quia ex usuris et iniquitatibus liberauit eos. et
proprie ait: ex usuris liberauit eos, quia usurae inferunt
seruitutem, quasi diceret: ex seruitutis uinculo ereptos reddi-
5 dit libertati. graue uocabulum debitorum. debita peccata
dicuntur, debitores quoque criminosi appellantur; sic enim
et isti sicut illi de capite decernunt. culpae tamen habent
nominum suorum ut factorum diuersitatem: debita quamuis E
diuersae quantitatis unum habent nomen, unum onus, unum
periculum. nescit ergo quid poscat infelix qui pecuniam
petit mutuam: quid accipiat ignorat.
6 Non nouit pecunia faeneratoris uno diutius loco stare F

15 Psalm. LXXI 14

1 pignore (o *ex* e) *D* pignere (g *ex* u) *B* 2 çreddit (d *pr. s. u.*) *D* reddit *P'* 3 a uobis *om. DP'* debetis *DP'C* 4 pignori *V* (*m2 ex* pignora) *D* (o *ex* e) pigneri *B* 5 creditis *BC* 6 faenum *BDP'T* orna *P* 7 sort.s (e *eras.*, i *s. ras.*) *B* 10 euentus euentus *P* 11 hic] illic *B* 12 hac] his *V* 13 et] ac *V* memorauilem *P* 15 et iniquitatibus ... usuris *om. BTC* 16 eos *om. BT* 18 liberati *P* *post* uocabulum *spatium est 22 fere litt. in V* 20 sicut & *D* decernunt (de *s. u.*) *D* 21 numinum *V* nomen suum *DP* 22 onos (v *s.* o *alt. m2*) *V* 24 mutuãt (t *alt. del.*) *P*

solita transire per plurimos. uno teneri nescit sacculo, uersari ac numerari expetit: usum requirit, ut adquirat usuram. fluctus quidam est maris, non fructus. pecunia numquam quiescit. labitur uelut scopulo inlisa: ita gremium debitoris percutit et continuo relabitur eo, unde processit. cum murmure uenit, cum gemitu reuertitur. frequenter tamen placidum stat uentis mare, semper faenoris unda iactatur. mergit naufragos, expuit nudos, uestitos exuit, insepultos relinquit. nummum ergo petis et naufragium suscipis. hinc Charybdis circumstrepit, hinc Sirenes, quae uoluptatis specie et canorae dulcedinis suauitate in uada caeca deductos repetendae domus, ut ferunt
17 fabulae, spe et cupiditate fraudabant. statim uenditores unguenti et diuersarum specierum inruunt uelut canes quidam sagaci praedae uagantis odore perstricti, uenatores, piscatores, aucupes, caupones quoque miscentes mero aquam, qui nobilitatem uetusti generis et patriae ac natalem diem uini circumsonent. circumstantes repente parasiti quem ante solebant spernere salutant, deducunt, ad laetitiam prouocant, ad sumptum incitant dicentes: uenite et fruamur bonis quae sunt et utamur creatura tamquam iuuentute celeriter. uino pretioso et unguentis nos impleamus, et non praetereat nos flos temporis. coronemus nos rosis, antequam marcescant. nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra: ubique relinquamus signa laetitiae, quoniam haec

6 Uerg. Ecl. 2, 26 11 Uerg. Aen. I 540 19 Sap. 2, 6—9

1 nescit *om.* *DP'* 3 pecuniae *V* quiiscit *P* requiescit *BT* 4 lauitur *P* scopolo *P* gremio *P et* (*corr. m2*) *V* 7 iactantur (n *exp. m2*) *B* 9 petis (s *ex* t *m2*) *B* hinc (n *s. u.*) *B* charibdis *V* caribdis *PDP'C* carybdis *BT* 10 sirenes *V et* (es *ex* is *m2*) *B* sirenis *PTC* sirenae *D* syrene *P'* speciem *V* canora *B* dulcidinis *P* 11 uadat (*om.* deductos . . . domus *spatio relicto*) *V* domos *P* 12 uinditoris *P* ungenti *PBDP'* 13 quidam canes *DP'* 14 perstricti *Costerius* praestricti *libri* 16 uetusque generi *V* uestu generis *B* ac] et *P*, *om.* *C'* 17 circumsonent] cur consonent *BT* circumstante *P* circumstant *BT* parasti *V* 20 creaturā *P* tamquam in *DP'* 21 ungentis *PDP'C*

est pars nostra et haec est sors. et uere sors omnis illorum facta est, tu autem remanes exors bonorum. non talis sortis tibi scriptura monstrauit, non inter tales sortes Dauid sanctus memorat dormiendum dicens: si dormiatis D inter medias sortes. nam si in medio illarum dormisses sortium, id est ueteris et noui testamenti, non te pecuniae cupiditas in uoraginem deterrimi faenoris demersisset, sed gratia spiritalis fidei tibi dedisset argentum et in speciem auri diuinae sapientiae institutione formasset. etenim si nos unum testimonium diuinae scripturae posuimus et luxuriosum illud conuiuium declinauimus, utique potuit et iste saluari, si oraculis caelestibus inhaesisset.

Reuertamur tamen ad conuiuium, non ut eius degustemus E epulas, sed cauendas aliis demonstremus. oneratur mensa peregrinis et exquisitis cibis, adhibentur nitentes ministri magno empti pretio, sumptu maiore pascendi, bibitur in noctem, dies conuiuio clauditur, ebrietati deficit. surgit ille uini plenus, uacuus opum, dormit in lucem, euigilans somnium putat. etenim ut in somnis sibi uidetur subito diues ex paupere, sic etiam egenus ex diuite. dum defluit interim pecunia, F usura superfluit. tempus minuitur, faenus augetur: thensaurus exinanitur, sors accumulatur. paulatim conuiuae se subtrahunt, sponsores conueniunt: mane faenerator pulsat ad ianuas, que-

4 Psalm. LXVII 14 14 Bas. 268 C (108 D) 20 Bas. 268 CD (108 DE) 23 Bas. 272 A (109 D)

1 haec est pars nostra *in mg. m2 V* nostra *post* sors *transponunt DP'* 2 exors *C* exsors *P* (s *pr. s. u.*) *cet.* 3 tibi *om. BT* monstrauit] memorat *B* commemorat *T* 5 in media *V* sortium dormisses *B* dormises *P* 6 de pecunia *V* 7 sed *VBTC* de *P, om. DP'* 11 illum *P* destinauimus *V* 12 oracum (lis *s.* m *m2*) *V* 15 adhibetur *P* 16 empto (i *s.* o) *B* sumpti *D et* (u *s.* i) *P'* maiori *DP'* nocte• *T* 17 dies (es *in ras.*) *B* ebrietate (te *ex* ti *m3*) *T* defecit *P* uino *DP'* 18 luce *V* euegilans *P* uigilans *DP'* somnium *PC et* (i *s. u.*) *V* somnum *cet.* 19 ut *s. u. P* subito *om. DP'* 20 sic *om. V* 21 augetur *om. spatio relicto V,* autem *add. m2* thensaurus *P* thesaurus *cet.*

ritur dies solutionis transisse praescriptos, iniuriis uigilantem
adoritur, in somnis dormientem excitat. non noctes quietae,
non dies suauis est, non sol iucundus. detrahuntur paulatim
auratae ac sericae uestes et ueneunt dimidio minoris. ponit
cum lacrimis ornamenta coniux iam tristior empta carius,
uendenda uilius. in auctione pueri constituuntur mensae
ministri et male adsueti emptorem auertunt. offertur pecunia
20 creditori: 'uix' inquit 'haec soluit usuram, caput debes'. redit
exhausto patrimonio capitis reus et imminuto faenore, accipit
indutias tristiores bellicis quasi post biduum proeliaturus. in
bello enim incerta uictoria, hic certa inopia: illic se clipeo
tegit, hic nudus occurrit: illic lorica pectus includit, hic
carcere totus includitur: illic manus telis onerat, armat
sagittis, hic aere uacuas offert uinculis adligandas. ducitur
plerumque uterque captiuus: ille habet quem accuset aduer-
sum belli euentum, hic praeter se quem accuset non habet.
nihil est intolerabilius ea miseria, quae excusari non potest.
21 acerbat conscientia pondus iniuriae. tunc secum reputat, tunc
scripturas recordatur, tunc dicit: nonne mihi scriptum est:
b i b e a q u a m d e t u i s u a s i s e t d e p u t e o r u m t u o r u m
f o n t i b u s. quid mihi cum puteo faeneratoris, ubi et aqua
includitur? suauiora erant holera cum securitate quam alieno
partae epulae cum sollicitudine. non oportuit aliena quaerere.
deinde incideram debita, de meis oportuit fontibus remedium

18 Prouerb. 5, 15 Bas. 269 A (109 A), cf. Prouerb. 23, 27 Bas. 269 B (109 A) 22 Prouerb. 15, 17

1 solutioni *V* 2 adoritur *om. spatio relicto V*, adortatur (t *pr. s. u.*) *add. m2* 4 deauratae *DP'* siricae *P* ueniunt de medio *DP'* minores *DP'* 5 coniux *PVC* coniunx *BT* cum uix *DP'* iam] tam *DP'* 6 uendenda . . . auctione *om. DP'* auctione (u *del.*) *T* 9 accepit *P* 11 hic certa . . . includitur *om. spatio relicto V* 12 pectus lorica *BT* 13 carcer *PC et* (*corr. m2*) *B* arma *T et* (*corr. m1*) *B* 14 uinclis *BT* adlegandas *P* alligandis (a *s.* i *m2*) *B* 15 accusat *D* 17 ea *V* a *PC et* (a *eras.*) *T* hac *cet.* accusari *BC* 19 mihi *om. BT* 20 tuorum puteorum *DP'* 22 alienae *DP'* 23 partae *V* pasto *BT* pastae *cet.* sollicidudine *P*

quaerere. erant domi uasa minutiora. melius erat ministerium deesse quam cibum, melius uestem uenalem proponere quam libertatem addicere. quid profuit quod publicare paupertatem D meam uerecundatus sum? ecce alius publicauit. ego nolui 22 nutritores uendere, ecce alius adiudicat. sera haec consideratio. tunc decuit metuisse tuis, cum acciperes aliena: tunc decuit succurrere, cum uulnera prima proserperent. melius fuerat in principio tenuare sumptum et necessitatem debiti rei familiaris angustiis ableuare quam ut ad horam ditatus alienis postea exuereris et propriis.

23 Accusamus debitorem, quod inprudentius se gesserit, sed E tamen nihil nequius faeneratoribus, qui lucra sua aliena damna arbitrantur et dispendio suo deputant quidquid ab aliis possidetur. aucupantur heredes nouos, adulescentulos diuites explorant per suos, adiungunt se simulantes paternam atque aui- F tam amicitiam, uolunt domesticas eorum cognoscere necessitates. si quam causam inuenerint, accusant uerecundiam, pudorem arguunt, quod non ante de se speratum fuerit atque praesumptum; sin uero nullos laqueos alicuius necessitatis offenderint, intexunt fabulas, aiunt nobile praedium esse uenale, amplam domum, accumulant prouentus fructuum, annuos reditus exaggerant, hortantur ut coemat. similiter faciunt pretiosas uestes et monilia nobilia praedicantes. neganti se habere pecuniam ingerunt suam dicentes: 'utere ut tua; 598 A 24 de fructibus emptae possessionis pretium multiplicabis, debi-

3 puplicare *et* 4 puplicauit *P* 4 uerecondatus *P* 5 notritores *P* diiudicat *D* 6 metuisse ... decuit *om.* *VDP'* 8 necessitate *BT* 9 alleuare *BDP'T* 10 exuereris (e *alt. s. u.*) *m2 B m1 T* exurereris (r *pr. eras.*) *D* exsuereris *P'* exureris *P* esuries *C* 13 possedetur *P* 14 aduliscentulos *P* 15 atque] et *DP'* aduitam (d *del.*) *P* ueram *T* 16 cognoscere domesticas eorum *BT* domesticos (a *s.* o *alt. m2*) *V* 17 inuenerint *P'* (int *in ras.*) inuenerit *D* uerecondiam *P* 18 de se speratum *VBT* de se separatum *PC* desperatum (*om.* fuerit) *DP'* 19 uiro nullus *P* 20 tabolas *P* tabulas *DP'C* 21 prouectos *PDP'* 22 coemat (o *s. u.*) *P* coemant *DP'* emant *C* 25 frugibus *B*

tum reddes'. praetendunt alienos fundos adulescenti, ut eum spolient suis: tendunt retia, simul ut indagine cincta spatia fuerit ingressus, cogunt eum in retia cautionum, laqueos usurarum; petunt obligari sibi auitum praetorium, paternum sepulchrum. praestituitur dies solutioni, dissimulatur conuentio, quando potest solutio sustineri. ubi satis securum reddi- B derint, repente ingruunt et instant uehementius, causanti incumbunt dicentes: 'tu possides tua praedia, nos nostram pecuniam non habemus: aurum dedimus, lignum tenemus: tibi fructuum emolumenta procedunt, nobis nihil accrescit pecuniae. otiosa causatio est: saltem renouetur chirographum'.

7, 25 Itaque dum primo adulescens nihil putat de uestibus suis C aut etiam possessionibus esse uendendum aut ad haec facienda poscit dilationem, usura eadplicantur ad sortem, adcumulatur centesima. iam suspirare incipit, iam malum suum agnoscere. die ac nocte usuram cogitat, quicquid occurrerit, faeneratorem D putat, quicquid crepuerit, uocem sibi uidetur faeneratoris audire. si habes, cur non soluis? si non habes, cur malum malo adiungis et de uulnere quaeris remedium? cur cotidie obsidionem pateris faeneratoris, expugnationem times? uetus sententia est: faeneratoris et debitoris sibi occurrentium prospectum amborum facit dominus. alter

22 Prouerb. 29, 13 Bas. 269 A (108 E)

1 fundos alienos *BT* fandos (v *s.* a *m2*) *V* aduliscenti *P* 2 expolient *D et* (*om.* suis) *P'* 3 eum *om. BT* 5 sepulcrum *VD* solutioni sustineri (sustineri *exp. m2*) *V* (*in quo* dissimulatur ... sustineri *infra in mg. m2*) 6 securūs (s *alt. eras.*) *B* 7 instant *VDP' et* (et *om.*) *C* stant *PBT* uehementer (tius *s.* ter *m2*) *V* 11 cautio *B* (ti *in ras.*) *VT* chirografum *PV* cirographum *T* cyrografum *B* cyrographum *cet.* 13 primum *BDT*, *om. P'* aduliscens *P* nichil adolescens *DP'* 14 uindendum *P* aut *om. DP'C* ad *om. P* 16 centisima *P* centensima *V* accumulantur (antur *ex* ante *P'*) centesimae *DP'* 17 ocurerit *P* 18 increpuerit *V* faeneratores *P* 22 *post* debitoris *add.* inuicem *VBT*

quasi <canis> praedam requirit, alter aperta quasi praeda declinat: ille quasi leo quaerit quem deuoret, iste quasi bos E
iuuenculus praedonis impetum reformidat: ille quasi accipiter unguibus olorem quaerit inuadere, iste quasi anser aut fulica mauult se uel in praerupta deicere uel in profunda demergere quam istum humani corporis accipitrem sustinere. quid cotidie fugis? etsi non occurrat faenerator, occurrit tibi inopia tamquam bonus cursor. ambos ergo uidet dominus, faeneratorem et debitorem, occurrentes sibi ambos spectat testis alterius iniquitatis, alterius iniuriae: illius auaritiam conde- F
mnat, huius stultitiam. ille gressus debitoris singulos numerat, aucupatur deflexus: iste continuo post columnas caput obumbrat; nullam enim habet debitor auctoritatem. ambobus in digitis usurarum repetitur saepius calculatio. par cura, sed dispar affectus: alter laetatur incremento faenoris, alter cumulo debitionis adfligitur, ille quaestus numerat, hic aerumnas.

26 Quid fugis hominem, quem poteras et non timere? quid fugis aut quousque fugies? si quis pulsauerit nocte, faenera- 599 A
torem putas: sub lectum ilico. si quem subito intrare senseris, tu foras exsilis. canis latrat, et cor tuum palpitat, sudor

2 I Petr. 5, 8   18 Bas. 273 B (110 DE)

1 canis *add. ed. Rom.*, *cf. Basil. 269 A* ὁ μὲν ὥσπερ κύων ἐπιτρέχει τῇ ἄγρᾳ, ὁ δὲ ὥσπερ ἕτοιμον θήραμα καταπτήσσει τὴν συντυχίαν   aperta *scripsi* fera *PB* feram *VTC*   quasi fera praedonem *DP'*   2 bus iuencu'us (cu *ex* co) *P*   4 ungulis *DP'*   ęuadere (in *s.* ę) *D*   fulioca (o *del.*) *P*   5 ise (i *del.*) *P*   uelut (ut *del.*) *P* uelųţ *D*   6 accepitrem *P*   8 uidit *V*   9 spectat ambos *DP'*   spectant *V*   10 condemnat *VT* condempnat *cet.*   11 egressus *BT*   debitores *PBT*   nomerat *P* enumerat *B*   12 aucupatur (ur *ex* or) *P*   colomnas *P*   13 deuitor *P*   14 ɽepetitur *B* (ur *s. u. m2*) *DP C* repetita *V* ṛepetit *P* reppetit *T*   calculationem (nem *in ras. m3*) *T*   15 afectus *P*   incremento (o *ex* is) *P*   16 deuotionis *PDP'C*   nomerat *P*   18 hominem ... fugis *om. B*   19 fugies (e *in ras*) *D*   20 potas *P*   lecto *BDP'T*   21 foris *DP'*   canes *P*   latuit (*s. m2* ł latrat) *V*

effunditur, anhelitus quatit, quaeris quid mentiaris ut faeneratorem differas, et, cum dilationem inpetraueris, gaudes. funere tuo simulat se faenerator grauari, sed libenter inpertit: quasi uenator, qui feram cinxerit, securus est praedae. tu oscularis caput, amplecteris genua et quasi ceruus sagittae toxico ictus paululum procedens tandem uictus ueneno procumbis aut B quasi piscis, qui fuscina fuerit infixus, quocumque fugerit uulnus uehit. et uere piscis ille in esca mortem deuorat, ille hamum gluttit, dum cibum quaerit, sed tamen hamum non uidet, quem tegit praeda: tu hamum cernis et gluttis. hamus tuus faenus est creditoris, hamum uoras et uermis te semper adrodit. ipsa est esca, quae decipit. itaque et tibi faenoris nec cibus usui est et hamus uulneri. an ignoras quia semel inlaqueatus nodo se magis, si fugiat, ipse constringit et intra C retia positus fugiendo magis deicit super se retia? in plateis fugis, cum intra parietes tutus esse non possis. inuenit te, cum uoluerit, faenerator. denique ubi tempus impleueris, sicut lupus nocte inruit, dormire non sinit, expectato die ad publicum trahit aut tabulis uenditionis cogit suscribere. ut fureris pudoris dispendium, subscribis ilico uenditurus auitum

1 Uerg. Aen. V 199 (432, VIIII 811) 8 Bas. 272 C (110 B)

1 effunditur *C* offunditur *PVDP'* offenditur *B* (v *s.* e) *T* quatit ⟨artus⟩ *ed. Rom.* quatitur *DP'* mentieris (a *s.* e *alt.*) *V* 4 fauenator (fa *del. m1*) *P* uenęŗator *V* uenator (a *ex* e) *D* cinxerat *PBT* 5 sagitta toxicata *DP'* 6 procedens *B m2 DP'* procidens *B m1 cet.* tandem] tāquam *B* 7 *malim* fugeris .. uehis 8 uehit] hesit *B* escam (m *del.*) *P* illū *DP'* 9 glutit *DP'TC* 10 uidit *D* uidet (et *in ras.*) *P'* teget *P* glutis *DP'TC* 11 et] sed *DP'* uermis (i *ex* e) *P* 12 adrodit *PTC* adrodet *B* arrodit *V* abrodit *DP'* obrodit *α* 15 deicit *ed. Paris. a. 1661* deiciat et *V* deiciat *cet.* plateas *V* 16 parietis *P* posses *P* inueniet *D* inuenerit *P'* 18 sinet *BT* expectatio *P* expectato *D* (to *in ras.*) *et P', qui om.* die 19 puplicum *P* trahit *DP'C* trahet *cet.* tabolis *P* subscribere *C* 20 fruaris (a *in ras. m3*) *T* uinditurus auiturus auitum *P* uenditurus abiturus auitum *C* uenditurus auitum praetorium sepulcrum (diturus a. p. s. *in ras. m3*) *T* uenditur *B*

sepulchrum, paterno sane ut praetexatur aliquid uerecundiae.
emitur ieiunum solum, iactatur quod infecunda uendiderit, D
dispendiis onerauerit uenditorem, et superioris temporis adscribuntur dispendiis damna praesentis. mox et laudata uenduntur et inferuntur iam non instrumenta, sed uincula.

27 Tamen adhuc quaerenti fideiussores tribuuntur indutiae, non ut praedam libertatis inueniat, sed ut consortem seruitutis adiungat, qui se societ aerumnoso. at quid iuuare potest
alienae calamitatis accessio? iam et amici fugiunt, conuiuae E
non recognoscunt: ipse quoque conspectus omnium refugit et ut pugil ictus uarios concertantium ita iste honestorum uitat occursus et sollicitus, ubi in aliquem offenderit, uigilanti exit obtutu. redit paratus ad uincula, redit mortem optans, cogitans eam sibi, si moreretur, <moram> inferre. redit misere se ipse condemnans, quod alienam pecuniam non
28 refugerit et faeneratoris se aere deuinxerit. o quantos miseros
aliena fecerunt bona? quid tibi, inquit ut bibas aquam F
Geon? quid inquam tibi, ut biberes calicem faeneratoris? 'multi' inquit 'mutuati ad tempus et necessitatibus consuluerunt suis et pecuniam reddiderunt'. et quanti se propter faenus strangulauerunt? illos consideras, hos non numeras. reminisceris euasisse aliquos, non reminisceris oppetisse: nummos redditos imputas, laqueos adpetitos non conputas, quos

11 Bas. 276 B (111 CD) 17 Hier. 2, 18 19 Bas. 277 AB (112 BC)

1 sępulcrhum *P* paterno *scripsi* paternum *libri* uter *B* praetereatur *DP'* uerecondiae *P* 2 ieiunum *P* ieiunium *cet.* uendiderit *DP'* uindidit *P* uendidit *cet.* 3 debitorem *P* (debit *ex* uendit *m1*) *cet.* 6 quaerenti *PC* quaerendi *cet.* fiteiussoris *P* fideiussoris *T* fideiussuris (o *s.* u *alt.*) *B* fidei usuris *V* 7 liuertatis *P* 8 quis *PC* quiș *V* adsociet *V* associet *BT* aut *V* (u *s. u.*) *cet.* 13 obtutus *V* 14 si *om. P*, ut *DP'* moram *addidi*, quietem *s. u. m2 B* 15 condempnans *PBDC* 16 aeri *D* deuinxerąt (i *s.* ą *m2*) *B* 17 inquam tibi *DP'* 18 gyon *BDP'* gion *TC* quid] inquid *P* biberis *P* 19 mutati *B* 21 stranguillauerunt *P* stranguilauerunt *V* nomeras *P* enumeras *VDP'* 22 necem (*s. u. m2*) opetisse *B* 23 conpotas *P*

deformitati tam dedecoris conuentionis plerique uerecundiores ad contumeliam, fragiliores ad iniuriam expetito interitu praetulerunt opprobrium uitae amplius quam mortis supplicium pertimescentes.

8, 29 Uidi ego miserabile spectaculum, liberos pro paterno debito 600
in auctionem deduci et teneri calamitatis heredes, qui non B
essent participes successionis, et hoc tam immane flagitium
non erubescere creditorem. instat urguet addicit. 'mea' inquit
'nutriti pecunia pro alimonia seruitium recognoscant, pro
sumptu licitationem subeant. agitetur hasta de pretiis singu-
lorum'. non inmerito hasta agitatur, ubi caput quaeritur: non
inmerito ad auctionem peruenitur, ubi sors poscitur. haec est
faeneratoris inhumanitas, haec debitoris stultitia, ut filiis,
quibus pecuniam non relinquit, libertatem auferat, pro testa- C
mento chirographum dimittat, pro emolumento hereditatis
syngrapham obligationis. quid sibi uult paterni in liberos
scriptura maledicti, ubi nulla est impii offensa peccati? an
potest durius aliquod esse maledictum grauiusque seruitium?
et illa saepe post mortem habet defunctus conpendia, quod
30 non spectat miserias filiorum. uendit plerumque et pater libe-
ros auctoritate generationis, sed non uoce pietatis et ad auc- D
tionem pudibundo uultu miseros trahit dicens: 'soluite, filii,

5 Bas. 277 B (112 CD)

1 dedecorosae *DP'* uerecondiores *P* 3 opproprium *PT* obprobrium *BD* 4 pertimiscentes *P et* (*corr. m1*) *D* 5 miserabilē *P* propter *V* 6 auctionem (u *del. m2*) *T* actionem *DP'* heredis *PD* 8 erubiscere *P* urguet *V et* (u *alt. del. m2*) *T* urguit *P* urget *cet.* 10 licitationē (ē *ex* e *m2*) *B* illicitationem *DP'* subueant *P* agitetur (a *s.* e *m2*) *V* 11 asta *P* 12 actionem *DP' et m2 T* faeneratoris est *B* 13 inhumanitas *P* humanitas *cet.* filii *PDP'* 14 non relinquit pecuniam *D et* (pecuniam *in mg.*) *P'* 15 chirographum *T* cirografum *PV* cyrografum *B* cyrographum *cet.* 16 simgramfam *P* (m *alt. del.*) syngrafam *V* singrapham *T* simgrafam (sigrafum *m2*) *B* simfragam *C*, *om in spatio uacuo DP'* qui *P* sibi (bi *s. u.*) *V* 18 aliquos *P* aliquid *B* 19 illas *D et* (s *exp.*) *P'* 21 et ad *VBT* et *PC* ad *DP'* actionem *DP' et m2 T* 22 furibundo *DP'* filii (i *tert. s. u. m2*) gylae (u *s.* y *m2*) *V*

gulae meae sumptum, soluite paternae mensae pretium; uomite quod non deuorastis, reddite quod non accepistis, hoc meliores, quod uestro pretio redimitis patrem, uestra seruitute paternam emitis libertatem.'

31 Esto ut aliquis qui subuenire possit accedat. quis tantam expleat Charybdin, quis rationes faeneratoris agnoscat, quis auaritiam satiet, quae non iste pretia exaggeret, cum uiderit E redemptorem? non enim suo magis lucro quam alieno detrimento pascitur. uera profecto, uera est utpote dei diuina sententia, qui cum iratus esset propter impietatem populi Iudaeorum, quod post deos abiret alienos, cui inquit faeneratori uendidi uos? uenditur enim qui obligatus fuerit faeneratori et uenditur non uno pretio, sed cottidiano, uenditur non cum definitione, sed cum accessione diuturna. noua usurarum auctio per menses singulos, noua sub cotidiana F licitatione uenditio. qui plus optulerit trahit semper, uenalis addicitur, numquam quasi uenditus aestimatur. magna igitur uis caelestis sententiae. non satis iudicauit dominus dicere: cui uendidi uos? addidit faeneratori. offensus nihil potuit grauius inuenire, quo uindicaret in perfidos. derelictus expostulat, cur ita fugerint salutis auctorem, quasi faeneratori eos alicui dominus uendidisset digna poena dominum relinquentis. habent serui quod amplius quam carceris poenas et uincula reformident, habent liberi quod paueant pro libertatis

32 incuria. simul illud aduerte quod faeneratio praeuaricationis 601 A

1 cf. Iob 20, 15 11 Esai. 50, 1

2 non *ante* accepistis *om.* *BD* 5 qui *om.* *DP'* posset *P et* (i *s.* e *m2*) *B* 5 *sq.* qui (*ter*) *BT* 6 charybdin *V* charibdin *P et* (h *s. u.*) *B* charibdim *T* carybdim *D* caribdin *P'* caibdim *C* rationis *P* 8 redimptorem *P* redemtorem *V* redemptores *DP'* 11 alienos abirent *DP'* uendidi uos feneratori *DP'* 12 fuerat *BT* 13 uenditor *P et* (*corr. m2*) *V* 14 diffinitione *BDP'* diurna *BT* 15 actio *T m2* cotidiana (na *ex* no) *B* 16 trahitur *DP'* trahit et *T* 19 uindidi *P* sed addidit *VDP'* 20 iudicaret *BTD* uindicauit *P'* derelictos *DP'* 21 fugerent *VBT* 22 alicui dominus eos *DP'* dnm̄ *D* dn̄ *B* relinquentis *VC* relinquentes *cet.* 23 carcheris *P*

materia iudicata sit, quod is facile recedat a domino qui faeneratori se potuerit obligare; faenus enim radix mendacii, causa perfidiae est. 'ego uos' inquit 'non uendidi, sed peccatis uestris uenditi estis'. ergo qui se faeneratori obligat ipse se uendit et quod peius est, uendit se non aere, sed culpa.

9, 33 Quis iste peccati est faenerator nisi diabolus, a quo Eua B
mutuata peccatum obnoxiae successionis usuris omne genus
defaenerauit humanum? denique quasi malus faenerator chiro- C
graphum tenuit, quod postea dominus suo cruore deleuit.
etenim quod mortis erat scriptum apicibus debuit morte
dissolui. faenerator ergo diabolus. denique ostendebat salua-
tori diuitias suas dicens: haec omnia tibi dabo, si pro-
cidens adoraueris me. at uero dominus aeris solutor
alieni nihil ipsi debebat, qui poterat dicere: ecce uenit
huius mundi princeps et in me suum non inuenit
nihil. nihil debebat, sed soluebat pro omnibus, sicut ipse
34 testatur dicens: quae non rapui tunc exoluebam. quid D
distat malitia huius principis mundi? faenerator pecuniae
caput obligat, manum tenet, sortem ducit, centesimam exigit.
o nomen triste de dulci! dominus ouem centesimam liberauit —
illa centesima salutis, haec mortis est — et terra bona centu-
plum fructum reddit. uae his qui dicunt quod amarum

3 Esai. 50, 1 7 Augustinus contra Iul. Pelag. I 3, 10 (quis ... humanum), cf. 9, 32 13 Matth. 4, 9 15 Ioh. 14, 30 18 Psalm. LXVIII 5 21 Matth. 18, 12 Luc. 15, 4 23 Esai. 5, 20 Bas. 280 A (113 B)

1 his *B* 3 uos *om. BT* uindidi *P* 4 fenatori *P* 5 se *s. u. m2 V* uindit *P* se non aere *in lit. m4 P* 7 *ante* nisi *add.* est (*eras.*) *P* 8 mutata *BT* 9 humanū• *P* malis *B* chirografum *PV* cyrographum *cet.* 11 apicibus] a principibus *BT* 12 solui *B* 13 procadens (a *ex* i) *P* 14 saluator *PDP' et* (saluator aeris) *C* 15 ipse *VBDP'* *post* ipse debebat *add. V* et quasi debitor uenit ut a faenore peccati exueret debitores. nihil debebat 16 mundi huius *BT* suum non iuuenit nihil *P* suum inuenit et nihil *V* suum inuenit nihil *T* nihil suum inuenit *B* suum nihil inuenit *cet.* 19 mundi principis *B* 20 sortem *VT* sorte *cet.* centesimam exigit *V*, *om. cet.* 21 centensimam *et* centensima *D* 23 reddidit *DP'*

est dulce et quod dulce amarum! quid amarius usura,
quid dulcius gratia? nonne hoc ipso sermone, quo centesi-
mam appellant, reuocare deberent in memoriam redemptorem, E
qui uenit centesimam ouem saluare, non perdere? quis grauior
exactor est? et hoc triste nomen. denique dominus ait: populus meus, exactores uestri cirumscribunt uos, et
in euangelio habes: dum uadis cum aduersario tuo ad
magistratum, da operam liberari ab illo, ne forte
perducat te ad iudicem et iudex tradat te exactori
et exactor mittat te in carcerem. quis iste sit exactor
agnosce, qui etiam nouissimum quadrantem exigit et idem
se creditorem uocat atque in hoc etiam nomine fraudem facit F
ut qui ueneni poculum melle inlinit, ut sub grato odore
mors lateat atque inlita calicis ora uim fraudis abscondant.
creditor praetexitur quasi fidelis et quasi incredulus, ad quem
fidelis obpignorat.

Quotiens uidi a faeneratoribus teneri defunctos pro pignore 602 A
et negari tumulum, dum faenus exposcitur? quibus ego ad-
quieui libenter, ut suum constringerent debitorem, ut electo
eo fideiussor euaderet; haec sunt enim faenoris leges. dixi B
itaque: 'tenete reum uestrum et, ne uobis possit elabi, domum
ducite, claudite in cubiculo uestro carnificibus duriores, quo-

5 Esai. 3, 12 7 Luc. 12, 58

2 dulcias *P* 3 redimptorem *P* redemtorem *V* 4 centisimam oue *P* qui *B* quid *C* 8 opera *P* 9 te *bis om.* *DP'* 10 minat *B* exactor sit *B* 11 qui etiam *om.* *V* 12 uacat (o *s.* a *pr.*) *V* 13 ut *s. u.* *V* 14 inlita *V* illita *C et* (i *alt. ex* a) *DP'* inlata *P* illata *BT* calici *B* abscondat *DP'T* abscondit (a *s.* i) *B* 15 incredulos (v *s.* o) *V* ad quem] atque *VC* 16 fidelis *om.* *B*, infidelis *C* oppignerat *B* obpignerat *T* 17 uidi a *VP'C et* (i *alt. ex* ua) *D* uidua *P* uidua a *BT* foeneratoribus *P* defunctos (os *ex* us) *D* pignere *B* 18 negarit (t *eras.*) *B* nega *T* ergo *B* adquietus *PBT* 19 constringerint *P* constringeret *DP'* deuitorem *P* 20 euaderit *P* hae *V* heę *D* enim *om.* *DP'* foeneratoris (fen. *P'*) *DP'* leges (es *ex* is) *P* dixit *D* (t *exp.*) *P'* 22 cubiculo (o *ex* um) *P* cubili *DP'* duriori *DP'*

niam quem uos tenetis carcer non suscipit, exactor absoluit.' peccatorum reos post mortem carcer emittit, uos clauditis: legum seueritate defunctus absoluitur, uobis tenetur; certe hic sortem suam iam memoratur implesse. non inuideo tamen pignus uestrum reseruare. nihil interest inter funus et faenus, nihil inter mortem distat et sortem: personat, personat funebrem ululatum faenebris usura. nunc uere capite minutus est quem conuenitis; uehementioribus tamen nexibus alligate, ne uincula uestra non sentiat. durus et rigidus est debitor et qui iam non nouerit erubescere. unum sane est, quod non
37 timere possitis, quia poscere non nouit alimenta' iussi igitur leuari corpus et ad faeneratoris domum exsequiarum ordinem duci; sed etiam inde clausorum mugitu talia personabant. ibi quoque funus esse crederes, ibi mortuos plangi putares, nec fallebat sententia nisi quod plures constabat illic esse morituros. uictus religionis consuetudine faenerator — nam alibi suscipi pignora etiam ista dicuntur — rogat ut ad tumuli locum reliquiae deferantur. tunc tantum uidi humanos faeneratores, grauari me: tamen ego eorum humanitatem memorabam prospicere, ne postea quererentur esse fraudatos, donec feretro colla subiecti ipsi defunctum ad sepulchra deducerent, grauiore maerore deflentes pecuniae suae funus.

1 ęt exactor *BT*, exartor *D* 3 seueritate *C* seueritatē *DP'* seueritatis (s *alt. del.*) *P* seueritati *cet.* 5 reseruate α; *sed* uos *facile auditur, quamquam* uos *ante* uestrum *excidisse potuit* faenus et funus *B* 6 nihil distat (distat *eras.*, *om. deinde* distat) *B* *alt.* personat *om.* *VC* 7 faenebris *P* (e *alt. ex* i, b *s. u.*) *V* funebris *BT* fenoris *cet.* uero *DP'* minutus *ex* munitus *B* 8 conuenetis (con *s. u. m2*, i *s.* e *alt.*) *V* alligati *PDP'* 10 erubiscere *P* 11 possetis *PDP'C* 14 crederis *P* mortuos *B* (s *s. u.*) *D* (os *ex* us) potares *P* 15 neci *P et* (i *eras.*) *D* . plures (l *ex* o) *P* 16 uictus *ex* uictis *D* regionis *V* consuidudine *P* faenerator (or *ex* ur, *in mg. m1* tor) *D* iam *ex* nam *B* 17 suscepi *PDP'* suscepit *C* tumulum (*om.* locum) *BT* 18 homanos *P* 19 grauarit (t *del.*) *P* grauâri (â *ex* i) *B* humanitate *VBT* memorabar (ar *ex* or) *B* memerabor *T* 20 proficere *DP'* quererentur (re *alt. s. u.*) *B* fraudatos esse *DP'* 21 sepulcrha *P* sepulchrum *BT* 22 grauiore *PC* grauiori *cet.*

8 Aliud non minoris acerbitatis accipite. obseruant isti alea- F torum conuenticula et perdentis aerumnam commoditatem suam iudicant. spondent pro singulis: uarios primo sors ludit euentus, ad diuersos saepe transfertur uictoria stipendiaque eius uicissim atque aerumna mutantur. omnes uincuntur et uincunt, faenerator solus adquirit: penes alios inane nomen quod uicerint, penes solum faeneratorem fructus est, non annuus, sed momentarius: illi soli lucrum faciunt in omnium detrimento, illis solis est usura uictoriae. uideas reliquos subito egentes, repente diuites, deinde nudos, singulis iactibus statum mutantes. uersatur enim eorum uita ut tessera, 603 A uoluitur census in tabula, fit ludus de periculo et de ludo periculum; quot propositiones tot proscriptiones. clamor plaudentium, fletus despoliatorum, gemitus deplorantium. sedet inter hos creditor ut tyrannus, damnans unumquemque sorte capitali, agitat hastas, feralem instituit de singulorum exuuiis auctionem. alios proscriptioni addicit, alios seruituti: non tanti occisi sub tyrannis sunt. uitae igitur hanc aleam roctius dixerim quam pecuniae; sub momento fertur quod ua- B leat in aeternum. ebrietas iudicat et nullus appellat. habet et alea suas leges, quas fori iura non soluant. notatur, si credi potest, infamia qui putauerit renitendum et infamium sententia grauius quam censura iudicialis inurit opprobrium, quoniam qui apud iudicem damnantur apud illos gloriosi sunt, qui apud illos damnantur et apud iudicem criminosi sunt.

1 isti (i *alt. ex* a) *post* conuenticula *transponit* *B* 2 perdendis *V* perdentes *DP'* 3 pro] per *B* 6 paenes *PV* inanes (s *del.*) *P* 7 paenes *P* (s *s. u.*) *V* non] sed *BT* 8 momentaneus *T* 9 illi *P* usurę *DP'* 11 cessera (t *s.* c) *V* 13 quod *P et* (t *s.* d *m2*) *V* propositionis t. proscriptionis *P* 14 fit plaudentium (*in ras. m3, eadem in mg. m2*) *T* dispoliatorum *PD* 15 creditor (or *ex* ur) *D* singulos creditor *P'* ut] et *BT* tirrannus *P* tirannus *B* 16 constituit *BT* 17 auctionem (u *del. m2*) *T* alios *bis ex* alius *D* proscriptionem *P* 18 tyrrannis *P* igitur *om.* *V* 20 apellat *P* 21 fori *C* foris *P'* (s *exp.*) *cet.* 22 potauerit *P* retinendum *BT* 23 grauiū *DP'* opproprium *PT* obprobrium *BDP'* 25 et *om.* *DP'*

nobile Moyses constituit seniorum iudicium: hi tamen de C
leuioribus iudicabant, uerbum graue, hoc est de potioribus
negotiis Moysi iudicio reseruare consueuerant. hic dicitur:
'aleonum concilium iudicauit', et plus eorum timetur potentia
quam leonum. inter has feras uiuis, faenerator, atque uer-
saris, his bestiis cibum eripis, his taetrior aestimaris, his
crudelior plus timeris.

39 Ferunt Chunorum populos omnibus bellum inferre nationi-
bus, faeneratoribus tamen esse subiectos et cum sine legibus
uiuant, aleae solius legibus oboedire, in procinctu ludere, D
tesseras simul et arma portare et plures suis quam hostilibus
iactibus interire, in uictoria sua captiuos fieri et spolia suo-
rum perpeti, quae pati ab hoste non nouerint, ideo numquam
belli studia deponere, quod uictus aleae ludo, cum totius
praedae munus amiserit, ludendi subsidia requirat bellandi
periculo, frequenter autem tanto ardore rapi, ut, cum ea quae
sola magni aestimant uictus arma tradiderit, ad unum aleae
iactum uitam suam potestati uel uictoris uel faeneratoris E
addicat. denique constitit quod quidam eorum et imperatori
Romano cognitus in fide pretium seruitutis, quam sibi tali
sorte superatus intulerat, suppliciis imperatae mortis exsol-
uerit. premit ergo faenerator etiam colla Chunorum et eos
urget in ferrum, premit barbaros suae terrore saeuitiae.

12, 40 Quid enim taetrius eo qui hodie faenerat et cras expetit? 60
et odibilis inquit homo huiusmodi. oblatio quidem

1 Exod. 18, 25 sq. 25 Sir. 20, 15 (16)

2 iudicabunt *V* iudicandum *T* 3 iudicium *DP'* consuerant *B* 4 concilio iudicabit *BT* 5 leonum (u *ex* e *m2*) *P* uiuis] unus *BT* atque *post* uersaris *transponit B* 6 bistiis *P* his *alt.* (h *s. u. m2*) *V* taetrior *V* deterior *B* tetrior *cet.* 8 hunorum *B* populos (os *ex* us) *B* omnium (ibus *s.* ium) *V* nationibus *BTC* rationibus *cet.* 10 aleae (e *pr. s. u m2*) *V* 11 et *alt.* (*in ras. m3, in mg. ras.*) *T* *** (int *eras.*) *B* hostilibus (li *s. u. m2*) *P* hostibus *VB* hortium *C* 12 factibus *P* ictibus *D* (*ex* factibus) *P'C* 13 perpeti *s. u. m4 P* 14 aleae (e *s. u. m2*) *V* 16 rapi *C* rapti *PDP'* raptati *cet.*, *fort.* raptari 17 magna *DP'* 22 chunorum (c *eras.*) *B* 24 enim] etiam *B* tetrius *PV* tetrius *cet.* expedit (d *ex* t) *B* 25 blanda quidem *B*

blanda, sed inmanis exactio. uerum ipsa oblationis humanitas B facit exactionis saeuitiam. protulit pecuniam, hypothecas exigit atque in suis apothecis recondit. una pecunia a faeneratoribus datur et quam multa a debitoribus exiguntur! quanta sibi fecerunt uocabula! nummus datur, faenus appellatur: sors dicitur, caput uocatur: aes alienum scribitur, multorum hoc capitum inmane prodigium numerosam exactionem efficit: syngrapham nuncupat, chirographum nominat, hypothecas flagitat: pignus usurpat, fiducias uocat: obligationem adserit, C usuras praedicat, centesimas laudat. echinna quaedam est faeneratoris pecunia, quae tanta mala parturit. echinna tamen fecunda poenis uiscera trahens partu suo rumpitur et morte materna docet subolem non esse degenerem in matrem. igitur <ut> primum incipiunt esse serpentes illam morsibus suis scindunt. illic ubi nascitur uenenum primum probatur. pecunia autem faeneratoris omnia mala sua concipit: parit, nutrit D atque ipsa magis in subole sua crescit tristi prole numerosior, non minus flexuosa quam serpens atque in orbem tota se colligens, ut caput seruet, reliquo flagellat corpore, illud solum producit ad uulnera: spiris ingentibus quos conprehenderit ligat, solo capite interficit: saluo capite, etiamsi reliqua

10 Bas. 273 CD (111 B) 12 Uerg. Aen. VI 598 sq. 15 Bas. 276 A (111 C) 19 Uerg. Georg. II 154

1 immanas (i *s.* a *alt.*) *V* inamanis (a *pr. eras.*) *B* 2 exactio . . . facit *s. in mg. m2 V* et exactionis *DP'* pecunia *DP'* apothecas *V m2 C* ypothecas *V m1 cet.* 3 atque] et *DP'* 4 atque quam multi *B* 5 facere *B* datur *om. V* et fenus *DP'* apellatur *P* 7 nomerosam *P* 8 sy̆grapham *B* simgrafam *P et m1 T* singrafam *V et m2 T* singrapham *cet.* chirografum *PV* cyrografum *DT* cyrographum *cet.* ypothetas *V* apothecas *C* ypothecas *cet* 10 centisimas *P* 10 *sq.* echidna *V* echinna *cet.* 13 de genere *B* igitur . . . serpentes *om. DP'* 14 ut *addidi* primum *om. VD* 17 criscit *P* nomerisior *P* 18 non minus flexuosa *om. V* orbes (s *s. u.*) *V* tota *om. V* se totam *B* 19 collegens *P* serciet *V* seruet (u *ex* p) *B* reliquo *C* reliquos *cet.* illud (d *ex* m) *P* 20 spiris (is *in ras.*) *B* spires *DP'* conprẹhindeiet *P* cõprehenderint *DP'* 21 interfecit *P*

42 pars eius dilapidata fuerit, reuiuiscit. diuersa quoque serpentibus sunt conueniendi et parturiendi tempora, pecunia faenebris a die initae conuentionis crescentibus serpit usuris, quae parturire non nouit, quia dolores magis in alios ipsa transfundit. ibi dolores sicut parturientis. unde etiam τόκους Graeci usuras appellauerunt eo quod dolores partus animae debitoris excitare uideantur. ueniunt calendae, parit sors centesimam: ueniunt menses singuli, generantur usurae, malorum parentum mala proles. haec est generatio uiperarum. creuit centesima: petitur, non soluitur: adplicatur ad sortem. fit maledictum propheticum dolus in dolo, usura inprobi seminis fetura deterior. itaque non iam centesima incipit esse, sed summa, hoc est non faenoris centesima, sed faenus centesimae.

13, 43 Usuram quoque ab usu arbitror dictam, quod ut uestes usu ita usuris patrimonia scindantur. lugubre cerae prima littera sonat. parturit uox doloris est. quid ibi boni esse potest, quod a dolore incipit et ab obligatione? lepores ferunt generare simul et educare et continuo parturire: istis quoque anaglyphariis usurarum generatur et supergeneratur usura. enutritur ac nascitur et nata iam parturit. radices quoque arborum primo plantantur, ut prendant; cum prenderint, tunc

5 Psalm. XXXXVII 7 Bas. 273 C (111 A) 9 Bas. 273 C (111 B) Matth. 3, 7 (12, 34) 11 Hier. 9, 6 Bas. 265 B (107 C) 18 Bas. 273 BC (110 E 111 A)

1 pars *in litura V* delapidata *DP'C* 2 faenebris (b *s. u.*) *V* funebris *BT* fenoris *DP'* 3 serpet *P* 4 transfudit *BT* transfundit (n *alt. s. u.*) *D* 5 sicut] ut *P'C* parturientes *P* unde *om. BT* Tokoyc *V* dō K̄oyc *P* dokouc *C* KOYC *BT* defOYC *DP'* (*in quibus post* Graeci *est spatium 5 fere litt.*) 6 usuras *Erasmus* usura *P* usuram *VBTC* supra *DP'* apellauerunt *P* 7 debitores *P* (-is *corr.*) *VB* ueniant *V et* (n *s. u.*) *B*, (u *ex* a) *T* ueniat (a *s. u.*) *P* calendae *P* kalendae *cet.* 8 centisimam *P* centensimam *V* centesima *DP'* 10 centisima *P* centensima *V* non] nec *DP'* 12 *sq.* centisima *P* 13 centensima *V* centisimae *P* 16 cerae] cetera *DP'* certo *C* 18 potest esse boni *DP*, boni *om. C* 20 anaglyfariis *PVT* anaclyfariis *B* anaglifariis *cet.* 21 enutritur] ac nutritur *VBT* ac] et *BT* et] et nondum *V* 22 plantatur *P*

uirescere incipiunt, postea pullulare: at uero pecunia faene-
bris uix plantata iam pullulat. semina tempore erumpunt,
animalia tempore pariunt; tempus enim pariendi et
tempus moriendi, tempus plantandi et tempus
uellendi plantatum, tempus occidendi et tempus
sanandi et infra: tempus adquirendi et tempus red-
dendi, tempus custodiendi et tempus expellendi,
ut Ecclesiastes ait: pecunia faenebris hodie seminatur, cras D
fructificat: semper parit et numquam interit: semper plan-
tatur, uix euellitur. uult semper faenerator adquirere, num-
quam perdere, numquam custodire pecuniam suam, semper
4 expellere, numquam sanare, semper occidere. et quia bonus
ad omnia magister Ecclesiastes liber est Solomonis, paulisper
ipsi inhaereamus. non satiabitur inquit oculus uidendo
et non satiabitur auris auditu. nec faenerator expletur
accipiendo nec affectus eius cotidiano numerandi aeris satiatur E
auditu. et iterum: omne quod fuit ipsum est quod
erit. crescit semper pecunia, otium nescit auaritia, usura
ferias. omnes inquit torrentes uadunt in mare et
mare non adimpletur. mare istud faenerator est; omnium 606 A
patrimonia tamquam fluctus absorbet et ipse nescit expleri.
mari tamen plerique utuntur ad quaestum, faeneratore nemo
utitur nisi ad dispendium: illic multorum commodum est,
5 hic uniuersorum naufragium. multa sunt animantia, quae cito

3 Eccl 3, 2 sq. 6 Eccl. 3, 6 14 Eccl. 1, 8 17 Eccl. 1, 9 19 Eccl. 1, 7 24 Bas. 276 A (111 BC)

1 uiriscere *P* ad *P* atq. (q. *del.*) *V* pecunia *in ras. m3 T* preconia *B* funebris *T* (*in ras. m3*) *C* fenoris *DP'* 2 pollulat *P* tempore (e *in ras. 2 litt.*) *T* temporum *B* 5 euellendi *DP'* 6 reddendi] perdendi *V* 7 costodiendi *P* 8 funebris (u *ex* e) *T* fenoris *DP'C* 9 plantantur *V* 11 costodire *P* (*fere semper*) 12 explere *DP'* 13 solomonis *P* salomoni *P'* salomonis *cet.* 14 saturabitur *V* 18 otium *VC* otiosum *T* (otio *m2*, otium *m3*) *cet.* 19 ereas *DP'* omnes (es *ex* is) *P* torrentes (es *ex* is) *P* in mare *om. B* 20 omniū (ū *ex* a) *D* 22 utimur *B*

generare incipiunt, sed cito etiam generare desistunt: sors cito
generat et numquam desinit, immo cum exordium crescendi acce-
perit, in infinitum extendit augmentum. omne deinde quod crescit,
cum ad naturae suae formam atque mensuram magnitudinemque B
peruenerit, uacat incremento, sed faeneratorum pecunia tempore
semper augetur et ultra formam maternae sortis excedens modum
non continet. pleraque etiam animantium cum coeperint ea
quae ex his sunt orta generare, tamquam effetis uiribus usum
generationis amittunt: sors autem faenoris cum fuerit crescen-
tibus exaequata centesimis, et uetustatem sui renouat et par-
tus solitos adiunctione multiplicat. C

14, 46 Non nouum nec perfunctorium hoc malum est, quod ueteris D
atque diuinae praescripto legis inhibetur. populus, qui despo-
liauerat Aegyptum, qui pede transierat mare, monetur a faenoris
pecunia cauere naufragia. et cum de aliis peccatis semel aut
multum iterata admonitione praescripserit, de faenore saepius
intimauit. habes in Exodo: *quodsi pecuniam faenera-
ueris pupillo, orphano, pauperi, aput te non suffo-
cabis eum, non inpones illi usuram.* ostendit quid
sit suffocare, id est usuram inponere; strangulat enim et
quod peius est animam laqueus creditoris. quo sermone et E
praedonis uiolentiam et deformis nodum mortis expressit:
*quodsi pignus acceperis uestimentum propinqui
tui, ante solis occasum restitues illud; est enim
hoc coopertorium eius tantum, hoc uestimentum* 607

17 Exod. 22, 25 23 Exod. 22, 26 et 27

1 etiam *om.* *B* 2 acciperit *P* 4 magnidudinemque *P* 6 furmam *P* exṭẹṇdens (ce *s.* ṭẹṇ) *B* 7 contenit *P* tenet *VBT*, *fort. recte* animantia *V* 8 his] ipsis *B* orta *om.* *V* uisum *T et* (*corr. m1*) *D* 10 partos *V* 11 solitus *PBT* adiunctionem *BDT* 12 non] nec (ec *in ras. m3*) *T* perfunctorium (i *s. u.*) *V* perfunctorum *C* 13 praescriptę *D* praescriptis (tis *ex* te) *P'* 14 aegiptum *V* 15 de *om.* *V* 16 itenerata *P* itaerata *T* ammonitio *B* ãmonitione *DC* faeneore *P* 18 orfano *PVDT* 19 non] nec (ec *in ras. m3*) *T* 20 strangylat *V* 21 quod *om.* *B* laqueus (us *ex* um) *P* laqueat *DP'* 22 uiolentia *VC* nudum *V* 23 acciperis *P*

turpitudinis eius. in quo dormiet? quod si itaque proclamauerit ad me, exaudiam eum. audistis, faeneratores, quid lex dicat, de qua dixit dominus: non ueni legem soluere, sed inplere? quam dominus non soluit uos soluitis? 'usuram' inquit 'petere suffocare est'. hoc quoque foris sero est dictum a quibusdam eorum prudentibus: quid est faenerare? hominem inquit occidere. sed utique non Cato prior quam Moyses, qui legem accepit.
7 multo ille posterior. si pignus acceperis uestimentum B propinqui tui, ante solis occasum restitues illud, ne nudati appareat turpitudo: uos uero exuitis atque nudatis et non redditis. uidete ne sol occidat super auaritiam uestram, ne sol iustitiae uobis occidat, quia iustitiam non tenetis, aut sol iniquitatis super flagitia uestra condatur. dies quoque perit inuito, nox inruit sicut Iudae, qui cum diabolus se misisset in cor eius, surrexit ad proditionem et facta est nox; sol enim iustitiae occiderat ei ac super eum recubuerat qui C in cor eius intrauit. fecit illi tenebras, ut lucis non uideret auctorem. ibi miser periit in illo conuiuio, quo alii saluantur. reddite igitur uestimentum debitori, in quo dormiat et quietus sit. si nolueris reddere, exaudiam inquit eum, quia misericors sum. si uos non exauditis, ego exaudiam, ego miserebor, ego non despiciam inopis precem.

3 Matth. 5, 17 7 Cic. de off. II 89 9 Exod. 22, 26 sq. 12 Ephes. 4, 26 13 Malach. 4, 2 16 Ioh. 13, 2 et 27 21 Exod. 22, 27

1 turpidudinis *P* 3 dominus *om.* *V* 4 adimplere *BT* 6 sero] est sermo *V* fere (*ex* sero) *P'* 7 est] sit *V* est inquit *DP'* hominem] quid hominem *V* 8 moyses (y *s. u.*) *V* 9 acciperiss (s *pr. eras.*) *P* 11 appereat turpidudo *P* 12 non *om.* *T* uedete *P* auariciam (ci *s. u. m2*) *V* 13 occidat uobis *B* 14 sol *om.* *DP'* 15 iniusto *V* qui] cui *B* diabulos (u *s.* o) *V* 16 corde (*om.* eius) *B* nox *s. u. m2* *V* 17 iniustitiae *PV et* (in *del.*) *B*, (in *s. u.*) *D* ac] et *DP'* incubuerat *BT* 18 facit *T* lucidum *BT* uiderit *P*, *quod ferri potest* 19 perit *P'C* 20 ergo *P'* 21 nolueris (n *ex* u) *B* nolueritis *VDP'* 23 dispiciam *P*

48 In Deuteronomio quoque scriptum est: non exiges a
fratre tuo usuram pecuniae et usuram escarum
et usuram omnium rerum, quascumque faenera-
ueris fratri tuo. si alienigenae credideris, usuram
exiges ab eo, a fratre autem tuo non exiges. uides
quantum pondus in uerbis sit. 'noli exigere' inquit 'usuram
a fratre tuo', hoc est: cum quo debes omnia habere commu-
nia, ab eo tu usuram exigis? frater tuus consors naturae et
coheres gratiae: noli ab eo exigere amplius a quo durum est
49 repetere quod dederis, nisi cum habuerit unde dissoluat. et
quia plerique refugientes praecepta legis, cum dederint pecu-
niam n 'otiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de
mercibus eorum tamquam usurarum emolumenta percipiunt,
ideo audiant quid lex dicat. neque usuram inquit escarum
accipies neque omnium rerum, quascumque faene-
raueris fratri tuo. fraus enim ista et circumscriptio est
legis, non custodia. et putas te pie facere, quia a negotiatore
uelut mutuum suscipis? inde ille fraudem facit in mercium
pretio, unde tibi soluit usuram. fraudis illius tu auctor, tu
particeps, tibi proficit quidquid ille fraudauerit. et esca usura
est et uestis usura est et quodcumque sorti accedit usura
est. quod uelis ei nomen inponas, usura est. si licitum est,
cur uocabulum refugis, cur uelamen obtexis? si inlicitum.
50 cur incrementum requiris? quod peius est, hoc uitium pluri-

1 Deut. 23, 19 et 20

1 exigis *PB et* (-es *corr.*) *T* 2 pecuniae usuram et *B* 3 quascumque *V* quaecumque *cet.*, *cf. u. 15* 4 si alieniginae *in ras. m4 P* credediris *P* 5 (*bis*) exigis *PB et* (-es *corr.*) *T* tuo *om T* uides autem quantum *B* 6 sit in uerbis *P'* inquit exigere *B* 8 exiges *V* 9 exegere *P* 10 dederis (de *pr. s. u. m2*) *V* cum *om. B* soluat *C* 11 praecepta legis refugientes *B* 13 mercidibus (di *del. m1*) *P* usuram *BT* 14 et ideo *DP'* eo *C* audiunt *PT* escarum inquit *V* 16 circumlocutio *B* 17 costodia *P* (*fere semper*) facere] uiuere *B* a *om. BT* negotiatore (re *s. u. m2*) *V* negotiatores *BT* 18 mutuum *DP'* mutus *PBT* munus *VC* 20 princeps *B* 21 accedit sorti *B* sorte (fore *P'*) acciderit *DP'*

morum est et maxime diuitum, quibus hoc nomine instruuntur cellaria. si quis instaurandum conuiuium putat, ad negotiatorem mittit, ut absentiati cupellam sibi gratis deferat: 608 A ad cauponem dirigit, ut Picenum uinum aut Tyriacum requirat, ad lanium, ut uuluam sibi procuret, ad alium, ut poma adornet. itaque humanitatem iudicant quae alieno constant periculo. tu bibis et alius diffluit lacrimis, tu epularis et alios cibo tuo strangulas, tu symphonia delectaris et alius miserabili deplorat ululatu, tu poma degustas et alius spinam uorat. numquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis ficus? spina usura est, spina centesima est, B tribulus faenus est, male urit. quomodo ergo potes fructum habere de spinis? si iste fructus de spinis non nascitur, ille nascetur aeternus? de aerumnis ditaris, de lacrimis lucrum quaeris, de fame aliena pasceris, de exuuiis despoliatorum hominum cudis argentum et iudicas te diuitem, qui stipem poscis a paupere? sed audi quid dicat saluator: uae uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram!

1 Sed forte dicas quia scriptum est: alienigenae faene- C
rabis et non consideras quid euangelium dicat, quod est D
plenius. sed hoc interim sequestremus: legis ipsius uerba considera. fratri tuo non faenerabis inquit ad usuram; alienigenam exiges. quis erat tunc alienigena nisi Amalech, nisi Amorraeus, nisi hostis? ibi inquit usuram

10 Matth. 7, 16 Bas. 280 B (113 B) 14 Bas. 280 C (113 D) 17 Luc. 6, 24 19 Deut. 23, 20 22 Deut. 23, 19 et 20 24 Deut. 25, 17; 31, 4

2 quis *om.* *BT* 3 absintiati *B* absinthiati *C* 4 piceum *BT* 5 lanum *VBT* uulbam *V* (u *s.* b) *PBT* procurat *D* *et* (-et *corr.*) *P'* 6 humanitates (s *s. u.* *D*) indicant *DP'* alienos (-orum *m2*) constat *V* 7 diffluit *Erasmus* defluet *B* defluit *V* (*in quo* lacrimis defluit) *cet.* 8 ciboș *V* strangylas *V* symfonia *V* simfonia *P* simphonia *TC* 9 misero *B* spinâș *P* 10 colligunt (i *ex* e) *P* colligunt inquit *V* 11 ficos *V* centisima *P* centensima *V* 12 tribulos *P* potes ergo *V* ergo *om.* *DP'* 13 iste (ic *s.* e) *D* istic *P'* illic *DP'* 14 nascitur *PDP'C* 17 ssaluator (s *pr. del. m1*) *P* 24 amalech (h *s. u. m2*) *V* ammoreus *libri* hostes *DP'* usurę *P*

exige. cui merito nocere desideras, cui iure inferuntur arma,
huic legitime indicuntur usurae. quem bello non potes facile
uincere, de hoc cito te potes centesima uindicare. ab hoc
usuram exige quem non sit crimen occidere. sine ferro dimi- E
cat qui usuram flagitat, sine gladio se de hoste ulciscitur
qui fuerit usurarius exactor inimici. ergo ubi ius belli, ibi
etiam ius usurae. frater autem tuus omnis, fidei primum,
deinde Romani iuris est populus: narrabo nomen tuum
fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te.
52 denique etiam in Leuitico praescribit lex usuram a fratre non
esse poscendam. sic enim habes: et uiuet frater tuus
tecum. pecuniam tuam non dabis illi in usuram
et in amplius recipiendum non dabis illi escas F
tuas. generaliter haec sententia dei omne sortis exclusit
augmentum. unde et Dauid et benedictum aestimauit et
dignum habitatione caelesti qui pecuniam non dedit in usu-
ram. si ergo qui non dedit benedictus, sine dubio maledictus
qui ad usuram dedit. cur ergo maledictionem potius eligis
quam benedictionem? potestis benedicti esse, si uelitis,
potestis iusti esse. homo enim iustus secundum Ezechiel
qui pignus debitori reddet et pecuniam suam in usuram non
dabit et superabundantiam non accipiet et ab iniustitia 609
auertet manum suam. iustus est iste; uita inquit uiuet,

8 Psalm. XXI 23 11 Leuit. 25, 36 et 37 15 Psalm. XIIII 1 et 5 Bas. 265 B (107 C) 20 Ezech. 18, 7 et 8 23 Ezech. 18, 9

2 indicuntur *BT* inferuntur *C* indicantur *cet.* non] si *B* 3 de *om.* *V* centisima *P* centensima *V* 4 sine *VC* si mecum *cet.* 5 de hoste se *B* 6 et exactor *DP'* 7 ius etiam *BT* fidei (i *alt. eras.*) *B* 8 iuris (is *ex* es) *P* 10 praescripsit *DP'* 12 illi *om.* *B* 13 in *om.* *B* *ante* recipiendum *add.* non *PBT* illis *PVB et* (s *eras.*) *T* 15 et dauid et *P'* (*subter* et *alt. graphio adscriptum ut uidetur* ait) *C* et dauit ait *V* (ait *exp.*) *PD* dauid ait *T* ait dauid *B* exstimauit *D* 16 pecuniam suam *V* 18 dedit ad usuram *BT* elegis *P* 20 iezechihel *B* iezechiel *DP'T* 21 debitoris *PV* debitores (i *m2 s.* e *alt.*) *V* reddiderit *DP'* reddit *C* et] qui (*s.* et) *V* 22 dederit . . . acceperit *DP'C* iniustitiā *P* 23 auertit *VC* auerterit *DP'* manus suas *B* iste est *BT* dita uiuet inquit *C*

dicit dominus. qui autem pignus non reddidit et in simulacra apposuit oculos suos, iniquitatem fecit. cum usura dedit et superabundantiam accepit, hic uita non uiuet. omnes iniquitates istas fecit, morte morietur, sanguis eius super ipsum erit. uide quomodo faeneratorem cum idolatra copulauit, quasi crimen aequaret. elige ergo quod dulce est.

53 Cur semper tristes, cur semper amarissimi, cur semper B solliciti? procedat aliquando a uobis misericordia, procedat ueritas: ablegetur mendacium, fraus odio sit. docuistis periurium. faeneratorium sacramentum dicitur, ubi paratur periurium. peieratis frequenter, cum reddita fuerit pecunia, quod syngrapha non appareat, peieratis postea quod non receperitis pecuniam. nolite ergo semper miseri esse, semper auari, semper maesti. leones sunt et feritatem suam mutant. de manducante inquit exiuit esca et de forte C et tristi exiuit dulce. Graecus 'et tristi' habet; sic inuenimus. tamen de forte hoc intellegitur, quia leo fortis est feritate et qui ferus tristis. et de uobis, qui pecuniam et auaritiam deuoratis, exeat misericordia — haec enim esca est egenorum — et de tristi exeat dulce, ut dimittatis ei qui non habet unde dissoluat. quid trahitis peccata ut fune

1 Ezech. 18, 12 et 13 16 Iudd. 14, 14 Bas. 279 B (113 *B*)

1 quia *T* non *om. T* reddedit *P* reddit *BTC* 3 usuram *VBTP'* 4 huic *P* 6 foenerationem *BT* idolatra *scripsi* idololatra *Costerius* idolatria *libri* copolauit *P* 7 elege *P* eligit *V* dulcis *D et* (ius *ex* is) *P'* 8 tristis *PC* 9 procedit (a *m2 s.* i) *V* a *om. BT* 10 ablegetur *V* obligetur *cet.* 11 foeneratorum *B* 12 peiorium *P* peiurium *VD* peieratis *scripsi* peierastis (*in ras. m3 et in mg. m2*) *T* iuratis *V* parastis *B* (*in quo* frequenter parastis) *cet.* 13 syngrapha *P'* syngrafa *V* singrafa *DT* symgrafa *B* simgrafa *PC* perieratis *V* peierates *P* peierastis *BT* 14 reciperetis *P* receperatis *V* 16 forti *B* 18 et de *V* forti *B et* (i *m2 ex* e) *T* intelligetur *T* 19 et *alt. om. T* 20 auaritiam (ti *s. u. m2*) *V* deuorastis *DP'* est enim esca *DP'* 21 triste *PD et* (-i *m3*) *T* demittatis *P* 22 persoluat *B* soluat *C*

longo et ut iugi loro uitulae? quod fit utique, cum faenus producitis. tenetis pauperem debitorem: uel ibi sit aliqua gratia, ubi nulla spes commodi. et hoc secundum uestram auaritiam loquor.

16, 54 Ceterum dominus in euangelio talibus magis existimat faenerandum, a quibus redhibitio non speretur. sic enim ait: etsi mutuum dederitis a quibus speratis recipere, quae uobis est gratia? nam peccatores peccatoribus faenerant, ut recipiant. uerum tamen amate inimicos uestros et benefacite et mutuum date nihil sperantes, et erit merces uestra multa in caelo et eritis filii altissimi, quia ipse benignus super ingratos et malos. estote misericordes, sicut et pater uester misericors est. aduertitis quod nomen a domino faenerator acceperit, quod nomen etiam qui faenori uestro fuerit obligatus. peccatores inquit peccatoribus faenerant, ut recipiant. uterque peccatores, et faenerator et debitor. uos autem amate inquit inimicos uestros. non discutiatis quid mereantur inimici, sed quid uos facere oporteat. date mutuum his a quibus non speratis uos quod datum fuerit recepturos: nullum hic damnum est, sed conpendium. minimum datis, multum recipietis. in terra datis et id uobis soluetur in caelo: faenus amittitis, mercedem magnam habebitis: faeneratores esse desinitis, filii eritis altissimi: 61
eritis misericordes, qui uos aeterni patris probetis heredes.

7 Luc. 6, 34—36 20 Bas. 277 C (112 E)

1 et ut *PVC* et *cet.* lero (o *s.* e) *V* lorio *T* 2 uelut ibi *DP'* uel ubi *T* 3 auaritiam uestram *BDP'* 4 auaritiam (ti *s. u. m2*) *V* 7 mituum *P* muṣtuum *V* 8 namqụẹ *V* 9 fenerantur *DP'* 10 benefacite eis *DP'* *et* (eis et mutuum *in ras. m3, eadem in mg. m2*) *T* 11 nihilm (m *del.*) *P* mercis *P* multa *s. u. D* 13 estote (e *alt. s. u.*) *V* 15 acciperit *P* 16 obligatus fuerit *BT* 17 peccatores *PVC* peccator est *B* *et* (est *in ras. m3*) *T* peccator *DP'* 18 amate autem inquit pẹr inim. *V* inquit amate *B* 20 sperastis *T* 24 habebitis *P* (e *ex* i) *V* (bi *s. u. m2*) 25 quo *VB* quod (d *in ras.*) *T*

55 Sed faeneratorum uos delectat et usurarum uocabulum. id
quoque non inuideo. docebo quomodo boni faeneratores esse
possitis, quomodo bonas quaeratis usuras. dicit Solomon:
faenerat domino qui miseretur pauperi, secundum
datum autem eius retribuet ei. ecce bonum faenus de
malo factum est, ecce inreprehensibilis faenerator, ecce usura B
laudabilis. nolite ergo iam me inuidentem uestris commodis
aestimare. putatis quod hominem uobis subtraham debitorem?
deum prouideo, Christum subrogo, illum demonstro qui uos
fraudare non possit. faenerate ergo domino pecuniam uestram
in manu pauperis. ille adstringitur et tenetur, ille scribit
quidquid egenus acceperit — euangelium eius cautio —, ille
promittit pro omnibus indigentibus, ille dicit fidem. quid
dubitatis dare? si quis uobis diues huius saeculi offeratur, C
qui fide promittit sua pro aliquo debitore, statim numeratis
pecuniam. pauper est uobis dominus caeli et conditor
mundi huius, et adhuc deliberatis, quem ditiorem quaeritis
56 fideiussorem. sed allegatis quia pauper est factus, cum diues
esset. uidistis ergo quia fides eius diues est, fides eius idonea
est. pauper est factus, cum pro nobis solueret, et adhuc
paupertas ipsa non decipit; nos enim diuites fecit, quos
pauperes putabatis. dicit enim apostolus: pauper factus D

4 Prouerb. 19, 17 Bas. 277 CD (112 E) 22 II Cor. 8, 9

1 usuram *P* usura et *C* 3 possetis *PD* bonas (s *s. u.*) quaeratis (a *alt. ex* i) *P* salomon *libri* 4 miseretur (re *s. u.*) pauperis *V* 5 autem *om. V* 6 inreprehinsiuilis *B* inrephensilis *B* 7 mea *PT et* (a *in ras.*) *B* me *VC*, *om. DP'* inuidentem a *D*, inuidentem me (me *s. u.*) *P'* 8 nobis *P* 9 dnm *DP'* 10 dnm *P* pecuniam uestram dno (dō *T*) *BT* 11 adstringitur (n *s. u.*) *V* 12 acciperit *P* 13 pro *om. B* 15 promittit *V* (a *s.* i *alt.*) *T* (-at *m3*) nomeratis *P* 16 pauperem uobis *P* 17 *post* huius *add.* offertur *V* deliberatis (de *s. u.*) *P* quaeritis *B et* (a *s.* i *pr.*) *D* quaerites *P* que••eritis *V* quaeratis *cet.* 18 allegatis *P'* (e *in ras.*) *C* alligatis *cet.* factus est *DP'* 19 uidistis α uides *P'* uidisti *cet.* 20 factus est *DP'* nobis] bonis *BT* soluerat (a *ex* i *m2*) *V* soluerit *DP'* 21 ipsius *BT* 22 potabatis *P* putabitis (a *s.* i *m2*) *V* putatis *B*

est, cum diues esset, ut in illius inopia uos ditaremini. bona inopia quae largitur diuitias. nolite ergo uos paupertatem timere, ut sitis diuites. date otiosam pecuniam et recipietis fructuosam gratiam et pauperum subuenietis necessitatibus et uobis custodiae sollicitudo minuetur. non peribit quod pauper acceperit et uobis quod dederitis inopi sine custode seruabitur. quodsi incrementum quaeritis usurarum. in lege benedictio, in euangelio caelestis est merces. quid suauius benedictione, quid maius est caelo? si escarum desideratur usura, ea quoque praesto est, sicut legimus; is enim qui miseretur pauperis ipse pascitur.

17, 57 Reddite ergo pignora, quae tenetis, quoniam fideiussorem idoneum repperistis. sed obmurmurant adhuc dicentes quia licet tenere pignora et se lege defendunt. aiunt enim: scriptum in Deuteronomio: si debitum fuerit tibi a proximo tuo quodcumque, non introibis in domum ipsius pignorare pignus, sed foris stabis, et homo aput quem est debitum tuum proferet tibi foris pignus. si autem homo ille pauper fuerit, non dormies in pignore ipsius, sed redditione reddes ei pignus ipsius ad occasum solis, et dormiet in uestimento suo et benedicet te et erit in te misericordia coram domino deo tuo. et alibi, inquiunt, scriptum est: non pignorabis molam neque lapidem superiorem 61

10 Prouerb. 22, 9 15 Deut. 24, 12—15 (10—13) 24 Deut. 24, 8 (6)

1 ut in illius *P* et illi *C* ut illius *cet.* 2 quaequąę *V* 4 pauperem (u *s.* e *alt.*) *D* 5 costodiae sollicidudo *P* 6 acciperit *P* accępit *B* 7 seruabitur (bi *s. u.*) *V* usurarum (su *s. u.*) *V* 8 merces (es *ex* is) *P* 10 desideratur *VC* desiderantur *cet.* usura ea quoque *V* usurę a quoque *PDP' et m1 T* usurę hic (h· *T*) quoque *B et m3 T* usu a quo *C* his *P* 11 pauperi *B* pascetur *VBT* 12 pignera *B et* (e *ex* o) *D* fedeiussorem *P* 13 reperistis *P* obmormorant *P* adhuc alhuc *P* 14 licit *P* pignera *BD* scriptum est *D* scriptum est enim *P'* 15 fuerit debitum tibi *DP'* 16 domū *ex* domo *B* 17 pignorapįre *V* pignerare *BDP'* 18 deuitum *P* 19 pauper ille homo *C* 20 pignere *BD* 24 pignorauis *P* pignerabis *BDP'*

molae, quoniam <animam> hic pignorat. et alibi: non accipies pignus uestimenti uiduae. unde argumentantur quia specialia pignora sint interdicta — non omnia —, id est pauperis et uiduae, molam quoque et lapidem superiorem molae prohibitum pignorari. sed cum per Ezechiel prophetam ipse dominus dicat iustum esse qui pignus reddidit, iniustum qui tenuit, utique non speciale aliquod, sed generaliter omne pignus suadet esse reddendum, cum dicat B Iob: conscriptionem quam habui aduersus aliquem iuramento conceptam, inponens coronam legebam, et si non scindens eam reddidi nihil accipiens a debitore. cum dominus nihil ab his quibus mutuum dederimus sperandum esse praecipiat, quod recipere debeamus, quomodo pignus secundum legem putant esse retinendum?

Ac ne pari recrudescant modo et dicant etiam ad faene- C randum se incitari legis oraculo, quia scriptum est: faenerabis gentibus multis, tu autem non mutuaberis, tempus est plenius et expressius disputare et docere quid faenerandum et quibus legis statuta praescribant; praecedit D enim faenoris causa pignoris causam. mutuabitur inquit peccator et non soluet, iustus autem miseretur et tribuit. audis, debitor, quid debeas declinare: audis, creditor, quid debeas imitari. et infra: iuuenis fui et senui,

2 Deut. 24, 19 (17) 5 Ezech. 18, 7—13 9 Iob 31, 35—37 12 Luc. 6, 35 16 Deut. 28, 12 20 Psalm. XXXVI 21 23 Psalm. XXXVI 25

1 animam *addidi* (ψυχὴν *LXX*) pignerat *BDP'* pegnorat (i *s.* e) *V* 3 pignera *BDP'* sunt *P'* 4 pauperes *P* superiorem lapidem *V* 5 pignerari *VDP'* pignerarę (i *s.* ę) *B* per *postea add. B* iezechihel *B* iezechiel *T* hiezechielem *DP'* 6 esse *om. B* iniustum reddidit *B* 8 cum *om. V* 10 coram *BT* 12 a quibus (*om.* his) *B* mutum *T* dederemus *P* 13 esse *om. B* accipiat *B* 14 potant *P* 15 parere erubescant *DP'* recrudescunt (a *s.* u *alt. m2*) *V* 18 tempus enim (*om.* est) *DP'* 19 praescribunt *VD* praecidit *P* 20 causam *C* pigneris *BDP'* causa *PBTC* 21 soluit *P* 22 tribuet *BDP'T* cōmodat *C*

et non uidi iustum derelictum nec semen eius quaerens panem. tota die miseretur et faenerat. unde huic iusto quod tota die faeneret? ergo diues iustus est et quanto ditior unusquisque fuerit tanto iustior? qui plus habuerit unde faeneret ipse erit iustior? sed difficile
60 diues intrat in regnum caelorum. quid ergo faeneret dic mihi, sancte Dauid! contra me protuli testimonium, nisi mihi subuenis. Petrus dicebat: argentum et aurum non habeo: numquid non erat iustus? tu mihi ergo expone quid faeneret. dixisti enim: beatus uir qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio. inueni quid faenerat iustus. Petrus quoque me doceat et ipse quid faeneret, qui dixit inopi adtendenti ad se et ad Iohannem: argentum et aurum non habeo. nihil ergo dabis pauperi, apostole? das tamen et plus das quam alii, das inopi quod alii donare non possunt, das inopi post quod egere non possit, das inopi quod etiam diuites accipere concupiscunt, das inopi quod hi qui istud argentum et aurum habent conferre non nouerint, quia auaritia eos inpedit, das inopi, qui eum diuitibus facias ditiorem. incitasti animum meum, concupisco hoc donum tuum. dicito. rogo, quid des. noli me 61
diu suspensum reddere; cupio petere si cito soluas. sed soluisti cito: non distulisti inopem, non despexisti precem

5 Matth. 19, 23 8 Act. 3, 6 10 Psalm. CXI 5

3 foenerat *B* fenerat *DP'* 5 habuerit *om.* *DP'* unde] ut *B* inde *T* fenerat *DP'* sed ... caelorum *om.* *BT* 7 protulit *V* 8 aurum et argentum *DP'* 10 feneret, *deinde add.* iustus. itaque dum te lego, de te requiro, exponis mihi quid feneret *V* uir *om.* *DP'* 11 disponet (et *in ras.*) *C* disponit *V*, *recte puto* 12 feneret *V* feneret *P'* doceat me *DP'* doceat (a *s. u.*) *Pm1 Vm2* docet *T* 13 dicit *B* 14 nihil] non *B* 16 dare *BDP'* post quod ... inpedit das inopi (*u. 19*) *om.* *C* quo (*om.* post) *DP'* 18 hii *DP'* illud *B* habent *om.* *B* 19 nouerint *P* nouerunt *cet.* qui *P* quo *VBT* quod *cet.* 20 eos *P* ei in *C* concupisco (s *s. u.*) *V* 21 hoc *om.* *C* dicito *V* dic cito *P* (*ex* decito) *cet.* noli *V* nolo *cet.* 22 solues *DP'* 23 cito soluisti *B* dispexisti *P*

pauperis, non diutius eum desperare fecisti, non uacuus ad templum ascendisti dicens: argentum et aurum non habeo. non illi soli plenis manibus ascendunt qui aurum et argentum habent: ascendit et pauper non uacuus, ascendit et ille non uacuus, quia aurum et argentum non habuit. audiamus quid det iste pauper. sed quod habeo inquit do tibi. B in nomine Iesu Nazaraei surge et ambula. o optanda paupertas, o ditior inopia! claudicabat cui diuites dabant: unus pauper dedit, et statim qui claudus erat sanus est factus.

61 Habet ergo iustus quod faeneret, habet et argentum quod faeneret: sermones suos faenerat. hoc est iusti argentum; eloquia enim domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplo. hoc faenerat qui legem accipit, qui legem meditatur, qui legem C exercet: hoc faenerauit Petrus, hoc faenerauit Paulus. quibus dicitur, ut ad uiros nationum pergerent, Petro ad Cornelium centurionem, cui dicitur: surge et uade nihil dubitans, quoniam ego misi illos. et surrexit et iuit. et infra dixit: numquid aquam uetare possumus, ne baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt? iussitque eos baptizari, hoc est: faenerabis gentibus, ut peccata dimittas, debita auferas, tu autem non mutuaberis; mutuatur enim

6 Act. 3, 6 13 Psalm. XI 7 18 Act. 10, 20 20 Act. 10, 47 et 48

1 eum] enim *T* uacuus *om.* *V* 2 ascindisti *P* 3 soli *om.* *BT* 5 qui *BT* quod *C* habuit *PC* habet *cet.* 7 nazarei *P* nazareni *cet.* 9 dedit (di *in ras.*) *P'* debet *D* clausus *P* factus est sanus *B* sanus factus est *P'C* 11 quod] quo *PBT* fenerat *DP'* habet... faeneret *om.* *C* quod] quo *BT* 12 fenerat *DP'* 14 septuplo *PV* septuplum *cet.* 15 accepit *DP'* 16 exercit *P* 17 petrus *DP'* 18 et *s. u.* *V*, *om.* *BT* 19 ibit *P* 20 nunquid aqua? uetare pos•••• ut baptizentur (*om.* hi) *B* hii *VDP'C* 21 acciperunt *P* bapti•••• hoc est *B* 22 gentibus *om.* *BT* *post* dimittas *add.* foenerabis *B* 23 mutuaueris *P* mutuaberis (u *alt.* *s. u.* *m2*) *V* mutuabitur enim (enim *s. u.*) *V* mutuabitur *P'*

peccator et non soluet peccata sua, quia peccator est. Paulo dicitur: faenerabis gentibus, qui missus ad gentes est, Iohanni dicitur: faenerabis gentibus, Iacobo dicitur ..... quibus D
62 dictum est: ite baptizate gentes. dicitur populo patrum: si custodieris mandata, benedictus eris et faenerabis gentibus uerbum. denique non de pecunia dici significant sequentia: princeps eris gentibus multis: tibi autem nemo dominabitur. constituat te dominus deus tuus in caput E
et non in caudam, et eris tunc supra et non subter, si exaudieritis uocem domini dei uestri. et sequitur: si autem non audieritis, maledictus tu in ciuitate et maledictus tu in agro. et infra: maledicta progenies uentris tui. non pecunia utique benedictum facit, sed cognitio dei, praedicatio uerbi, si gratiam domini faeneremus, si indigentibus eloquia domini conferamus, si obseruemus mandata caelestia. et contra maledictum non facit, si desit pecunia quae faeneretur; sed si desit studium, si desit obseruatio F
caelestium statutorum, maledictus eris.

19, 63 Denique mysterium ecclesiae euidenter exprimitur. primum 613A
enim dixit ad discipulum legis: 'si audieris legem et custodieris, faenerabis gentibus.' quod factum est a patribus nostris. faenerauit Moyses gentibus, qui proselytos adquisiuit,

1 Act. 9, 15 4 Matth. 28, 19 5 Deut. 28, 12, cf. 28, 1 sq. 7 Deut. 28, 12 et 13 11 Deut. 28, 15 et 16 12 Deut. 28, 4 et 18 20 Deut. 28, 12, cf. 28, 1

2 qui ... gentibus *om. C* est ad gentes *DP'* 3 iacobo et caeteris dicitur fenerabitis (fenerabis *P'*) gentibus quibus *DP'* lacunam *indicaui; excidisse uidetur* faenerabis gentibus et sic apostolis omnibus 4 baptezate *P* populo] paulo *BDP'T* si patrum *DP'* 6 denique *s. u. P* seqventia (v *s. u.*) *P* 8 constituit *B* constituet *C* in *ante* caput *DP'*, *om. cet.* 9 in *ante* caudam *om. BT* 10 exaudieretis *P* exaudieris *B* uestri] tui *B* 11 audieretis *P* exaudieris *B* 12 progies *V* 13 benedictum utique *B* 16 et] at *BT* 18 staturtorum (r *pr. del.*) *P* 19 misterium *PVDC* expremitur *P* 20 dixit *om. D* 22 fenerabat (uit *s.* bat *m2*) *V* proselytos *T* (o *alt. ex corr.*) proselitus *PB* proselitos *cet.*

faenerauit Iesus Naue, faenerauit Gedeon, faenerauit Samuhel
Dauid Solomon Helias Helisaeus, et si quis uolebat uerbum
cognoscere, ad illos pergebat: regina austri uenit audire
64 sapientiam Solomonis. ubi coepit populus Iudaeorum non
custodire legem, coeperunt aduenae, hoc est ex populo nati- C
onum. qui in Iesum dominum crediderunt, interpretationem
scripturarum illi uetusto populo faenerare. faenerauit Timo-
theus patre Graeco ortus uerbum Iudaeis, cum sacerdotium
recepisset, faeneramus hodieque sacerdotes in ecclesia uerbum
Iudaeis, qui de synagoga ad ecclesiam transierunt, faeneramus
et nouam et uetustam pecuniam. etenim quam habuerunt iam
non habent, oculos habent et non uident, aures habent et D
non audiunt. pecuniam habent et non habent, quia usum
eius ignorant, pretium eius nesciunt, figuram eius et formam
non cognouerunt. nam si cognouissent, numquam auctorem
eius pecuniae denegassent dicentes: nolumus hunc regnare
super nos. qui quidem accepto regno rediens iussit uocari
seruos suos, quibus dedit pecuniam et eos qui faenerassent
pecuniam praedicauit, ei autem qui pecuniam tenuit otiosam
domini sui respondit: sciebas quod ego austerus homo
sum: tollo quod non posui et meto quod non semi- E
naui. et quare non dedisti pecuniam meam ad men-
sam? et ego ueniens cum usuris utique exegissem
illam.

3 Matth. 12, 42 Luc. 11, 31 7 Act. 16, 3 8 I Tim. 4, 14; II Tim. 1, 6 11 Cant. 7, 13 16 Luc. 19, 14 20 Luc. 19, 22 et 23

1 fenerauit *pr.* (b *s.* u *m2*) *V* ihu *B* 2 solomon *P* salomon *cet.* 3 noscere *B* 4 solomonis *P* salomonis *cet.* 5 populo (po *ex* pu) *P* 6 dnm ihm *BDP'TC* credederunt *P* 7 fenerare illi uet. populo *DP'* 8 patre] fr *DP'* 9 recipissit *P* recipisset *DP'* 10 sinagoga *PT* foeneremus *B* foeneraemus *T* 11 iam *om.* *BT* 12 oculus habent et (et *postea add*) *P* oculos habentes (*om.* et) *C* 13 audient *T* 14 eius *post* formam *transponit* *B* 15 aucturem *P* 16 pecuniae *eras.* *B* 19 dedit (*s.* tenuit) *V* 20 auster *B* homo austerus *P'* 21 tollens (ns *s. u. m2*) *V* et *exp.* *V*, *om.* *B* 22 dedisti mihi *DP'* 24 aillam *V*

65 Audistis quae pecunia boni faeneratoris sit, quae pecunia
bonas adquirat usuras, quae pecunia non infamet faeneratorem,
non opprimat debitorem, quam pecuniam aerugo non possit
obducere, non penetrare tinea, quae pecunia non de terreno
thensauro sit, sed aeterno, quae pecunia diuitem faciat acci-
pientem nec aliquid imminuat faeneranti. haec pecunia usuram F
habet, <ut> non centesimam eius quod dederis portionem, sed
centuplum ferat fructum. expande igitur sinum mentis, ut
huius pecuniae numeratam tibi suscipias quantitatem: intende
cordis optutum, ut agnoscas pecuniae huius imaginem et
inscriptionem. certe hanc pecuniam excute, tabulam supra
mensam animae tuae, quae stabilis uirtutibus sit, quadratam
constitue, conde in thensauro pectoris tui de quo doctus
scriba depromit noua et uetera. uides qualis haec pecunia
sit, quemadmodum creditorem debitoremque inuisa in se 614 A
coniungat nomina. qui inuehebar in faeneratores, iam prouoco
debitorem. huius ergo faeneratores pecuniae uos esse desidero,
ut ad uos qui mutuum sumant sponte festinent, per quam
non nummum, sed regnum possitis adquirere, per quam non
66 maledicta quaeratis, sed benedictionis gratiam. hanc pecuniam
faenerat populus nationum, qui sciuit accipere faeneratum,
qui sciuit cernere, qui sciuit excutere. recusasti indiga faeno- B
ris spiritalis: egere coepisti. de te igitur a dei filio dictum
est: mutuabitur peccator et non soluet. tibi dicitur:

3 Matth. 6,19 10 Matth. 22,20 14 Cant. 7,13 24 Psalm. XXXVI 21

1 pecuniā *P* 2 bonas (s *s. u.*) *P*¹ bona *PDC* 3 non erugo possit *DP*¹ 4 non penetrare tinea *om. spatio relicto DP*¹ 5 thesauro *libri* csed (c *eras.*) *P* sed de *D* 6 pecuniam (m *del.*) *P* 7 ut *addidi* centisimam *P* centensimam *V* sed ut (ut *add. m3*) *T* 8 fert *C* 9 nomeratam *P* 10 optutu *PT* obtutu *P*¹*C* obtutum *cet.* pecuae *V* 11 certe] exere (*in ras. m3, in mg. m2* exerce) *T* tabulam *om. B* 12 stabilis *DP*¹ stauilibus *P* stabilibus *cet.* quadratam *a* quadrata *libri* 13 dictus *BT* 14 et noua *C* 15 quemammodum *V* coniungat in se *C* 17 pecuniae (ni *s. u. m2*) *V* 19 possetis *P* positis *V* maledicta non *B* 21 fenerauit (*in ras. m3, in mg. m2* uit) *T* qui scit (*ter*) *B* 22 recusati *BT* indicta *DP*¹ indiga (ig *in ras. m3*) *T* 23 a *om. BDP*¹*T* 24 soluit *P*

aduena qui est in te ascendet super te, tu autem descendes in imum. nescit enim summum qui Christum ignorat, in inferno semper est qui non ascendit ad Christum, in summo autem populus qui uerbum recipit. hic habet fidei omne patrimonium, de hoc dicit lex: hic tibi faenerabit, tu autem non faenerabis ei: hic tibi erit caput, tu C autem eris cauda, hoc est: ille erit primus, tu ultimus et abiectus. auferam a Iudaea caput et caudam, initium et finem: initium Christum, qui interrogatus qui esset respondit: initium, quod et loquor uobis. finem quoque Christum dicit; ipse est enim finis legis ad iustitiam omni credenti. ergo qui non credit ad iustitiam nec initium nec finem habet, sed ipse sui finis est.

67 Cognouimus faenus legitimum, cognoscamus et pignus, DE quod lex reddi iubet ante solis occasum. quod sit istud audi dicentem apostolum: dedit deus pignus spiritum in cordibus nostris. tripliciter autem et pignus et conmendatum et depositum dicitur. pignus dicunt quod pro mutuo aere susceptum est, conmendatum autem et depositum quod nos custodiae causa alicui commisimus. unde ait apostolus: scio cui credidi et certus sum, quia potens est commendatum meum custodire in illum diem. depositum quoque F idem docuit quod esset dicens: bonum depositum custodi

1 Deut. 28, 43 5 Deut. 28, 44 10 Ioh. 8, 25 11 Rom. 10, 4 16 II Cor. 1, 22 20 II Tim. 1, 12 23 II Tim. 1, 14

1 ascendit *DP'* 2 descindes *P* enim *om. DP'* 3 inferno autem *B* ascendet *V* 4 recepit *VC* 5 omnem *P*, *om. B* dixit *BT* faenerauit *P* 6 non *om. T* faenerauis *P* 9 interrogatusx (x *del.*) *P* qui *alt. P* quis *cet.* 10 quod] qui *BT* 11 enim *om. B* fines *P* legis *om. V* omnis *D et* (s *eras.*) *P'* 13 fines *P* 14 faenū *P* 15 reddi iubet lex ante occasum solis *B* quod] quid *BT* 17 et *ante* pignus *om. T* 18 dispositum *BT* dicunt] dicitur *BT* promo (mo *del. m2*) *T* 19 quod non custodiat causam alicuius cōmissi *DP'* 20 custodia *C* 21 reddedi *P* 22 cuscustodire (*om.* meum) *V* seruare *C et* (ser *in ras.*) *P'* de deposito *BT* 23 idem docuit] deinde docuit *in ras. m3, eadem in mg. m2 T* dicens quid esset *B* quid *T* depositum (de *in ras. m4*) *P* costodi *s. u.* *P*

per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. numquid
spiritus commendati argenti aurique custos est aut per spiri-
tum sanctum pecunia custoditur? spiritale igitur pignus custo-
ditur ab spiritu, ne aues caeli ueniant et auferant illud de
68 cordibus nostris. petamus ergo, ut custodiat in nobis Christus
hoc pignus, quod ipse donauit, et depositum suum commen-
datumque conseruet; nihil enim accepit a nobis, sed ipse 615 A
nobis credidit quod nostrum non erat. et ideo detrimento
honestatis adficitur qui depositum uiolarit alienum. si com-
mendatum hominis nulla debemus fraude uiolare, quanto
magis diuinum et spiritale depositum bona fide seruare nos
congruit, ne et existimationis et utilitatis grauia damna sub-
69 eamus! hoc igitur pignus est, quod lex prohibet pignorari et
uiolenter auferri. sic enim habet scriptura: si debitum
tibi fuerit a proximo tuo quodcumque, non intro- B
ibis in domum ipsius pignorare pignus, et homo
apud quem est debitum tuum proferet tibi foras
pignus. si autem homo ille pauper fuerit, non dor-
mies in pignore ipsius, sed redditione reddes ei
pignus ipsius ad occasum solis, et dormiet in
uestimento suo et benedicet te et erit in te mise-
ricordia.

70 Dices itaque mihi: ecce lex auferri pignus prohibuit, non
suscipi, pauperi autem iussit reddi, non omnibus. ac de

4 Luc. 8, 5   14 Deut. 24, 12—14 (10—13)

1 hauitat *P* habitauit *DP'* 2 commendati (i *eras.*) *P* cômendat *DP'* argenti aurique *PV* auri argentique *BT* auri et argenti (*deinde spatium 17 litt.*) *DP'*, argenti *om. C* custos (o *ex* u) *P* custus *V* qui custos est (*deinde spatium 10 fere litt.*) *DP'* 3 custoditur . . . pignus *om. PC* spiritale . . . spiritu *om. DP' spatio relicto* 4 ab] a *VT* 9 afficietur (e *s. u.*) *T* commendatam (v *s.* a *alt. m2*) *V* 10 quantū *P* 11 nos seruare *BT* 12 et *pr. om. VBTC* existimationem *DP'* 13 pignerari *BDP'* 15 quocūque *B* 16 in domum *om. B* *post* pignus *add.* ad foras stabis *T* (*in quo uerba* non introibis . . . tibi foras *in ras. m3*) 17 pignus foras *B* 19 pignere *BDP'* reddis *P* 23 pignus auferri *B* auferri pignus ạụfẹrri *P'* 24 suscepi *P*

corporalibus quidem pignoribus satis etiam Hesdra nos docuit quod iam, faeneratores, aduersus patrum uestrorum non pos- C sitis uenire professionem. nam cum iuberentur qui faenerauerant et acceperant aliena pignora, ut restituerent ea, dixerunt: reddimus et ab ipsis nihil quaerimus. boni patres, qui statuerunt pignora debitorum esse reddenda, boni etiam faeneratores, qui responderunt quod et pignora redderent et pecuniam non requirerent, quam dedissent. et sententia uos paternae censitionis his adstringit et professio creditorum.

71 est autem et aliud pignus, quod lex spiritalis prohibet D auferri et si datum fuerit, reddi iubet ante solis occasum, quod homo debitor reddit et ipse protulit. debitor est autem omnis qui audit uerbum regni et non intellegit. uenit malus et rapuit quod seminatum est in corde ipsius. noli ergo introire in domum eius, ut illud pignus accipias. uae enim qui scandalizauerit unum de pusillis istis! si sua stultitia amiserit pignus suum, tu non habebis delictum. si autem pauper fuerit, redde pignus ante solis occasum; pignus autem E uestimentum est. si sibi diues uidetur, ipse se decipit, si pignus tradiderit suum: si autem pauper, qui non habeat diuitias spiritus, redde illi uestimentum suum ante solis

72 occasum. si de corporali ageretur pignore, utique magis per diem reddendum fuit, ne turpitudo nudi corporis diurno

5 Nehem. 5, 12 13 Matth. 13, 19 Luc. 8, 12 15 Matth. 18, 6

1 pigneribus *BDP'* satis *V* sanctis *P et ante corr. P'T* sc^vs *D* sanctus *P' et T corr. cet.* hesdra *PV* esdra *TC* hesdras *BD* ezdras *P'* docuit nos *VDP'* 4 pignera *DP'*, *om. BT* 6 *et* 7 pignera *BDP'* 6 debitorum (u *ex* o) *P* bona *P* 8 requirerint *P* 9 censitionis *P* censetionis *VT* censionis *cet.* his *om. V* professio. creditorum autem est ut aliud *B* 11 iubet reddi *C* 12 debitor *VC* debito *P* (o *ex* um) *BT* debitū *DP'* reddit] dedit *C* debitores autem omnes *P* 14 rapit *VDP'C* quod] quasi (*om.* est) *DP'* ipsius eius *V* 16 illi qui *V* unum *om. PC, s. u. m2 V* 17 non *om. BT* 19 si *om. D*, sibi *om. P'* (*in quo* uidetur diues) 22 agerentur pignere *D* pignore ageretur *P'* pignere *B* 23 turpidudo *P*

lumine proderetur; tenebrae etenim nudum non produnt. ac si hoc moueret, quod non haberet pauper quo dormiens tegi [F] posset, utique aut stragulum aut amictum diceret esse reddendum. nunc autem dicendo uestimentum tunicam magis significat, quam induimur atque uestimur. redde ergo pauperi tunicam suam, ut dormiat in ea noctu.

73 Nonne tibi uidetur illum pauperem significare, qui cum una tunica iubetur pergere, alteram non requirere, missus a Christo ad euangelium praedicandum? ipse enim est pauper spiritu, qui dormire possit; nam satiato diuitiis, non est qui sinat eum dormire. dormit enim pauper somnum resurrectionis, quem diues dormire non potest, quia a diuitiis et [616 A] uoluptatibus suffocatur. dormit Christi quietem dicentis: ego dormiui et quieui et surrexi. haec est tunica illa desuper texta, qua erat Christus indutus, quam scindere non potuerunt illi milites, quos agnoscis. nullus enim eorum uestimentum Christi scindit, sed diuidit, sicut scriptum est: diuiserunt uestimenta mea sibi et super uestem meam miserunt sortem. diuiserunt sibi euangelistae uestimenta eius et super uestem eius, hoc est super praedicationem euangelii, qua uestitur hodieque dominus Iesus, [B] miserunt sortem, illam utique sortem, quae cecidit super Matthiam, ut apostolorum numero duodecimus excluso nomine proditoris adiungeretur. bene autem de euangelistis dictum

8 Matth. 10, 10 13 Psalm. III 6 15 Ioh. 19, 23 et 24 18 Psalm. XXI 19 22 Act. 1, 25 sq.

1 etenim] enim *DP'C* nudant (*m2 ex* nudum) *V* 2 moneret (n *in ras. m3*) *T* 5 quā *P* quo *V* qua *cet., fort. recte* 8 tunica (•nica, tu *s. ras.*, u *eras. D*) una *DP'* missus *V* remissius *B* remissus *cet.* emissus *α* 9 ad *del. m2 T*, *om. B* praedicare *BT* est enim *P'* 10 posset *P* 11 dormet *P* 12 a *om. C* 13 dicentes *P* 14 est enim *C* 15 supertexta *BT* erat indutus xps *D* indutus erat xps *P'* 16 miletis *P* 18 diuiserunt . . . sortem *om. V* sibi uestimenta mea *B* 21 euangelii (i *alt. ex* ū) *B* qua (a *ex* ae) *B* qua (a *in ras.*) *T* uestitus (r *s.* s *alt.*) *V* 23 mathiam *libri* numero *om. V*, nomero *P* 24 proditores *P*

est quia miserunt sortem; sors enim ueluti diuino pendet
examine. et ideo quia non potestate propria sunt locuti
neque omnes eadem omnia, sed plerique diuersa dixerunt,
quae alius non dixerat, sancti spiritus gratiam uelut sortito
illis ea tribuisse cognoscimus, quae loquerentur singuli de C
operibus domini Iesu, ut eius sibi describenda pro eius nutu
74 gesta diuiderent. est et illa tunica, quam demonstrat apo-
stolus dicens: induite dominum Iesum. haec est tunica,
quae inhonesta operit nostra et in his honestatem abundan-
tiorem circumdat in Christo. induimus uiscera misericordiae
in Christo, induimus crucis gloriam, quae Iudaeis scandalum,
Graecis stultitia. illi erubescunt qui eam erubescendam D
putant, nobis autem absit gloriari nisi in cruce
domini Iesu. haec ignobilia nostra honorem abundantiorem
habent, quia per passionem domini regnum nobis paratur
aeternum; quo enim quis plus peccauerit eo plus diligit.
consepeliamur igitur domino Iesu, ut participes resurrectionis
eius esse mereamur, expoliemus ueterem hominem cum
actibus eius, induamus nouum, in quo remissio peccatorum.
75 Bonus ergo amictus atque uestitus uerbum dei. hoc uestitu E
filii Noe pudenda patris operuerunt accipientes super umeros
uestimentum et retrorsum pergentes, ne uiderent uirilia pa-

4 Act. 2, 6 8 Rom. 13, 14 11 I Cor. 1, 23 12 Rom. 1, 16 13 Galat. 6, 14 16 Luc. 7, 47 17 Rom. 6, 4 18 Coloss. 3, 9 et 10 21 Gen. 9, 23

1 uelut *VBT* pendet ... non *in ras. m3 T* 2 propria potestate *BT* 3 plerique *P* pleraque *V* (i *s.* a *m2*) *cet.* diuersa *om. BT* 4 sorti tollis ea *PDP'* sortito illi seu *V* 5 tribuesse *P* 6 sibi *om. DP'* 9 in *om. VBT* 12 stulticia *P* (a *ex* ā) *TC* stultitia est. *B* stultitiam *cet.* erubiscunt *P* erubescant *DP'*, *recte puto* erubiscendam potant *P* 13 gloriari absit *V* crucem *PV* 14 dni nri ihu *P'* 15 regnum *om. V* 16 plus quis *D* plus quis *P'*, quis *om. C* 18 hominem ueterem *V* 19 eius *PVC* suis *DP'* suis et *BT* est remissio *VBC* remissio est *T* 20 igitur *P'* hoc est *V* 21 umeros *P* humeros *V* (h *s. u. m2*) *cet.* 22 uiderint *P* uiderentur *C*

tris, hoc est corporea, quae habent pudorem quendam generationis humanae. et ideo qui uidere uoluit angustioris animi dignam mercedem recepit, ut seruos fieret — omnis enim qui facit peccatum seruus est peccati —, unde ille in terrenis remansit. hoc pauperi nemo tollat uestimentum aut si tulerit, sol non occidat super despoliatum, cum ante restituat, ne F peccatum pauperis faeneratori possit adscribi et non solum
76 suo, sed etiam alieno incipiat laborare peccato. hoc pignus in hac saeculi nocte reddatur, hoc uestimento in his mundi tenebris induatur. hoc pignus illius dominicae sortis est, non illius contrariae. legimus enim duas sortes in Leuitico, de quibus dictum est: u n a m d o m i n o f a c i e s, a l t e r a m t r a n s m i s s o r i. transmissor sortem suam ad faeneratores transmisit, serui domini in soite sunt Christi. in hac sorte constitutus Aaron contrariae sortis exclusit aerumnam, cum inter duas partes populi constitutus mortem a defunctis serpere in 617 sortem uiuorum sui corporis non permisit obiectu. huius sortis bonum pignus est uerbi amictus. hanc uobis tunicam nemo auferat, debitores, hanc tunicam nulli oppigneretis, si uultis numquam turpitudinem sustinere, ut dormiatis inter cleros sicut Aaron, dormiatis inter duo testamenta, ut dormiatis somnum resurrectionis et uos reparare possitis. hoc est uestimentum, quod etiamsi oppigneraueris, recipiendum sanctus Solomon in Prouerbiis suadet dicens: a u f e r u e s t i- B

4 Rom. 6, 20 11 Leuit. 16, 8 15 Num. 16, 48 20 Psalm. LXVII 14 24 Prouerb. 27, 13

1 pudorem *om.* *B* regenerationis *B* 3 mercidem recipit *P* 4 seruos *P* seruus *cet.* terrenus (*om.* in) *DP'* 6 dispoliatum *D* ante] antequam *BT* autem *DP'* 7 adscriui (d *s. u.*) *P* asscribi *D* (s *pr. s. u.*) *P'T* 9 tenebris mundi *BT* 10 reddatur *B* 11 contrariae *om.* *BT* 12 altera *P* 15 aron *P* 17 uiuorum *om.* *DP'* obiectio *DP'* 18 tunicam uobis *BT* nobis *DP'* 19 debitorum *BT* oppignoretis *C* oppigneratis *V* 20 numquam] numquam aliquam *V* nullam *B* turpidudinem *P* (dor)miatis...565, 2 indumentis *in ras. m3* *T* inter medios cleros *BT* 21 Aaron] cleron *V* 21 ut *om.* *V* 23 obpignoraueris *V* oppignaueris *DP'C* 24 solomon *P* salomon *cet.* dicens suadet *V* praecipit dicens *D* (suadet *s.* dicens) *P'*

77 mentum tuum; praeterit enim iniuriosus. sapientiae uestimentum est ex illis indumentis, quae ex bysso et purpura sapientia sibi fecit, hoc est: indumentum fidei constat ex praedicatione caelestium et dominicae sanguine passionis: bysso aetheria figurantur, purpurae specie mysterium sacri sanguinis declaratur, quo regnum caeleste confertur. denique uestimentum sapientiae significari superiora indicant; praemisit enim dicens: sapiens esto, fili, ut laetetur cor tuum et infra duos uersus ait: inprudentes autem C superuenientes damnum pendent. aufer uestimentum tuum. aufer igitur, ne damnum excipias inprudentiae, ne exutum te proprio uestimento nequissimus ille communis faenerator agnoscens confusionem tui detegere conetur opprobrii et persuadeat tibi, ut te foliis tegas et nudum te esse conspiciens in dei uerearis uenire conspectum.

78 Redde inquit proximo in tempore, coangusta uerbum D et fideliter age cum illo, et in omni tempore inuenies quod tibi necessarium sit. non amat multis innocentia se defendere. Susanna uocis adsertione non eguit: uerbum coangustauit ad dominum et statim adipisci meruit castitatis propriae testimonium. plurima presbyteri loquebantur, qui laborabant uerborum fuco obducere ueritatem, sed non filia Iuda. tacuit aput homines, locuta est deo. erubescenda erat in plebe ipsa defensio muliebris et, dum pudor defen-

2 Prouerb. 29, 40 (31, 22) 8 Prouerb. 27, 11 9 Prouerb. 27, 12 14 Gen. 3, 7 16 Sir. 29, 2 sq. 19 Sus. 35 (Dan. 13, 42 sq.)

1 iniuriosius *PC* iuriosius *B* iuriosus *T* 3 fecit sibi *V* 4 passionis sanguine *P'*, passionis *om.* *C* 5 bisso (y *s.* i) *V* aetheria *V* aetherię *P* etherię *D* etherie *P'C* aethereae *B* aethera (a *alt.* *ex* ie *m3*) *T*; *fort.* effigurantur *scribendum* misterium *PVT* sagri *P*, *om.* *BT* 7 indicat *PDP'C* 8 laetantur (e *s.* a *alt.*) *V* 9 autem *om.* *BT* 10 penditur *DP'* aufers *PDP'*; *fort.* auferas 11 et ne *D* (*in ras. mai. spatii*) *P'* 13 opproprii *P* opprobii *C* obprobii *cet.* 14 et *pr.*] te *V* tegras *V* 16 proximo tuo *P'* 17 fidiliter *P* 18 sit] est *B* 19 se innocentia *B* 21 presuiteri *P* 22 fugo *P* suco *B* 23 erubiscenda *P* 24 pleue *P*

ditur, inpudentia praetendebatur. coangustauit uerbum dicens E
ad dominum: tu scis quia falsa dixerunt de me. et
dominus spiritum Danielis pueri castitatis excitauit ultorem.
79 coangusta ergo uerbum, ut redhibitio creditori, non lingua
respondeat, siue mystice: coangusta uerbum, hoc est con-
summa; uerbum enim consummans et breuians faciet
dominus super terram, hoc est ex multis ratiociniis adbre-
uiata tibi summa conueniat. deducito quod expensis diuersis est F
erogatum, ut saluum habeas quod supersit, quomodo dominus
de multis dispensationibus Iudaeorum ex multo illo ratiocinio
peccatorum consummauit tandem atque breuiauit, ut reliquiae
saluae fierent per electionem gratiae et seruarentur ad semen,
per quos intermortuam spem synagogae resuscitaret.

21, 80 Quam deforme est, ut pro beneficio ei qui te adiuuit 611
rependas molestiam! cum istum fraudaueris cui debes, postea
in tempore necessitatis tuae non inuenies creditorem. quam
indignum, ut cum uictum tuum sustentare non queas, cum
adhuc nihil debeas, putes quod et uictum tuum possis et
debitum sustinere. ante cogita unde dissoluas et sic mutuum
sume. 'fructus' inquit 'agrorum capio.' sed qui non abundant
usui quomodo abundabunt contracti faenoris incremento? sed
possessionem meam uendo. et unde fructus, quibus utaris ad C
sumptum? faenus non pecunia sua soluitur, sed augetur:
81 numerando coaceruatur et crescit. deinde non cogitas humili-
tatem et uerecundiam postulantis? donec accipias, oscularis
manus faeneratoris superbi, humilias uocem tuam, ne clarior

2 Sus. 43 (Dan. 13, 43) 6 Rom. 9, 28 11 Rom. 9, 27

1 imprudentia *TC* 3 danielis (s *s. u.*) *P* danihelis *DT* danihel *B* suscitauit castitatis *P'* 4 ut redhibitio *P et* (i *tert. s. u.*) *B* ut redibitio *DP'C* utrum adhibitio *V* 5 mistice *PC* consuma *P* comsumma *V* 6 consumans *P* abbreuians *B* adbreuians *T* 7 terra *T* (*in quo* hoc est ut *in ras. m3*) abbreuiata *B* et breuia *V* 11 consumauit *P* tamen *V* breuiaui *P* 13 per] ad *B* sinagogae *P* 15 molestias *V* cui] cum *T* 22 ad sumptum (*haec in ras. m3 T*) utaris *BT* 23 sumptum (p *s. u.*) *VP'* soluitur sua *P'* 24 coacerbatur (v *s.* b) *V* 26 superbe *BT* superbo *C* nec *B* et (c *exp.*) *VT*

sonitus uocis tuae auris eius offendat, ne plures te audiant deprecantem. paupertas non habet crimen, nulla indigentiae infamia est, sed debere uerecundum est, non reddere inuerecundum. D postulabis dilationem, cum coeperis conueniri in tempore praescriptae solutionis: pro pecunia adferes taedia, causaberis de tempore, excusationes strues et, cum totum promiseris, ne in uniuersum fraudare uidearis, uix dimidium restitues. de amico inimicum facies, pro honore referes contumeliam, pro benedictione maledictum. quam haec opinionem laedant considera, quam a uiro bono discrepent recognosce.

82 ergo dum liber es a uinculis, ipse te retrahe, reuoca a iugo E et onere seruitutis. diues es: non sumas mutuum. pauper es: non sumas mutuum. diues es: nullam pateris petendi necessitatem. pauper es: considera soluendi difficultatem. opulentia usuris minuitur, paupertas usuris non eleuatur; numquam enim malum malo corrigitur nec uulnus curatur uulnere, sed exasperatur ulcere.

83 Haec uide, ne, dum pecuniam petis, molam tuam obliges F aut lapidem supermolarem. mola est qua similago conficitur, qua molit similaginem una mulier, quae adsumitur, et altera, quae relinquitur. fortasse illa adsumitur quae semper molit dei uerbum, ut habeat similaginem, spiritalem farinam facit,

2 Bas. 272 C (110 B) 12 Bas. 272 C, 273 A (110 C) 18 Deut. 24, 8 (6) 20 Matth. 24, 41

1 auris *P* aures *cet.* 2 crimen habet *T* indigentia *BT* 3 i̧nuerecundum *D* uerecundius *P'* 6 excusationis *P* 7 uideris *D* uidearis (a *s. u.*) *P'* 8 pro] de *DP'* 11 est *BT* te *s. u. V* retrahe reuoca *V* retrahere uocat *BT* rethareuoca *P* retrahe *C* reuoca *DP'* 12 honere *B* onore (e *s.* o *alt. m2*) *V* honore *T* pauper (*om.* es) *DP'* 13 sumu̧s (e *s.* u̧ *m2*) *V* nulla pateres *P* 14 dificultatem *P* 15 releuatur (r *pr. s. u. m2*) *V* 16 corregitur *P* nec . . . ulcere *om. C* uulnere curatur *P'* 17 ulcere *α* ulcer *DP'* inler *P* inter *V*, *om. cet.* 18 petis *DP'C* petes *PV* petas *BT* 19 est enim *DP'* simulago . . . simulaginem *P* 20 qua] quę *B* que *DP'* 21 quae *pr. om. DP'* a̧d̦su̧mę relinquetur *V* relinquetur *T* adsumetur *PVBT* super *DP'* 22 uerbum dei *DP'* ut] et *V* et spiritualem facit farinam *DP'* faciat (a *alt. s. u.*) *V*

expurgat uetus fermentum, ut sit noua conspersio, custodit
molam suam, interpretatur scripturas, seruat sibi lapidem
supermolarem: illa autem relinquitur, quae oppignorat molam
suam. cum aliquid emoluerit perfunctorie, oppignorat lapidem
qui est super molam. quis iste sit lapis quaero. legi: lapi-
dem, quem reprobauerunt aedificantes, hic factus 619 A
est in caput anguli. quare super molam? quia ipse est
qui molentes adiuuat, ipse est qui dicit: scrutamini
scripturas, in quibus putatis uos uitam aeternam
84 habere. noli, faenerator, hunc lapidem supermolarem oppig-
norare, ne cadas super illum; omnis enim qui ceciderit
super hunc lapidem conquassabitur, supra quem ce-
ciderit autem comminuet illum. nec uiduae pignus sus-
cipias. graue et secundum litteram utrumque, ut usum instru- B
mentumque uiuendi egeno auferas aut uiduae pignus detra-
has, sed grauius, si animae, quae uerbi uidua est, uerbum
teneas; ut ei sterilitatem uiduitatis indicas.

22, 85 Atque ut sciatis quod amanti haec affectu suadeam, ut C
sciatis quod liceat et bene faenerare, ostendam uobis quem
faeneratorem debeatis imitari. duo inquit erant debitores
uni faeneratori; unus debebat denarios quingentos,
alius quinquaginta. non habentibus illis unde

1 I Cor. 5, 7 3 Deut. 24, 8 (6) 5 Luc. 20, 17 Psalm. CXVII 22 8 Ioh. 5, 39 11 Luc. 20, 18 13 Deut. 24, 19 (17) 20 Luc. 7, 41—43

1 expurgate *DP'* fertementum' *V* sitis *DP'* 3 relinquetur *VBT* relinq*i*tur *D* oppignorat (p *pr. s. u. m2*) *P* oppignerat *DP'* obpignorat *BT* molam ... oppignorat *om. C* 4 cum autem *DP'* oppignerat *VDP'T* obpignerat *B* 5 lege *V* 7 angoli *P* 8 molentes *om. BT* adiubat *P* iuuat *DP'* 9 potatis *P* uos putatis habere uitam aeternam *BT* 10 obpignerare *VBT* 11 nec addas *V* 12 supra] super *DP'* autem ceciderit *C* uero ceciderit *BT* 13 comminuit *P* 14 et (est *s.* et *m2*) *V* ut usum *om. DP' spatio 25 fere litt. relicto* uisum *C* 17 et ei *ed. Rom.* sterelitatem *P* sterilitatem tenes *V* 18 affectū *P* suadeam (a *pr. ex* i *m2*) *P* 19 et *om. BT* fenerari *C* faeneratores *P* feneratores *DP'* *ante* ostendam *add.* et *B*, etiam *T* 20 debitores erant *B* 21 denerios (a *s.* e *alt.*, i *ex* a *ut uidetur*) *B* 22 alius (u *ex* o) *P* quinquagenta *P*

redderent donauit utrisque. quis ergo eum plus diligit? respondens Simon Pharisaeus dixit: aestimo quia is cui plus donauit. et laudata est eius sententia dicente domino: recte iudicasti. recte iudicauit D
Pharisaeus, qui male cogitauit putans quod ignoraret magis dominus peccata mulieris quam donaret. sed laudatur eius sententia, ut excusatio ei omnis adimatur. plus remissum est ecclesiae, quae congregata est ex populo nationum, quoniam plus debebat, sed et ipsa plus soluit non exigenti, sed donanti. dedit aquam pedibus Christi, quia sua peccata mundauit, osculata est pedes, ferens pacis insignia misit oleum E
in pedes eius misericordiam et ipsa in pauperes conferendo — isti sunt pedes Christi; in his etenim innocentius ambulat Christus — et capillis capitis sui tersit; Christo enim humiliatur quicumque habet humilitatis affectum. et ideo inquit dimissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. aduerte quod dominus et misericordiam quasi liberalis inpertit et iudicium cum miseratione dispensat. ante donauit per gratiam, sed quibus donaret sciebat. non habet F
quod excuset Iudaeus. mihi quasi peccatori plura donauit, illi quasi ingrato minora concessit. sciuit tamen quod et ille quasi ingratus non posset quod accepisset exsoluere et ecclesia memor gratiae eo plura solueret quo plura meruisset.

Habetis ergo quem sequamini faeneratorem, si uultis laude 620 AB
donari, si uultis non esse quod reprehendatur a nobis. nos

4 Luc. 7, 43 10 Luc. 7, 44—46 15 Luc. 7, 47

1 plus eum *T* 2 *et* 5 farisaeus *V* 3 eius *om.* *BT* 4 domino dicente *B* 5 potans *P* magis (g *in ras.*) *T* maius *B* 6 peccatū *B* mulieris (i *alt.* *ex* e) *P* sententia eius laudatur *B* 7 eius omnis *V* omnis ei *DP'* 9 ex genti (*om.* sed donanti *spatio relicto*) *V* 10 qua sua *V* peccata sua *BT* 12 et in ipsa in *P* 13 innocens *BT* 14 ạ (*del.* *m1*) christo *P* 16 sunt ei multa (*om.* peccata) *B* sunt eí peccata eius multa *C* eius *om.* *P'* 18 despensat *P* 20 iudeos *D* *et* (u *s.* ọ) *P'* 22 posset *VC* possit *cet.* 23 soluerit *DP'* quod *B* 25 laude *om.* *DP'*

enim non personae obtrectamus, sed auaritiae. nec fefellit dixisse aliquos, cum ante hoc biduum tractatus noster eorum conpuncxisset affectum: ‘quid sibi uoluit episcopus aduersus faeneratores tractare, quasi nouum aliquid admissum sit, quasi id non etiam superiores fecerint, quasi non uetus sit faenerare?’ uerum est nec ego abnuo, sed et culpa uetus est. C denique peccatum ab Adam, ex illo culpa, ex quo et Eua, ex illo praeuaricatio, ex quo et humana condicio. sed ideo Christus aduenit, ut inueterata aboleret, noua conderet, et quae inueterauerat culpa renouaret gratia, ideo se passioni optulit, ut renouaret spiritu et absolueret uniuersos, diabolus autem Euam decepit, ut subplantaret uirum, obligaret hereditatem.

89 quid faeneratores faciunt? decipiunt defaeneratos, obligant D fideiussores. sed non Tobias pignus quaesiuit aut fideiussorem poposcit. currendum est igitur, ut fideiussorem requiras, ut eum tuis nominibus obstringas. ecce paratur alter inimicus. nam cum tu non habueris unde debitum soluas, ille pro te tenebitur. inuenieris in eo circumuentor et fallas, qui amicum deceperis. ille nudabitur, ille pro te in uincla ducetur, illum grauiorem exactorem creditore patieris, qui alleget: ‘stimula ciuem tuum, quem spopondisti.’ E ita fiet, ut ipse quoque esse incipias ingratus et praetereas illud quod scriptum est: gratiam repromissoris ne obliuiscaris; dedit enim

9 Hebr. 8, 13 11 Augustinus contra Iul. Pelag. I 3, 10 (diabolus ... hereditatem) 14 Tob. 1, 14 (17); 4, 20 (21) 22 Sir. 29, 15 (20)

1 fellit *PD* fallit *C* 2 ạiṭ aliquos *V* 3 compunxisset *VDP'TC* affectu *P* 4 ammissum *V* 9 obolerit *P* 10 optulit *P* obtulit *cet.* 11 renouaret *T* (et *m3 ex* etur) renouaremur *V* renouaretur *cet.* et *DP'* ut *cet.* absoluerit *P* 12 subplantaret *PV* supplantaret *cet.* 13 faciant *B* faciunt (unt *in ras. m3*) *T* decipiunt *DP'* decipiant *cet.* defaeneratos] foeneratores *B* fẹneratores *T* 15 fidesiussorē (s *pr. del. et* ē *ex* es) *P* 16 adstringas *C* 17 tu *om. DP'* 18 inuenieris *V* inueniris *cet.* fallas *P* fallax *cet.* quia *V* 19 deciperis *P* uincula *BDP'T* 20 creditore *s. u. P* alleget *scripsi* allegit *PT* allegat *DP'* alegit *V* alliget *C* alligauit *B* stimulat (t *alt. del.*) *P* stimulo *B et* (o *ex* a *m3*) *T* 21 ẹṭuem (ci *s.* ẹṭ *m2*) *V* autem ciuem *P'* spospondisti *T* ipsi *PVBT* 22 illum *P* 23 promissoris *B*

pro te animam bonam. necesse est dicas: 'quis enim te
quaerebat fidem dicere? nam nisi tu fidem dixisses, ego non
accepissem pecuniam. adulteram accepi pecuniam, aes auro
admixtum mihi dedit: utinam te non optulisses! fortasse te
90 creditor subornauit uel tu illum'. ergo caue ne alieno te obli-
ges debito, ne hoc quoque uendidisse dicaris, ne si quid tibi, F
ut habet usus amicitiae, debitor dederit gratiae, te uideatur
emisse. aut si uis interuenire, moueris amici obsecratus oratis,
erubescis negare, ita interueni, ut si debito soluendo ⟨par⟩
non fuerit, de tuo noueris esse soluendum. in haec paratus
accede. legisti enim: non spondeas super uirtutem
tuam; si enim spoponderis, quasi restituens cogita
et infra: recipe proximum secundum uirtutem tuam
et adtende tibi ne cadas, id est ne maiore te obliges 621 A
nominis quantitate quam ferre possunt atque exsoluere tuarum
copiae facultatum. si enim quod habes tradas, amisisti opes, non
amisisti fidem. famae tuae damna non sentis, redemisti amicum
sine tua fraude. alibi quoque id te monent Prouerbia Solomonis
dicentis: spondens sponde amicos tuos, quemadmodum
qui obligat se sponsorem amicorum suorum. si
autem non habes, audi quid dicat Solomon: noli dare te
in sponsionem erubescens personam; si enim non B
habueris unde soluas, auferet stramentum desub

3 Bas. 269 C (109 C) 11 Sir. 8, 13 (16) 13 Sir. 29, 20 (27) 19 Prouerb. 17, 18 21 Prouerb. 22, 26 sq.

1 dicam (s *s.* m) *V* 2 nisi (ni *s. u.*) *V* 3 accipissem *PD* auro] uero *B* 4 ammixtum *V* admixto *DP'* creditor te *DP'*, te *om. BT* 5 suborinauit *T* subordinauit *Maurini* illum *om. V* caue ergo *B* 7 debitor] debetur aut *DP'* gratia *BT* te] ut *DP'* 8 emisisse *T* obsegratus *P* 9 erubiscis *P* erubesces *DP'* interueni *VC* interuenit *cet.* debitor *BT* debitū *DP'* solutū *DP'* 9 par addidi; sufficerit *Henricus Schenkl* 12 sposponderis *T* restituens (n *s. u.*) *P* 13 et *om. V* proximum tuum *BP'* 14 nominis obliges *B* 15 numismatis *ex* nominis *D* nūmismatis *P'* duarum (t *s.* d) *V* 17 sensistis (sis *del.*) *P* redimisti *P* 18 tui *DP'* salomonis *libri* 19 dicentes *P* quemammodum *V* 20 oblegat *P* 21 solomon *P* salomon *cet.* dare] tardare *BT* 22 erubiscens *P* 23 auferent *ed. Rom.* (λήψονται *LXX*)

lateribus tuis. ergo bonus faenerator adquirit gratiam,
execrationem inprobus.
24, 91 Sed non his tantum uirtutum finibus contentus sanctus
Tobias mercennario quoque sciuit soluendam esse mercedem.
dimidium usque optulit meritoque pro mercennario inuenit
angelum. et tu unde scis, ne forte iustum aliquem mercede
defraudes, peius, si infirmum — uae enim illi qui scandali-
zauerit unum de pusillis istis! — qui scis an in eo angelus
sit? neque enim dubitare debemus quod in mercennario possit 622 A
esse angelus, cum esse possit Christus, qui in minimo quo-
92 que esse consueuit. redde ergo mercennario mercedem suam
nec eum laboris sui mercede defrudes, quia et tu mercenna-
rius Christi es et te conduxit ad uineam suam et tibi merces
reposita caelestis est. non ergo laedas seruum operantem in
ueritate neque mercennarium dantem animam suam, non de-
spicias inopem, qui uitam suam labore exercet suo et mer- B
cede sustentat. hoc enim interficere hominem, uitae suae ei
debita subsidia denegare. et tu mercennarius es in hac terra:
da mercedem mercennario, ut et tu possis domino dicere,
93 cum precaris: da mercedem sustinentibus te. Tobis
tibi dicit: luxuria mater est famis, in quo continentiam
docet. dicit etiam: mercedem omni homini, qui penes

4 Tob. 4, 14 (15); 12, 1 et 5   5 Tob. 5, 4; 12, 15   7 Matth. 18, 6   10 Matth. 25, 40   13 Matth. 20, 2   17 cf. p. 545 u. 7   20 Sir. 36, 21 (18)   21 Tob. 4, 13   22 Tob. 4, 14 (15)

1 adquiret *DP'*   2 improbus execrationem *DP'*   3 contentus *PC* contentus fuit *cet.*   tobias scs *B*   4 mer | cedem (*s.* mer *m4* tuiū) *P*   5 optulit *P* obtulit *cet.*   6 inde (*s.* ł idem) *B*   7 peius si] punis si *D* punisse *P'*   8 qui] quid *B* qui* (s *ut uidetur eras.*) *T*   9 debes *D* *s. u. et P'*   10 possit et *V* (et *exp.*) *BT*   11 *et* 20 mercidem *P*   12 defrudes *P* fraudes *C* defraudes *cet.*   13 mercis (e *s.* i *m2*) *V*   14 celestis reposita est *T* reposita (recumposita *P'*) est caelestis *DP'*, est *om. C*   15 dispicias *P*   16 suo exercet labore *DP'*   17 est enim *V* enim est *C*, est *post* interficere *add. T*   ei *s. u. V*   18 debitum (a *s.* um) *V*   19 mercennario mercedem *BT*   20 mercedem dne *DP'*   tobis *PV* tobias *cet.*   22 *et* 573, 2 paenes *PV*

te operatus fuerit, redde eadem die et non maneat penes te merces hominis; et merces tua nòn minorabitur. dicit tibi: noli bibere uinum in ebrietatem, dicit tibi: de pane tuo communica esurientibus — uides quid te faenerare cupiat — et de uestimentis tuis nudos tege. ex omnibus quae tibi abundauerint fac elemosynam. omni tempore benedic dominum. in his itaque faenus aeternum est et usura perpetua.


3 Tob. 4, 15 4 Tob. 4, 16 (17) 5 Tob. 4, 16 (17) 7 Tob. 4, 19 (20)

1 mane ut *V* 2 *post* te *repetuntur in V uerba* operatus ... paenes te mercis *pr. P* minorabit *V* 3 noli ... tibi *om. C* ebrietate *BDP¹T* 5 üides *PVC* uide *cet.* faenerare *VC* faeneratore *PBD et* (to *exp.*) *P¹T* 6 habundauerint tibi *DP¹* 7 elemosinam *BDP¹C* ęlemosinam *T* elimosinam *P* elymosinam *V* et omni *BT* EXPL. TRACTATUS $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSI $\overline{\text{EPI}}$ ET CONFESSORIS DE TOBIA *P* AMEN. LIBER TOBIS EXPLICIT FELICITER. SCRIBENTI PAX LEGENTI UITA *V* EXPLICIT TRACTATUS $\overline{\text{SCI}}$ AMBROSII EPISCOPI DE TOBIA *DC. deest subscriptio in B (spatio relicto) P¹T*

INDEX LIBRORVM
QVI HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

praef. p. III u. 7 hanc adde adnotationem: de doxologia in libro ultimo adiecta iam in praefatione partis primae diximus — p. 72, u. 14 et 124 u. 11 lege: VIIII, non: X — p. 178, 24 lege: conprehendat — p. 193, 21 'ninguit' retinendum est (cf. de interpell. Iob et Dauid II (III) 2, 2, p. 234, 14) et u. 24 addendum: 21 Iob 20, 23. — p. 349, 7 lege: norunt — 375, 10 lege in margine: 27, non: 28 — 404, 28 lege: hoc *Erasmus*, hec *uel* haec *libri* (nam in T quoque 'hęc' scriptum esse testatus est M. Iadart, bybliothecae Remensis praefecti uicarius) — 405, 24 lege: 'ergo', non: 'e r g o' — p. 414, 28 lege: praeparauit *P*, non: praeparauit *R* p. 469, 26 lege: 𝔄'*E*, non: 𝔄*E* (intercidit uirgula) — p. 499, 28 lege: de] diu *PT*, non: *BT* — p. 505, 29 post 'confessione non *V*' adde: in *pr. om. PP'* — p. 511, 31 lege: 14 deo *PP'D*, non: deo *PP'T* — p. 514, 14 adde in margine: 71 et u. 20 in margine lege: 72 (typographi culpa illud 71 in locum inferiorem submotum numerum 72 expulit) — p. 518, 4 lege: 1893/99, non: 1893/96.








Stanford University
3 6105 005

